PILLII, TANCREDI, GRATIAE

LIBRI

DE IUDICIORUM ORDINE.

EDIDIT

FRIDERICUS BERGMANN

ICTUS GOTTINGENSIS.

GOTTINGAE,

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

1842.

EX OFFICINA HENRICI CAROLI SEEMANN.

Cum primum ad librum, quem Tancredus Bononiensis [1]) de iudiciorum ordine conscripsit, nova editione commendandum me accingerem, id inprimis me assecuturum esse sperabam, ut singula editionum, quae hucusque in lucem prodierunt, vitia melioribus lectionibus emendarentur: hoc scilicet curandum esse ratus, ut his, qui genuinam hodiernae rei iudiciariae originem, pro magna sui parte ex medio aevo petendam, rite nosse velint, ad istud opusculum, cuius olim summa erat auctoritas, integer pateat aditus. Quam vero spem conceperam, eam melior, si quid recte sentio, longe superavit eventus, uberrimis tribuendus subsidiis, quibus insigni doctorum virorum benevolentia ad me missis uti licuit. Adeo enim felici mihi esse contigit, ut genuinum libri Tancredini contextum, quem diuturnae oblivioni traditum editores, spurias tantum formas secuti, olim prorsus ignorasse videntur [2]), ex libris manuscriptis, in quibus ad nostra usque tempora latuit, in lu-

---

1) De vita Tancredi cf. *v. Savigny. Gesch. d. Röm. R. im Mittelalter*. T. 5. p. 106. et seqq.

2) Editi libri quatuor numeris commode insigniuntnr in hunc modum:

Ed. 1. »Ordo iudiciarius. Famatissimi »et consummatissimi iuris utriusque professo»ris et practici non minus subtilis quam sol»lertis domini Ioannis de blauasco Archidia»coni Bononiensis Ordo iudiciarius. huc us»que non impressus. continens totam subtili»tatem iuris in practica: quo sine et iudex »et advocatus et practicus quisquis subtile »aliquid in practica non intentabit." — In f. »Impressus Lugduni per Ioannem thomas »pridie kalendas Iulias. anno post Virginis »partum decimo quinto supra mille et quin»gentos." 8°. — Quod opusculum qua ratione ad spurias Tancredini libri formas referendum sit, inferius explicabimus. Vid. not. 15.

Ed. 2. »Vetustissimi Iurisconsulti Tan»creti ordinis Iudiciarii Tractatus, hucusque »neque in Germania, neque alibi uisus, ex »quo non modo singularem eruditionem, sed »et iudicium quoque ad Vniversa fere vete»rum Practicorum scripta non aspernandum, »studiosus Lector consequi potest." — In f. »Argentorati apud Cratonem Mylium, an. »M.D.XLV. mense Martio." — Edidit Lucas Schroteisen. — Denno excuderunt Godefridus et Marcellus Beringi fratres. Lugduni. ann. M.D.XLVII. — 8°.

Ed. 3. »Tancredi iurisconsulti ac glos»satoris vetustissimi, de ordine indiciario »libri quatuor. A Petro Saluno Aquilio iur. »civ. et can. doctore innumerabilibus, quibus »scatebant, mendis repurgati, et manuscri»ptorum librorum fide integris saepe perio»dis aucti: nunc demum e tenebris in lucem »vocati. . . . Coloniae. Apud Ioannem »Birckmannum et Wernerum Richwinum. »M.D.LXV." 8°. — Exemplaria, sequentis anni numero insignita, cum ista editione conspirant.

Ed. 4. »Tancreti ordinis iudiciarii tra»ctatus." — Tractat. illustrium . . . iuris-

cem protraherem. Quod, cum inde pendeat, quae sententia de maiori et potiori libri mei parte ferenda sit, ante omnia hoc loco explicare studebo.

Sunt autem, a quibus ordiendum est, duo codicum, Tancredi nomen prae se ferentium, genera.

Etenim, quod primum est genus, eum „ordinem iudiciarium," cui soli, ut isto nomine insigniatur, concedendum esse puto, complures exhibent libri manuscripti 3), adeo sibi concordes, ut neque glossarum, neque aliarum additionum vel mutationum, quae in contextum irrepserint, ullum vestigium reperiatur 4). In conficiendo hocce opusculo nostrum facile videas ita versatum esse, ut in quantum studiorum istius aevi conditio reciperet, omnes particulas apte digereret, et breviter quidem, sed clare explicaret 5), colligendis denique argumentis, quae ex canonico iure potissimum hausta sunt 6), summam operam daret 7). Ceterum vivo quidem Innocentio tertio coeptum, sed paulo post mortem huius pontificis ad finem perductum esse videtur. Formula enim libelli, in qua annus **1214** com-

---

consultorum. Venet. M.D.L.XXXIIII. T. 3. p. 1. fol. 44. et seqq.

Cf. *v. Savigny*. l. l. pag. 112. 113.

3) In horum numero sunt quatuor, quibus usus sum, hi:

Bambergensis, in med. vol. miscell. D. II. 21. bibl. reg., form. fol. mai., membran., XIV. saec., accurate scriptus.

Basileensis, sub f. vol. miscell. C. 1. 13. bibl. civit., form. fol. mai., membran., XIV. saec., accurate scriptus et maximam partem repetitis scribae curis diligenter politus.

Lipsiensis 1., in pr. vol. miscell. 928. bibl. universit., form. fol. min., membran., XIV. saec., optime scriptus.

Lipsiensis 2., in med. vol. miscell. 975. eiusd. bibl., form. fol. mai., membran., XIV. saec., maximam partem bene scriptus; sed passim singuli versiculi scribae incuria omissi sunt.

Praeterea huc referendus esse videtur cod. bibl. *Oxoniensis* publicae, cuius singuli quidam loci mecum communicati sunt. — Ibi in f. „Iste liber fuit scriptus anno ab incarn. „Dni. MCCXXVIII. IIII. Kalendas Iulii." Verum haec fortasse ex antiquiori aliquo libro transcripta sunt.

De duobus codd. *Parisiensibus* (bibl. reg. 3969. 4010.) cf. *Wunderlich*. (*Krit. Jahrb.* ed. *Richter et Schneider*. 1841. pag. 234.)

4) Ea, quae in seq. not. 13. commemorata sunt, hoc loco tacenda esse videntur; ab ipsa enim re et a libri contextu aliena sunt.

5) Rarissime tantum dixeris Tancredum ita locutum esse, ut sibi non satis constare videretur. Cf. pag. 101. vers. 9. „addunt qui„dam etc." atque pag. 200. vers. 7. 8. Sed ista vix notatu digna sunt.

6) Nostrum pro virili sua parte in canonicum ius incubuisse notissimum est; et ad hoc maxime studiorum genus ea verba referenda sunt, quibus Laurentium magistrum suum laudavit. Vid. pag. 312. vers. 1. Verumtamen in tractando iudiciorum ordine civilis quoque iuris iustam rationem habere praesumsit, (cf. pag. 89. vers. 10. et seqq.) ideoque et ab Azone, quem audiverat, (cf. pag. 175. vers. 4.) et a Pillio multa mutuatus est.

7) Perraro in locis allegatis errorem a Tancr. admissum ex consensu codd. manuscr. suspicari licet. Quo potissimum referenda sunt loca quaedam, ex civili iure desumta. Vid. pag. 122. not. 67., pag. 135. not.

memoratur [8]), hunc locum ante istud tempus haud conscriptum esse docet; adeoque ad eum maxime annum, quo scribebatur, iste numerus commode referendus est. Neque obstant loci, quos Tancredus ex decretis concilii Lateranensis a. 1215 desumsit [9]); nam in hocce concilio, quod Aprili m. a. 1213 convocatum erat, perpaucis diebus [10]) tot gravia iuris capita pertractata sunt, ut haec iamdudum praeparata et pro ea, quae curiam Romanam inter et Tancredum intercederet, familiaritate huic nostro ante subsecutam promulgationem nota fuisse facile coniicere possis. Verumtamen, licet per hos annos in conficiendum librum suum incubuerit, nihilo minus ultimam certe particulam post obitum Innocentii tertii finitam esse, laudata huius pontificis „felix recordatio" [11]) testatur. Annum autem 1216, quo Innocentius vita functus est, libri confectio vix excessisse videtur; nam decretales pontificum ita allegatae sunt, ut praeter Alani collectionem, semel commemoratam [12]), tres quidem compilationes, quas vulgo primam, secundam atque tertiam appellare solent, nec non novissima Innocentii tertii decreta laudentur, sed neque compilationis quartae [13]), qua recentissima haecce capitula continentur, neque Honorii tertii ulla umquam mentio fiat [14]).

Alterum codicum genus duas reformationes complectitur. — Harum prior ita confecta est, ut antiquior contextus maximam quidem partem servaretur, simul tamen novam faciem indueret [15]). Etenim Tancredi quidem sententiae

---

28., pag. 164. not. 8., pag. 220. not. 57., pag. 229. not. 6., pag. 246. not. 21., pag. 254. not. 61., pag. 256. not. 86., pag. 277. not. 13., pag. 310. not. 57.

8) Vid. pag. 162. vers. 17.

9) Vid. pag. 412. col. 1. sub f.

10) Ab undecimo inde usque ad trigesimum diem m. Novembris a. 1215.

11) Vid. pag. 279. vers. 24. 25.

12) Vid. pag. 152. vers. 2. 3.

13) Passim quidem in libris manuscr. literae quartae siv. libri quarti mentio facta est; sed haec, cum in uno tantum alterove codice legantur, serius adscripta esse haud dubitabis. Vid. pag. 144. not. 40, pag. 249. not. 17., pag. 255. not. 77., pag. 267. not. 64., pag. 277. not. 12., pag. 299. not. 84.

14) Ex commemoratione aliorum ICtorum, quorum nomina Tancr. laudavit, accuratiorem temporis definitionem haud petendam esse facile patet. Vid. ind. secund. nomina haec: Azo. Bandinus. Bulgarus. Irnerius. Laurentius. Pillius. Placentinus. Richardus. Vincentius.

15) Huc referendus est, quem contuli, cod. *Lipsiensis* in f. vol. miscell. 1000. bibl. universit., membran., form. fol. mai., saec. XIV. sive XV., mendose scriptus. In marg. priorum plagularum nonnulla leguntur, quae ex reformatione recentiori, de qua infra dicetur, desumta et serius adscripta sunt.

De *Parisiensi* libro (bibl. St. Germ. 1367.) cf. *Wunderlich.* (*Krit. Jahrb.* ed. *Richter et Schneider.* 1841. pag. 234. 235.)

Qui vero factum sit, ut Ed. 1. (cf. sup. not. 2.) partim hanc priorem Tancredini libri reformationem, partim posteriorem sequeretur, vix explicabis. In his enim, quae inter lib. 2. tit. de satisd. proc. etc. pr. (Ed. 1. »qui procuratores satisd. debeant.") et lib. 3. de testium publ. pr. intermedia sunt, recentior forma, in reliquis vero, quae istam

ubivis fere servatae [16]), permultis tamen locis singula verba mutata [17]), complures leges atque alia, quae Tancredus allegaverat, omissa [18]), rarius aliqua substituta, in recentioribus autem Innocentii decretalibus quartae compilationis tituli laudati [19]), tum vero multae adnotationes additae [20]), legum denique et capitulorum, quae Tancredus pro solito saeculi more ubique tantum indicaverat, persaepe integra verba transcripta, aliis vero locis enotati casus appositi sunt [21]). Ceterum auctor formulam, de qua supra diximus, in ann. 1225, sive 10 Honorii tertii pontificis transtulit [22]); ideoque novum istum librum ante hoc tempus haud confectum esse constat; verumtamen nulla decretalium istius pontificis mentio facta est [23]). — In secunda autem reformatione [24]) omnia fere, quae in priori

---

particulam et praecedunt et sequuntur, prima reformatio exhibetur et in decretalibus allegatis antiquiorum compilationum numeri passim tantum omissi sunt. Verumtamen coniicere licet, hanc editionem ex codice aliquo depromtam esse, in cuius margine novae quidem recentioris formae particulae ubivis adscriptae fuerint, sed multis locis madore aliquo deletae haud commode legi potuerint. Ceterum totus liber tot vitiis scatet, ut editor in eo tantum, quod istas reformationes Tancredi nomine haud insignivit, si consulto fecerit, laudem aliquam meruisse videatur.

16) Perraro contraria aliqua opinio expressim inserta est. Cf. pag. 229 not. 8.

17) Enumerandis huiusmodi mutationibus hoc quidem loco supersedendum, verum exempla, quae Tancredus ex Italia desumserat, in Galliam translata esse haud praetereundum est. Cf. pag. 129. not. 30., pag. 163. not. 6., pag. 169. not. 10. Licet enim in prima libri confectione quilibet vel Bononiensis auctor, si voluisset, exemplis ex Gallia depromtis facillime uti potuerit, hanc tamen translationem Gallico potius scriptori tribuendam esse verisimillimum videtur.

18) Vid. not. inf. 30.

19) Rarissime antiquior allegandi ratio retenta est. Cf. pag. 301. not. 113.

20) Has ab auctore huius reformationis in margine adscriptas, post vero a scribis in contextum receptas et horum imperitia passim in loco parum apto positas esse, pluribus exemplis comprobatur. Vid. pag. 98. not. 22., pag. 116. not. 22., pag. 118. not. 42., pag. 137. not. 23. in f., pag. 142. not. 22., pag. 172. not. 23., pag. 180. not. 24. in f., pag. 274. not. 81. 84., pag. 276. not. 97.

21) Excipiendus est ultimus libri quarti titulus, in quo legum et capitulorum verba haud adscripta sunt. Quod utrum ipsi reformationis auctori fatiscenti, an aliorum, quibus cura transcribendorum verborum demandata fuerit, negligentiae tribuendum sit, nescimus.

22) Vid. pag. 163. not. 6.

23) Olim quidem (in progr. de libello, quem Tancr. Bon. de iudiciorum ord. composuit. Gotting. 1838. pag. 7.) nonnullas Honorii tertii decretales in ista priori reformatione allegatas esse dixi; sed hoc errori tribuendum est. Cf. pag. 99. not. 31. col. 2. vers. 15. et seqq.

24) Huc referendi sunt sex, quos contuli et persaepe allegavi, codices membran., accurate exarati:

Bienerianus (cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 111.) form. med., XIII. saec. A part. 3. octo folia (73 - — 80.) absunt.

Francofurtensis 1., in pr. vol. miscell. form. min., bibl. civit., olim cap. St. Bartholom., 155., XIII. saec.

Francofurtensis 2., in f. vol. form. min.,

leguntur, servata, sed passim verba immutata, nec non complures adnotationes[25]) et leges atque iuris canonici loca addita, ac nonnulla, quae male allegata erant,

---

bibl. civit. 1547., XIII. saec.

Hamburgensis form. med., bibl. civit., XIV. saec.

Monacensis 1., form. fol. mai., bibl. reg. 213., XIV. saec.

Monacensis 2., form. fol. mai., eiusd. bibl. 358., XIV. saec.

Praeter hos laudandus est *Hasso-Casellanus,* in f. vol. miscell. form. mai., bibl. publ. manuscr. iurid. fol. 22., olim eap. Frideslar., membran., XIV. saec., bene scriptus, quem, Tancredo meo iamiam typis excuso, hisce diebus legere licuit. Perspexi, lectionis varietatem in adnotationibus meis congestam ex hoc libro quidem augeri, sed nihil novi inde confici potuisse.

Nonnullorum denique aliorum codd. ea ad me pervenit notitia, ut eos eandem istam recentiorem libri Tancredini formam exhibere viderem. Sed ex his pauca tantum mecum communicata sunt, ideoque iis accuratius recensendis supersedendum est. Sunt autem hi: *Regiomontani* duo, (bibl. universit. Aaa. 41. 42.) *Scaphusanus,* (bibl. clericor.) *Turicensis.* (bibl. Kelleri.) — De quatuor *Parisiensibus* (bibl. reg. 4251. 4786. — ibid. Sorbonne. 862. 1731.) cf. *Wunderlich.* (*Krit. Jahrb.* ed. *Schneider et Richter.* 1841. pag. 233. 236.)

Nec praetereundum est, reformationem hanc secundam olim in gallicam et in germanicam linguam translatam esse. — De gallicis libris cf. *Wunderlich* l. l. pag. 237. — Germanicum exemplar, (cf. *v. Savigny, G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 115. not. 58.) hodie bibl. reg. Dresd. M. 64., cod. chartac., saec. XV. vel XVI. scriptum, ipse vidi, sed, cum verba potius, quam verus verborum sensus, ex vitioso aliquo libro latino translata esse videantur, nec quidquam inde ad expedienda difficiliora loca peti queat, singula mittenda et pauca tantum exempla hoc loco addenda esse duxi. Sufficiant haec: („ut ha„bes X. de probat. c. quon. contra falsam.") „*als du hast usserhalb von der bewerunge im* „*cap. das sich anhebt wann wider die falschen.*" („Dig. de variis et extraord. cognit.") „*ff. de* „*variis und usserhalb de ord. cognit.*" — („quaerebatur a domino imperatore, num „valeret emancipatio facta apud duumvi„ros.) „*es ist gefragt worden vom herrn kayser,* „*ob die enterbung i. hindansetzung von des* „*erbs wegū krafft hab pey zwey mannen.*" — („item quaeritur, si re integra exsistente ex„spirat mandatum morte mandatoris, et di„citur, quod sic.") „*item so das ding also ganz* „*beleibt und das gebot und der gewalt ein endt* „*nimpt im tod des gewaltverleihers, wirt ge*„*fragt und wirt gesagt Ja.*" — Cf. inf. not. 52. in f.

Ed. 1. quanam ratione huc referenda sit, supra (not. 15.) dictum est. Ceteri editores, (vid. not. 2.) in omni libri parte reformationem recentiorem secuti sunt, totam rem satis libidinose tractantes. — Auctor ed. 2. se unico cod. eoque mendosissimo usum esse et multis locis medelam adhibuisse summatim quidem professus est, sed singula libri manuscripti vitia et eorum emendationes tacuit. — Auctor ed. 3. et ed. secunda usus est, et tribus libris manuscriptis, quorum unum accurate exaratum ex Italia saec. XIV. in Germaniam advectum esse commemorat. Multa quidem secundae ed. loca mutavit et adnotationibus, passim in marg. codd. repertis, ita auxit, ut et has, quas Tancredinas esse putaret, in contextum reciperet; sed emendationum atque augmentorum originem nullibi accuratius indicavit. (cf. e. g. nostr. ed. pag. 315. 316.) — Ed. 4. ex sola ed. 2. hausta est, sed quae in huius marg. additae erant, notulae recentio-

emendata sunt [26]). In allegandis pontificum decretalibus auctor ita versatus est, ut omissis antiquiorum collectionum numeris, Gregorii noni collectionem laudaret, et his, quae a Raymundo omissa sunt, plerumque exclusis [27]), passim alia substitueret, permulta denique capitula, quae Honorium tertium et Gregorium nonum auctores habent, adiiceret [28]). Quamobrem, cum recentiora haud reperiantur, vel ipso anno 1234 vel paulo post hunc librum confectum esse patet.

Iam vero cum quaeratur, quid de his reformationibus sentiendum sit, equidem neminem fore spero, qui, antiquiori forma et reliquis vel obiter tantum collatis, hasce posteriores ad Tancredum revocandas esse putet. Singula autem argumenta, quae ex accuratiori collatione petenda sunt, commode in hunc modum explicanda esse videntur, ut priorem reformationem a Tancredo alienam esse doceamus. Quo probato, profecto in exploranda origine secundae reformationis, quae ex ista priori fluxit, ad Tancredi nomen haud redibis.

Et primo quidem in locis iuris civilis atque canonici allegatis, quibus pro saeculi genio apte et diligenter conquisitis Tancredus innitendum esse putaverat,

---

res, inepte in contextu positae sunt. — Ceterum verba, quae iu omnibus codd., hanc recentiorem libri formam exhibentibus, quotquot equidem vidi, ex legibus atque capitulis transcripta sunt, isti editores maximam quidem partem servaverunt, sed pluribus locis licenter omisisse videntur.

25) De forma harum adn. eadem dicenda sunt, quae supra (not. 20.) de priori reformatione diximus. Cf. pag. 184. not. 42., pag. 288. not. 29. vers. 16.

In ult. libri tit. verba ex legibus et capitulis transcripta accesserunt. Cf. sup. not. 21.

26) Cf. e. g. pag. 158. not. 74.

27) Passim retenta sunt. Cf. e. g. pag. 226. not. 36.

28) Ceterum praeter ea, quae potiora sunt et in omnibus huius generis codd. leguntur, quaeve unum eundemque auctorem sapere nemo negabit, commemoranda est multorum locorum varietas, cuius complures esse causas facile quis viderit. Cum enim ipsi reformationum auctores mutationes et augmenta plerumque in margine adscripsissent, post vero in exemplaribus inde transcriptis ista recentiora diversis modis in contextum reciperentur, nec non passim, retentis antiquioribus, negligerentur: hinc varias singulorum locorum formas prodiisse haud miraberis. Cf. e. g. pag. 93. not. 23., pag. 94. not. 31. sub f., ibid. not. 33. in f., pag. 98. not. 26., pag. 99. 100. not. 31. in f., pag. 128. not. 23., pag. 261. not. 6., pag. 271. not. 39. 43., pag. 286. not. 18. in f., pag. 306. not. 16., pag. 310. not. 54. Adeoque nonnulla, quae ad antiquissimam formam pertinent, quamvis ab auctoribus reformationum mutata sunt, nihilominus in recentioribus codd. leguntur. Cf. e. g. pag. 247. not. 28. 29., pag. 282. not. 4., pag. 306. not. 9., pag. 310. not. 64., pag. 311. not. 70. Praeterea aliqua, in sing. codd. marg. serius apposita, post in contextum recepta sunt. Cf. e. g. pag. 94. not. 29., pag. 130. not. 42. in f., pag 134. not. 27., pag. 194. not. 6., pag. 198. not. 20., pag. 278. not. 25., pag. 279. not. 43., pag. 280. not. 46. in f., ibid. not. 54., pag. 283. not. 14., pag. 284. not. 31., pag. 293. not. 15., pag. 294. not. 28., pag. 308. not. 37.

res ita se habet, ut perraro aliqua emendata 29), permulta vero, praesertim in tertia et quarta libri particula, licenter omissa et expuncta esse videantur 30). Quod sive supinae tantum negligentiae, sive, cum vera allegandorum locorum ratio haud intelligeretur, ignorantiae tribuendum sit, ad novas ipsius Tancredi curas nullo modo referri poterit.

Deinde adnotationes, quas auctor huius reformationis addidit, passim ita comparatae sunt, ut insulsum fere hominem sapiant, qui rebus apte disponendis atque digerendis plane impar fuerit 31), adeoque in librum, quem tractare et augere instituisset, tam leve studium impenderit, ut ea, quae in genuino contextu satis convenienter dicta essent, alio loco inepte iteraret 32). Quis umquam talia ex Tancredi mente prodiisse putabit? 33)

Tum aliae nonnullae mutationes talis farinae sunt, ut alii cuilibet auctori facillime tribui possint, aptam vero rationem, quapropter Tancredus eas admiserit, afferre nequeas. Quid enim? num hunc scriptorem, cum doctorum virorum nomina laudasset, et alio loco sententiarum Bononiae atque Romae prolatarum sese testem esse commemorasset, in recentiori aliqua libri sui editione illorum nominum et huius testimonii memoriam, sive consulto, sive negligenter exstinxisse credideris? 34) Nec minus immutationes exemplorum, quae in formulis atque aliis locis laudata sunt, aliam omnino originem sapiunt. Cum enim in prima libri forma exempla ista ex Italia desumta sint, quis umquam ridiculam hanc mutationem, quae Gallicas personas et res invexit 35), Tancredo Bononiensi tribuendam esse

29) Cf. pag. 254. not. 61., pag. 256. not. 86.

30) Cf. pag. 92. not. 11., pag. 93. not. 15., pag. 133. not. 12., pag. 134. not. 21., pag. 137. not. 18., pag. 153. not. 27. 30. 31., pag. 184. not. 39., pag. 190. not. 4. 6., pag. 215. not. 49., pag. 220. not. 55., pag. 221. not. 58. 62., pag. 222. not. 72. in f. et not. 73. in f., pag. 223. not. 3. 4. 8., pag. 224. not. 20. 23., pag. 228. not. 57., pag. 247. not. 24. 31., pag. 248. not. 3., pag. 252. not. 43. 50, pag. 254. not. 64. 67., pag. 255. not. 74., pag. 258. not. 23., pag. 260. not. 43. 45., pag. 261. not. 8., pag. 263. not. 25. 31., pag. 264. not. 41. 44., pag. 267. not. 59. 63., pag. 269. not. 9. 15. 24., pag. 271. not. 38. 40., pag. 272. not. 47. 49., pag. 273. not. 65. 68., pag. 274. not. 75. 76. 77. 78., pag. 275. not. 85. 91., pag. 277. not. 8. 14. 19., pag. 278. not. 21., pag. 279. not. 34., pag. 283. not. 15., pag. 284. not. 21. 26., pag. 285. not. 3. 6., pag. 286. not. 10. 16., pag. 287. not. 27., pag. 289. not. 36., pag. 293. not. 15., pag. 294. not. 28., pag. 300. not. 103.

31) Cf. e. g. pag. 152. not. 16., pag. 155. not. 59., pag. 233. not. 23.

32) Cf. e. g. pag. 91. not. 4. (pag. 127. vers. 12. et seqq.) — pag. 164. 165. not. 8. (pag. 171. vers. 4. et seqq., pag. 173. vers. 4. et seqq.)

33) Taceo legum atque capitulorum verba permultis locis inepte transcripta. (cf. e. g. pag. 103. not. 58, pag. 145. not. 53) Huiusmodi enim incuriae utrum auctor reformationis, an aliquis scriba arguendus sit, diiudicare non ausim.

34) Cf. pag. 119. vers. 6. et ibi not. 46, pag. 265. vers. 7. 8. et ibi not. 49., pag. 279. vers. 23. et ibi not. 44.

35) Vid. sup. not. 17.

dixerit? [36]) Praeterea aliorum aliquot locorum talis est facies, ut alienam tantum opinionem intrusam esse facile videas [37]).

Ceterum a genuino contextu passim ita discessum est, ut ex lacunoso et mendoso aliquo codice, quo auctor reformationis usus fuerit, nova quorundam locorum forma exorta esse videatur [38]). Sed et hac ratione, si veram rei conditionem ista coniectura assecuti sumus, facilius profecto quemlibet alium, quam nostrum, tali exemplari uti potuisse credas.

Fac denique Tancredum ista omnia admittere et librum suum multifariam deteriorem reddere potuisse, nulla tamen ratione explicabis, qui fieri potuerit, ut eo maxime tempore, quo reformationem priorem confectam esse commemoravimus, nullam Honorii tertii decretalem laudaret [39]). Neque dubito, unico huic argumento instar omnium nos tuto inniti posse. Nam licet nesciamus, an tunc temporis quinta decretalium collectio cum nostro iamiam communicata fuerit [40]), nihilominus virum, iuris canonici peritissimum, cui magna semper cum curia Romana fuit familiaritas, in reconcinnando libro suo haud ita versari potuisse, ut recentiora istius iuris capitula negligeret, procul dubio persuasum habebis [41]).

Cum igitur priorem reformationem a Tancredo alienam esse constet, seorsum quidem hoc loco de posteriori haud quaerendum est. Sed accedit, quod ad utramque reformationem pertinet, gravissimum argumentum, inde scilicet petendum, quod istae spuriae formae duobus iureconsultis, qui tertio decimo et quarto decimo saeculo studium et operam in Tancredi librum contulerunt, prorsus ignotae fuisse, vel, si istas noverint, ab eis neglectae esse videntur.

Etenim Bartholomaeus Brixiensis [42]) „libellum iudiciarium, quondam a Tan-

---

36) Fabulam, quae de Tancredo in Gallia commorante narratur, tacendam esse puto.

37) Cf. pag. 229. vers. 6. 12. et seqq. atque ibi not. 8.

38) Cf pag 170 not. 7., pag. 175. not. 9., pag. 213. not. 33., pag. 254. not. 70., pag. 279. not 35., pag. 282. not 11. Quorundam etiam nominum depravata lectio huc referenda esse videtur. Vid pag. 135 not. 31., pag. 205. not. 38.

39) Cf. sup. not. 23.

40) Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 108. 109.

41) Monendum hoc loco, eam decretalem, cui pag. 139. not. 35. col. 1. vers. 11. Gregorii 9. nomen parum recte inscriptum est, ab Honorio 3. a. 1224 (Sic *Cironius* et *Riegger.*) ad Tancredum missam esse.

42) Quatuor codices, Bartholomaei librum exhibentes, quos contuli et in adnotationibus saepe laudavi, sunt hi:

Argentoratensis, in f. vol. A. 116. (121.) bibl. universit., form. med., membran., XIV. saec., mendose scriptus. Persaepe singula verba omissa sunt.

Erlangensis, 272. bibl. universit, form. med., membran., XIII. vel XIV. saec., bene exaratus.

Halensis, bibl. universit., form. mai., membran., XIII. saec, maximam partem satis accurate scriptus.

Lipsiensis, in pr. vol. miscell. 923. bibl. universit., membran, XIV. vel XV. saec.,

„credo compositum" ita reformavit [43]), ut corrigendis tantum decretalium allegationibus operam daret, ideoque omissis antiquiorum collectionum locis ad Gregorianam remitteret [44]); simul tamen, praeter hanc mutationem, omnia fere Tancredi verba ita servavit [45]), ut spuriae alicuius formae vestigia nullibi reperiantur [46]). Quod quidem quo anno post promulgatam Gregorii collectionem susce-

---

parum accurate scriptus, singulis verbis persaepe licenter mutatis. Inde a pag. nostrae ed. 296. vers. 23. v. sequitur. ultima particula abest.

Perlegi etiam hisce diebus *Hasso-Casellanum*, qui eodem, de quo supra (not. 24.) dictum est, volumine continetur. Maximam partem cum *Halensi* conspirat, sed passim accuratius exaratus est. Pleraque XIV. saec. scripta sunt, sed ult. pag. (51.) seriori tempore addita esse videtur. Ceterum aliqua ibi leguntur, quae Bartholomaeum consulto omisisse crediderim. Sic v. c. »X. de testib. c. cum a de complano." (cf. pag. 241. vers. 1. et ibi not. 5.) et alio loco similiter »X. d. t. c. cum a de plano." (cf. pag. 249. vers. 1. 2. et ibi not. 11.)

De *Parisiensi* libro (bibl. reg. 4252.) vid. *Wunderlich.* (*Krit. Jahrb.* ed. *Richter* et *Schneider.* 1841. pag. 237.)

43) Vid. pag. 89. not. 6.

44) Non solum eos locos, in quibus Raymundus singulas decretales posuit, laudatis Gregorianae compilationis titulis indicare, sed etiam ea, quae Raymundus omiserit, perscrutari et horum memoriam exstinguere instituit. Cf. e. g. pag. 99. not. 30., pag. 128. not. 24, pag. 137. not. 20. In exsequendo autem isto consilio licet non satis diligenter versatus esse videatur, (cf. e. g. part. 1. pag. 91. not. 4., pag. 99 not. 28. in f., pag. 106. not. 26., pag. 110. not. 22.,) plurimorum tamen locorum variae codd. lectiones (cf. e. g. part. 3. pag. 202. not. 7. in f., pag. 203. 204. not. 26. in f., pag. 210. not. 38., pag. 213. not. 32., pag. 214 not. 47., pag. 220. not. 52., pag. 221. not. 60. 63., pag. 222 not. 73., pag. 224. not. 12. 22., pag. 227. not. 49. 54., pag. 239. not. 39., pag. 243. not. 13., pag. 244. not. 12., pag. 246. not. 11., pag. 249. not. 15. 19., pag. 251. not. 36., pag. 256. not. 90., pag. 258. not. 21., pag. 259. not. 28., pag. 261. not. 9., pag. 263. not. 31. 33.) dubitationem iniiciunt, utrum Bartholomaeo, an aliis huiusmodi errores tribuendi sint. Cum enim Bartholomaeus in codice, quo uteretur, genuinum contextum exhibente, et antiquiora expunxerit et recentiora in marg. adscribendo notaverit, hinc multas varietates exortas esse nemo mirabitur. Nec non alia serius in singulis codd. superaddita esse satis verisimile, et huc fortasse referenda est allegatio complurium decretalium Honorii tertii et Gregorii noni, quae in uno tantum alterove libro, potissimum in Argentoratensi et in Erlangensi, legitur.

Ceterum rarissime antiquiorem allegationum formam servatam esse (cf. pag. 301. not. 113. 117., pag. 305. not. 154.) vix notatu dignum.

45) Perraro in his aliqua immutatio sive additio Bartholomaeo tribuenda esse videtur. Cf. pag. 89. not. 6., pag. 93. not. 21., pag. 122. not. 67. col. 2. vers. 1., pag. 230. not. 11. Ceteroquin et ea retenta sunt, quae ad Tancredi personam spectant. Cf. pag. 175. vers. 4. »et audivi etc." — pag. 279. vers. 23. »hoc »saepe vidi etc." — pag. 312. vers. 1. »cum »Laur. magistro meo."

46) De his omnibus quidem, dum genuinus Tancredini libri contextus ignorabatur, aliter statuendum erat. Cum enim viri docti Bartholomaei librum cum ordine iudiciario, qualem editiones exhibent, et cum nonnullis tantum codd., qui reformationem secun-

ptum sit, accuratius definiri nequit [47]; verumtamen, ni fallor, post mortem Tancredi factum est; nam ista, quae modo laudavimus, Bartholomaei verba ita concepta sunt, ut eum id opus aggredi videas, cuius conficiendi cura a Tancredo aliis relicta sit. Iam vero, si ulla post genuinum contextum recentior forma Tancredum auctorem habuisset, hanc in libro usitatissimo neque Bartholomaeum fugere, neque ab eo taceri potuisse facile patet.

Post vero Iohannes Andreae, cum Durantis speculum additionibus augere instituisset et hunc in finem multos libros, quorum singulos locos Durantis persaepe tacuit, diligenter perscrutatus esset, Tancredi quoque memoriam rite servavit. Omnibus enim Tancredini libri locis accurate collatis [48], singula effata ita allegavit, ut eum et haec, quae genuina sunt, perbene novisse, et spurias reformationes vel prorsus ignorasse, vel, si ipsi notae fuerint, consulto neglexisse manifestum sit [49]. Praeterea, quod cum hisce testimoniis optime convenit, a Bartholomaeo Brixiensi libellum Tancredi in antiquarum collectionum allegationibus quidem reformatum, sed reliqua ad literam iterata esse definite testatus est [50]. Et verbo tantum dicendum esse videtur, hunc scriptorem, cuius sedulae curae in re literaria satis notae sunt, eas reformationes, quas spurias esse diximus, si a Tancredo confectae essent, silentio haud praeterire potuisse [51].

---

dam continent, merito comparandum esse censerent, istum permulta licenter omisisse dixerunt. Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 114. 115. Verumenimvero talem comparationem Bartholomaeo haud obtrudendam esse plenior rerum notitia abunde docet.

47) Ex libelli formula, quam supra (not. 8. 22.) commemoravimus, hoc loco nihil petendum est. Vid. pag. 163. not. 6.

48) Huius rei testimonia fere innumera collegi. Cf. e. g. ad Tancr. part. 1. pag. 91. not. 4., pag. 95. not. 4., pag. 101. not. 41., pag. 103. not. 1., pag. 108. not. 1. 2, pag. 111. not. 3., pag. 112. not. 12. 19., pag. 116. not. 26., pag. 119. not. 46., pag. 123. not. 1., pag. 124. not. 8., pag. 126. not. 32.

49) Cf. pag. 116. not. 26., pag. 119. not. 46., pag. 127. not. 14. vers. ceterum., pag. 143. not. 33., pag. 158. not. 79., pag. 186. not. 17. iunct. not. 19. vers. sed hoc restringitur., pag. 215. not 50, pag 219. not. 46., pag. 222. not. 75., pag. 251. not. 30., pag. 253. not. 56., pag. 257. not. 96., pag. 286. not. 16., pag. 310. not. 63.

50) Cf. p. 89. 90. not. 6. in f. — Iohannem Andreae memoriter tantum et obiter de Tancredi et Bartholomaei libris locutum esse suspicatus est vir illustr. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 115. At unica huius suspicionis causa iamiam refutata, (vid. sup. not. 46. 48. 49.) Iohanni Andreae bene meritam laudem, quod rem literariam diligenter et accurate tractaverit, etiam hoc loco intactam servemus necesse est.

51) Ceterum in plurimis ipsius speculi particulis permulta quidem leguntur, quae ex Tancredi libro hausta sunt, sed nullum inest spuriarum reformationum vestigium; et hoc solummodo quaeritur, utrum Durantis antiquissima istius libri forma, an Bartholomaei opusculo usus sit. Cf. pag. 122. not. 67. col. 2. vers. 4., pag. 131. not. 5., pag. 220. not. 52., pag. 222. not. 73., pag. 259. not. 30.

Contraria denique opinio glossatoris, qui tertio decimo saeculo Tancredi librum adnotationibus illustrare praesumsit [52]), licet istis testimoniis refragetur, nullam profecto dubitationem iniiciet. Qui quidem libro aliquo manuscripto, spuriam formam exhibente, usus est [53]), omnes eius particulas, quia Tancredi nomen inscriptum erat, sine ulla haesitatione Tancredinas esse ratus [54]); sed cum, omni genuinae formae notitia destitutus, de origine libri haud quaereret, non video, quae umquam auctoritas isti opinioni tribuenda sit. Adeoque, quod in transcursu monendum est, levissima fuere ignoti et obscuri huius hominis studia; nam in id, quod propositum erat [55]), eam tantum operam impendit, ut neglecta plerumque re iudiciaria, alia ex glossis raptim conquireret, quae ad loca civilis potissimum iuris [56]) interpretanda spectarent.

---

52) In marg. cod. *Hamb.* (vid. sup. not. 24.) istae adnotationes sive glossae eodem, ut videtur, tempore, quo iste codex exaratus est, nitide et maximam partem accurate adscriptae sunt. Aliam codicis Paris. formam commemoravit *v. Savigny. G. d. R. R. i. M* T. 5. pag. 116. et ibi not. 59.; et complures fortasse in Gallicis bibliothecis servati sunt libri, sive easdem, sive alias glossas seorsum exaratas exhibentes. Cf. *Kritische Jahrb. für deutsche Rechtsw.* ed. *Richter* et *Schneider*. 1840. pag. 955. Ibi: „Catal. de la „ville de Clermont-Ferrand ... no. 176. „*Ordo iudic. mag. Tanget.* suivi de *casus le*„*gum, qui allegantur super ordinarium.*"

In marg. cod. *Dresd.* (cf. sup. not. 24.) omnes fere istae glossae in germanicam linguam translatae leguntur. Ibi priora verba eius loci, quem pag. 90. not. 8. col. 1. vers. 17. et seqq. commemoravi, in hunc modum concepta sunt: „*Sagt der maister im anefang,* „*dass nit furzeneme ist von dem furfaren des* „*richters, nur als es bestet nach ordenlicher lere.*"

53) Cf. e. g. pag 92. not. 11. inf., pag. 103. not. 58., pag. 107. not. 30., pag. 234. not. 30., pag. 243. not. 7, pag. 254. not. 70., pag. 280. not. 46. Sunt quidem in his, quae ad priorem reformationem referenda esse videantur, (vid. pag. 107. not. 30.) sed in codicibus, spurias formas exhibentibus, tanta est lectionum varietas, (vid. sup. not. 28.) ut ex singulis locis, quid de toto libro statuendum sit, vix elicere possis; ideoque glossatorem priori tantum reformatione usum esse pro certo affirmare non ausim.

54) Cf. e. g. pag. 180. not. 24.

55) Potiora prooemii verba sunt haec: „Quoniam ordo iudiciarius modusque proce„dendi in causis confuse dispendioseque per „diversa iuris volumina a diversis traditur, „magister Tancretus ad preces quorundam „sociorum suorum libellum quendam com„posuit, in quo ordinem iudiciorum et mo„dum procedendi in causis compendiose de„claravit. Per quod patet, quid sit titulus, „quae intentio in suo libello, quae materia. „Modus autem procedendi in suo libello talis „est: dividit enim libellum suum in quatuor „partes, in quarum prima tractat de perso„nis ..." (Mittimus, quae intermedia sunt.) „Utilitas est instructio iudicis et actoris et „rei et aliorum circa causarum processum. „Sed quoniam magister multas leges et ca„nones ad probandum propositum suum in„ducit, propter hoc casus ipsarum dignum „duximus discutere, inserendo contrarieta„tes et solutiones et notabilia et expositio„nem literae legum difficilium, propter mi„nores, prout nobis visum fuit expedire."

56) Ad canonici iuris locos perraro tantum aliqua notata sunt. Cf. pag. 90. not. 8.,

Iam vero his omnibus perpensis fortasse quaesiveris, qui fieri potuerit, ut spuriis istis formis Tancredi nomen non solum inscriberetur, sed et per plura saecula intactum servaretur. At ne tenuissimum quidem scrupulum hinc residere puto. Ipsi enim reformatores in eo potissimum desudantes, ut augmenta adderent, hoc maxime egisse videntur, ut praeclaro auctoris nomine servato liber quasi glossis instructus in vulgus ederetur. Post vero exemplaria ita transcribebantur, ut additionibus atque mutationibus cum antiquiori contextu sine discrimine coniunctis, ideoque Tancredi nomine ista omnia complectente, externa saltem forma neminem in dubitationem adducere posset. Sic liber insigni inscriptione ornatus et commendatus divulgabatur; et ibi maxime locorum, ubi genuinae formae exemplaria haud praesto essent, omnes huius opusculi partes pro Tancredinis habitas esse vix miraberis. In aliis vero regionibus, praeter genuinum Tancredi librum ac Bartholomaei Brixiensis reformationem, iureconsulti ceteras formas per longum tempus prorsus ignorasse videntur [57]). Facillime igitur accidere potuit, ut ea maxime aetate, qua melius, quam seriori aevo, totam rem explanare potuissent, nullibi de ea quaereretur. Inde autem a saeculo quarto decimo et testimonia, quae Iohannes Andreae servavit, adeo neglecta, et librorum saeculo sexto decimo editorum atque codicum manuscriptorum accuratam collationem adeo posthabitam esse constat, ut rei veritas densa caligine obtegeretur.

Quae cum ita sint, equidem rationes, quas in contextu libri Tancredini edendo et in reliquis, quae ex codicibus manuscriptis desumi poterant [58]), eligendis secutus sum, brevi expediendas esse puto. — Primum enim, cum liber antiquissimae suae formae restituendus esset, octo librorum manuscriptorum ope [59]) perficiendum erat, ut ista emendatissima in lucem prodiret. Quem in finem istis codicibus ita usus sum, ut meliores lectiones undique conquirerem, simul tamen lectionis varietatem, si qua umquam memoratu digna esset, notulis adiectis servarem; magnam vero copiam leviorum vitiorum, in uno tantum alterove codice deprehensorum, omitterem; perpaucis denique locis, sola coniectura sanandis, ita mederer, ut librorum manuscriptorum lectionibus in adnotatione commemoratis, emendationes in contextum reciperem [60]). — Deinde reformationem primam et

---

pag. 187. not 7.

57) Cf. sup. pag. XII.

58) Nonnullos codd., quos ill. *v. Savigny,* nec non ill. *Haenel* et alii viri docti laudaverunt, haud enumeravi, quoniam accuratior eorum notitia ad me non pervenit. Praeterea complures libri praesertim in Gallicis bibliothecis hucusque latuisse videntur. Cf. e. g. *Catalogue des manuscrits de la ville de Chartres. Chartres.* 1840. pag. 57. num. 245. (2.), pag. 59. num. 257. (6.), pag. 69. num. 302.

59) Non solum eos, qui genuinum libri contextum, (cf. sup. not. 3.) sed et hos, qui Bartholomaei librum exhibent, (cf. sup. not. 42.) huc referendos esse facile patet. Vid. sup. pag. XI. vers. 3. et seqq.

60) Titulorum seriem et inscriptiones sat

secundam ita enucleavi, ut si quam genuini contextus particulam in ipsis rebus tractandis sive auctam, sive imminutam, sive alio modo mutatam reperirem, haecce omnia in adnotationibus commemorarentur; ceterae autem verborum immutationes, nec non verba ex legibus atque capitulis transcripta et casus inde enotati maximam quidem partem omitterentur, sed et in his nonnulla servarentur sive per signa indicarentur [61]), quae vel aliqua ratione memoratu digna vel eam saltem ob causam retinenda essent, ne quis, latente integra dictorum forma, in errorem adduceretur [62]). Nec tacui insigniores lectionum varietates. — Tum ex codicibus, Bartholomaei librum exhibentibus, ea, quae in allegationibus, praeter formam mutatam [63]), vel omissa vel addita sunt, nec non alia perpauca, quae Bartholomaeum auctorem habent [64]), commemoravi; reliquas vero singulorum verborum mutationes, quae in uno tantum alterove libro manuscripto leguntur et nulla ratione notatu dignae sunt, omittendas esse duxi. — Ex glossis denique, ad spurias reformationes conscriptis, insigniores tantum locos desumsi, qui ad rem iudiciariam spectant et aliqua saltem ratione servandi esse videbantur [65]).

Transeundum est ad Pillii atque Gratiae libros, quos ideo addendos esse putavi, quia Tancredus in his, quae ex civili iure desumere instituerat, Pillii librum potissimum secutus [66]), Gratia vero ea, quae Tancredus tradiderat, se quodammodo suppleturum professus est [67]).

Pillius Medicinensis [68]), Oderico [69]) et Iohanne Bassiano [70]) praeceptoribus usus, in civile ius potissimum incubuit, sed in explicando iudiciorum ordine canonici

---

multis testimoniis comprobavi. In ceteris vero partitionibus, quas §orum signis notavi, ea potissimum membra, quae in prioribus omnium fere titulorum verbis enumerata sunt, sequenda et servanda esse putavi. Cf. pag. 292. vers. 10.

61) Cf. signor. explicat. v. „u. d."

62) Ideo et in decretalibus insigniendis quartam collectionem in reformatione priori, (cf. sup. pag. VI. vers. 3.) Gregorianam in posteriori (cf. sup. pag. VIII. vers. 2.) loco antiquioris formae recte allegatas esse, paucis tantum locis expressim commemoravi.

63) Vid. sup. pag. XI. vers. 2. Mutatae huius formae perraro mentionem feci, idem scilicet consilium, de quo in ceteris reformationibus modo dictum est, etiam hoc loco sequendum esse ratus.

64) Cf. sup. not. 45.

65) Servata cod. Hamb. lectione, paucis tantum locis emendationes additae sunt.

66) Vid. pag. 89. vers. 8. et seqq.

67) Vid. pag. 320. vers. 26. et seqq.

68) Cf. *v. Savigny G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 268. et seqq. — ed. 2. T. 3. pag. 333.

69) Cf. *v. Savigny.* l. l. T. 4. pag 208. 209.

70) Vid. pag. 34. vers. 1. Noster in prima libri parte Iohannis verba in hunc modum secutus est, ut pauca tantum mutaret. (cf. pag. 4. not. 11.) Verum etiam a Placentino non solum alia complura, sed et quodammodo Prudentiam iuris personae instar loquentem mutuatus esse videtur. Cf. *v. Savigny.* l. l. T. 4. pag. 145.

quoque iuris locos complures allegavit et nonnullos interpretatus est 71). Summam, de qua loquimur, paulo post obitum Coelestini tertii composuisse videtur; nam huius pontificis „bonam memoriam" 72), sed Innocentium tertium nullo loco laudavit.

Editionem ita paravi, ut trium codicum 73), nec non libri, qui sexto decimo saeculo editus est 74), lectionibus collatis, meliorem quidem, quem ipse vidi, librum manuscriptum prae ceteris sequerer, sed ex his quoque complura praestantiora reciperem, nonnulla denique vitia solis coniecturis corrigere studerem 75). In addenda lectionum varietate etiam hoc loco ita versatus sum, ut menda in uno tantum alterove libro reperta, quae nulla ratione notatu digna viderentur, omitterem 76). Particulas tres et §orum seriem assignandas 77), sed nullas titulorum in-

---

71) Decretales ita insignivit, ut passim tantum, et quidem in his solummodo capitulis, quae Alexandrum tertium auctorem habent, ad collectionem aliquam remitteret; atque in una adeo eademque decretali duabus formis usus est. (cf. pag. 30. vers. 15. et pag. 39. vers. 21.) Istam collectionem incertam dixi; (cf. ind. leg. et can. pag. 412.) nam ad complures antiquiores, quae potissimum Alexandri tertii decreta complectuntur, rediri poterit. Ad eam vero compilationem, quam vulgo primam vocant, idcirco haud remittendum esse putavi, quia Pillius in quadam saltem decretali Lucii tertii alleganda talem adhibuit formam, quae ab ista collectione prorsus aliena est. vid. pag. 30. not. 8. — De loco, quem ad secundam collectionem fortasse referendum esse dixerunt, (*v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 300. not. 70.) vid. pag. 35. vers. 7. et ibi not. 4. — Ceterum antiquitus in marg. aliqua adscripta esse videntur, quae ex secunda coll. petita sunt. cf. pag. 18. not. 2. ad §. 8.

72) Vid. pag. 30. vers. 8.

73) Perlegi *Bambergensem,* in med. vol. miscell. D. II. 21. bibl. reg., form. fol. mai., membran., qui saec. XIV. et maximam quidem partem accurate exaratus est.

Praeterea exemplaribus usus sum, quae vir doctissimus *Frid. Duebner,* precibus meis adductus ex duobus libris Parisiensibus (bibl. reg. 4009. 4252.) descripsit Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. p. 294. et nostr. ed. pag. 45. not. 9.

74) »Pilei Iureconsulti vetustissimi opus, »seu ordo, de civilium atque criminalium" (cf. nostr. ed. pag. 3. not. 1.) »causarum iu»diciis. — — opera ac studio D. Iustini Gob»leri Iureconsulti etc." In f. »Basileae in of»ficina Ioannis Oporini anno a Christo nato »M.D.XLIII. Mense Augusto."8°. Quae quidem editio tot vitiis scatet, ut vel hanc ob causam exemplarium hodie superstitum raritatem mirari nequeas. Ceterum hanc unicam, neque aliam prius typis excusam esse docuit vir ill. *v. Savigny* l. l. pag. 294. not. 56.; et huius rei grave testimonium ex *Conr. Gesneri* biblioth. univers. (Tigur. 1545) addendum esse videtur; ibi enim (fol. 474. v. Iust. Gobler. et fol. 562. b. v. Pileus.) de ista editione ita dictum est, ut aliam Gesnero ignotam fuisse facile pateat.

75) Praeterea ex his, quae a duobus viris doctis in marg. cod. Paris. 2. diversis temporibus addita sunt, nonnulla in adnotationibus servanda esse duxi. Signis ista insignivi his: »adn. 1." et »adn. 2."

76) Hanc ob causam permulta tacui, quae in ed. Gobleri leguntur et vere ridicula sunt.

77) Summam istam divisionem ex Pillii verbis desumsi; (cf. pag. 18. vers. 23. 24., pag. 46. vers. 6. 7.) §os, prout ipsa res exigere videbatur, disposui.

scriptiones pro genuinis habendas esse putavi. Pillius enim istarum particularum tantum atque §orum mentionem fecit [78]); et in rubricis, quae in codicibus atque in edito libro leguntur, tanta est lectionum varietas, ut eas ab aliis pro lubitu additas esse vix dubitare possis [79]). Neque testimonia, quae Iohannes Andreae de huiusmodi inscriptionibus perhibuit, hoc loco sequenda sunt; is enim, quamvis singulas particulas accurate allegavit, codice tamen aliquo usus est, cui tales constat adscriptas fuisse rubricas, quas in summa adeo libri divisione ineptas omni fide carere haud negabis [80]). Ceterum totum quidem Pillii opusculum me edidisse persuasum habeo [81]); sed eo iamiam perventum esse, ut omnes, quae olim intrusae fuerint, spuriae particulae detegerentur, pro certo affirmare non ausim [82]).

Gratia Aretinus [83]), argumentis ex canonico iure desumtis, formas potissimum explicare et exemplis illustrare instituit, sed complura nimis festinanter composuit [84]). Post Gregorii noni collectionem semel tantum Innocentii quarti decretalem allegavit [85]); nec alia reperi, quibus accuratior temporis definitio comprobetur.

Contextum huius libri ex codice unico descripsi [86]), sed quas coniecturis assequi poteram, complures emendationes addidi, simul tamen lectionis varietatem in adnotationibus apposui [87]). Particularum distributionem et nonnullas titulorum

---

78) Cf. not. praeced. 77. et pag. 21. vers. 10. 11. Quodsi vero titulos sive inscriptiones apposuisset, eum et passim (cf. pag. 82. vers. 4. 5.) accuratius loqui, et aliis locis (cf. pag. 18. vers. 16. et seqq.) enumerationi argumentorum, de quibus eo usque dictum erat, supersedere potuisse facile est intellectu.

79) Istam varietatem in adnotationibus commemoravi. In superiori autem paginarum margine commode quidem inscriptiones addendae esse videbantur, sed uncis inclusae sunt, ne genuinae esse crederentur.

80) Cf. pag. 54. not. 1. ad §. 5.

81) Dixeris fortasse, abesse ea, quae Pillius de exsecutione se traditurum esse profitetur; (cf. pag. 55. vers. 6.) at incidenter saltem hoc argumentum tetigit. (cf. pag. 83. vers. 27. et seqq.)

82) Complura, quae in uno tantum alterove codice leguntur, a genuino contextu aliena esse facillime patet. Sed et nonnulla, quae in omnibus libris reperiuntur, sine dubio spuria esse quilibet viderit. Ista omnia, in adnotationibus servata, signis tantummodo („sp. add." sive „sp. add. B." etc.) indicavi. De aliis locis accuratius dictum est.

83) Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 146. et seqq.

84) Vid. inprimis part. 3. pag. 379. et seqq.

85) Vid. pag. 358. vers. 25. et pag. 361. not. 15.

86) Est *Bambergensis,* in med. vol. miscell. D. II. 16. bibl. reg., form. fol. mai., membran., XIV. saec., parum accurate scriptus, sed a glossis, quae in contextum irrepserint, ubivis fere vacuus et purus. Cf. pag. 353. not. 52., pag. 364. not. 68.

87) Praeterea hoc loco generaliter monere sufficit, nomen Tancredi, quod in Gratiae libro persaepe laudatum est, in Bamb. cod. plerumque notissimo signo „t." expressum esse. Verumtamen ultimo loco (pag. 384. vers. 26) plene scriptum legitur.

inscriptiones ex his, quae in ipso libro expressis verbis tradita sunt, desumsi [88]; ceteras autem ita elegisse mihi videor, ut a proposito et consilio auctoris haud discederem [89]. Singuli aliquot loci Durantis testimonio confirmati sunt; sed accuratioribus Iohannis Andreae curis, qui Gratiae librum se non vidisse professus est [90], uti non licuit.

Postremo nonnulla addenda sunt, quae ad omnes editorum librorum partes respiciunt.

Etenim non solum efficiendum erat, ut omnia facile et commode legerentur [91], sed et aliunde conquirenda esse videbantur, quae vel genuinum alicuius particulae contextum comprobarent, vel singulis dictis et argumentis ex auctorum mente rite intelligendis inservirent. In his vero, ne quis antiquiora et recentiora, e. g. in glossis [92], quae post Pillii et Tancredi libros collectae sunt, in adnotatione allegatis, parum recte composita adeoque tempora permutata esse dixerit, hoe velim monitos esse lectores, me in eligendis huiusmodi locis recentioribus ita versatum esse, ut his maxime uterer, quorum veram originem ad antiquiora tempora referre liceret [93].

---

88) Cf. pag. 319. vers. 18., pag. 322. vers. 19., pag. 333. vers. 7. 24., pag. 342. vers. 32., pag. 355. vers. 26, pag. 373. vers. 10.

89) In cod. Bamb. passim rubricae perquam negligenter adscriptae, (cf. pag. 325. not. 21., pag. 343. not. 72.) nec non multi loci parum apte addendis inscriptionibus destinati sunt.

90) Vid. *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis. vers. octavus.

91) In allegationibus legum et canonum post verba, quibus singuli loci a glossatoribus insigniti sunt, eos numeros apposui, quibus hodie uti solemus. Quos cum recenter additos esse facillime videas, eos tantum locos, ubi sola numerorum adiectione res expediri non poterat, solitis uncorum signis notavi. Cf. e. g. pag. 5. vers. 20. — Indicem istorum locorum ita paravi, ut et horum et aliorum librorum lectioni atque comparationi inserviret.

In collectionibus decretalium allegatis antiquiores numeri (X. 1. 2. etc.) servati; incerta autem collectio, de qua in sup. not. 71. diximus, sola litera »X.“ et Gregoriana literis »X. G.“ insignitae sunt.

In adnotationibus ad Pillii atque Tancredi libros, ut decretalium allegatarum comparatio qualibet ratione iuvaretur, ubivis et antiquiorum compilationum et Gregorianae collectionis locos indicavi.

92) De his potissimum hoc loco dicendum esse videbatur, cum qualibet fere horum librorum pagina ad eas remissum sit. Et facillime videris, non solum ea, quibus auctores uti voluerunt, persaepe ex solis glossis petenda esse, sed adeo sine his verum multorum argumentorum sensum haud intelligi posse.

93) Indicandae sunt nonnullorum librorum editiones, quibus usus sum.

Corp. iur. civ. ed. *Gebauer* et *Spangenberg.* — *Corp. iur. can.* ed. *Richter.* — Ex his numeri locorum desumti sunt.

Digest., Justin. cod., Volum. leg. parv. Lugduni. 1572. — *Corp. iur. can. Lugd.* 1671. — Has in allegandis glossis secutus sum.

Ant. Augustini opp. vol. quartum, quo *antiquae collectiones decretalium* continentur.

Contra, ne iustos edendorum huiusmodi librorum fines egrederer et ad institutionem, quam dogmaticam vocant, parum apte transilirem, a ponderandis ac diiudicandis auctorum opinionibus, praesertim iis, quae ad civilis iuris interpretationem spectant, nec non ab exponendis his, quae seriori tempore ex istis opinionibus fluxerunt, omnino abstinendum, quin immo et hoc loco totum hoc studiorum genus neque laudibus, licet iustissimis, efferendum, neque fusius explicandum esse putavi.

Scr. Gottingae. m. Aprili. ann. 1842.

Lucae 1769. — Sed passim ad ed. *Ilerdensem* remissum est. (Antiquae coll. decretalium. *Ilerdae*. 1576.)

Summa Azonis. Venet. 1610. Hinc §orum numeros, sed passim praestantiores lectiones ex ed. *Lugdun*. 1530. desumsi.

Azonis ad sing. leges 12 libror. codicis Iustinianei commentarius et magnus apparatus. (*Lectura in Cod.*) *Lugd*. 1577.

Celeberrimi Iurecons. . . *Pilei* Modicensis (Pillii Medicin.) quaestiones aureae. *Rom*. 1560.

Rofredi Beneventani . . . tractatus, in quo ordinis iudiciarii positiones libellique pertractantur. *Lugd*. 1561.

Durandi (Durantis) *speculum* iuris, cum Ioan. Andreae . . . visionibus etc. *Francof*. 1592. — Huius ed. numeros allegavi, sed saepe, quae ex duabus antiquioribus (ed. *Mediolan*. 1478. et *Norimb*. 1486.) petitae sunt, meliores lectiones addidi.

Anecdota, quae processum civilem spectant. ed. *Wunderlich*. — *Bulgarus. Damasus. Bonaguida*. — *Gotting*. 1841.

Omitto cetera, in quibus haud dubitandum est, quo libro usus sim.

SERIES
LIBRORUM ET PARTICULARUM.

*

PILLII MEDICINENSIS SUMMA DE ORDINE IUDICIORUM.

pag.

Prooemium. 3

Part. 1.

§. 1. (De libelli confectione et porrectione. De satisdationibus.) *) . . 4

§. 2. (De rebus petendis et designandis et de causis exprimendis.) 6

§. 3. (De editione facienda.) 11

§. 4. (De emendandis actionibus.) . . 14

§. 5. (De in ius vocatione.) 14

§. 6. (De eligendis actionibus.) . . . 16

§. 7. (De mutandis actionibus.) . . . 17

§. 8. (Aliqua iure poli in ecclesiasticis mutata esse.) 18

§. 9. (Summa eorum, de quibus hucusque dictum est, et reliquarum totius libri particularum.) 18

§. 10—12. (De interrogationibus, quae fiunt ante litem contestatam.) 19

Part. 2.

§. 1. — 6. (De litis contestatione. De exceptionibus. De reconventione.) 22

§. 7—10. (De recusatione iudicis.) . . 28

pag.

§. 11. (De interrogationibus, quae fiunt post litem contestatam.) . . . 31

§. 12—21. (De causarum delegatione. Inest excurs. de citationibus per edicta. §. 19.) . . 34

§. 22—25. (De incidentibus quaestionibus et de ordine cognitionum.) 43

Part. 3.

§. 1—4. (De iureiurando de calumnia.) 46

§. 5. (Summa sequentium particularum.) 54

§. 6. 7. (De probationibus.) 55

§. 8. (De testibus) 61

§. 9. (De productionibus testium.) . . 67

§. 10. (De iureiurando testium. . . . 68

§. 11. 12. (Corollaria de testibus et instrumentis.) 70

§. 13. (De fide testibus habenda.) . . 71

§. 14. (De testibus subscriptis in instrumento.) 74

§. 15. (De allegationibus.) 76

§. 16. (De sententia diffinitiva.) . . . 77

§. 17. (De appellationibus.) 80

§. 18. (De absente reo.) 81

§. 19. (De absente actore.) 86

*) Cf. praef. not. 79.

TANCREDI BONONIENSIS ORDO IUDICIARIUS.

pag.

Prooemium. 89
Summa libri. 90

Part. 1. T. 1. De iudicibus ordinariis. 91
T. 2. De iudicibus delegatis. 95
T. 3. De arbitris. 103
T. 4. De assessoribus et auditoribus 108
T. 5. De advocatis et eorum officiis. 111
T. 6. De procuratoribus. 114
T. 7. De syndico et actore. 123

Part. 2. T. 1. Quod iudicium actor adire debeat. 126
T. 2. Iudicium qualiter adeatur. . . . 131
T. 3. De citationibus ad iudicium. . . 132
T. 4. De contumacibus et non venientibus ad iudicium. 135
T. 5. De exceptionibus et replicationibus. 139
T. 6. De recusationibus iudicum. . . 146
T. 7. De criminibus et qualiter contra criminosos agatur. . . . 150
T. 8. De libello accusationis in causis criminalibus. 162
T. 9. De libello recuperandae possessionis seu restitutionis. . . 164
T. 10. De libello adipiscendae possessionis. 166
T. 11. De libello retinendae seu defendendae possessionis. . . . 167
T. 12. De libello in personali actione formando. 168
T. 13 De libello rei vindicationis in reali actione. 169
T. 14. De satisdatione actoris. 174
T. 15. De satisdatione rei. 175
T. 16. De satisdatione procuratorum et ceterarum personarum. . . . 177

pag.

T. 17. De dilationibus. 180
T. 18. De feriis. 184
T. 19. De reconventionibus et mutuis petitionibus. 187
T. 20. De ordine iudiciorum et incidentibus quaestionibus. . . . 189
T. 21. De interrogationibus, quae fiunt ante litem contestatam. . . 193

Part. 3. T. 1. De litis contestatione. . . 196
T. 2. De iuramento calumniae. . . . 201
T. 3. De interrogationibus faciendis in iure. 207
T. 4. De confessis in iure. 211
T. 5. De probationibus. 215
T. 6. De testibus. Qui et quales esse possint. 222
T. 7. Quot testes in causa sufficiant. 228
T. 8. Quando testes sunt producendi et qualiter. 230
T. 9. De iuramento testium, et qualiter sunt examinandi. 236
T. 10. De testium publicatione. . . . 240
T. 11. De testium reprobatione. . . . 243
T. 12. Quibus testibus fides adhibeatur et quanta. 245
T. 13. De exhibitione instrumentorum et fide ipsorum. 248
T. 14. De praesumtionibus 257
T. 15. De allegationibus. 261

Part. 4. T. 1. De sententiis et interlocutionibus. 268
T. 2. Quae sententia sit ipso iure nulla. 276
T. 3. Quo remedio valida sententia sublevetur. 281
T. 4. De exsecutione sententiae. . . 285
T. 5. De appellationibus. 291
T. 6. De in integrum restitutione. . . 305

GRATIAE ARETINI SUMMA DE IUDICIARIO ORDINE.

		pag.
Prooemium		319
Part. 1. T. 1.	De iudicibus	319
T. 2.	De foro competenti	322
T. 3.	De iudice adeundo	323
T. 4.	De citationibus	327
T. 5.	De delegationibus	336
T. 6.	De praesentatione partium	338
T. 7.	De dolo et contumacia et non venientibus ad iudicium	339
T. 8.	De procuratoribus et syndicis	346
T. 9.	De exceptionibus	350
Part. 2. T. 1.	De litis contestatione	357
T. 2.	De iuramentis de calumnia et de veritate dicenda	359
T. 3.	De positionibus	361
T. 4.	De induciis	367
T. 5.	De articulis	369
T. 6.	De testibus	370
T. 7.	De productione instrumentorum vel privilegiorum	373
T. 8.	De allegationibus	374
T. 9.	De salariis	378
Part. 3. T. 1.	De sententiis diffinitivis	379
T. 2.	De arbitris	381
T. 3.	De appellationibus	383

EXPLICATIO SIGNORUM.

A. (in not. ad Tancr.) — Argentoratensis codex. Cf. praef. not. 42.

Adn. 1. 2. (in not. ad Pill.) — Notae in marg. cod. Parisiensis 2. Cf. praef. not. 75.

B. (in not. ad Pill., Tancr., Grat.) — Bambergenses codices. Cf. praef. not. 3. 73. 86.

B.B. — Bartholomaeus Brixiensis. — *Codd. B.B.:* A. E. Hal. L. 3. Cf. praef. not. 42.

Bi. (in not. ad Tancr.) — Bienerianus codex. Cf. praef. not. 24.

Bs. (in not. ad Tancr.) — Basileensis codex. Cf. praef. not. 3.

Codd. Vid. sign. B.B., Rf., T.

D.D. — Dissensiones dominorum. ed. Haenel. Lips. 1834.

D. sp. — Durantis speculum.

E. (in not. ad Tancr.) — Erlangensis codex. Cf. praef. not. 42.

Ed. 1. 2. 3. 4. (in not. ad Tancr.) — (1.) ann. 1515. — (2.) 1545. 1547. — (3.) 1565. 1566. — (4.) 1584. — Cf. praef. not. 2.

F. 1. 2. (in not. ad Tancr.) — Francofurtenses codices. Cf. praef. not. 24.

Francof. — Durantis spec. ed. Francofurtens. 1592.

G. (in not. ad Pill.) — Gobler. Gobleri editio. Cf. praef. not. 74.

Gloss. — Glossae ordinariae.

Gloss. T. — Glossae ad Tancredi librum. Cf. praefat. pag. XIII. et ibi not. 52.

Hal. (in not. ad Tancr.) — Halensis codex. Cf. praef. not. 42.

Ham. (in not. ad Tancr.) — Hamburgensis codex. Cf. praef. not. 24.

L. 1. 2. 3. 4. (in not. ad Tancr.) — (1. 2.) Lipsienses codices, genuinum contextum exhibentes. Cf. praef. not. 3. — (3.) Lips. cod., qui B.B. librum exhibet. Cf. praef. not. 42. — (4.) Lips. cod., qui Rf. 1. exhibet. Cf. praef. not. 15.

M. 1. 2. (in not. ad Tancr.) — Monacenses codices. Cf. praef. not. 24.

Mediol. — Durantis spec. ed. Mediolanens. 1478.

Norimb. — Durantis spec. ed. Norimb. 1486.

Oxon. (in not. ad Tancr.) — Oxoniensis codex. Cf. praef. not. 3.

P. 1. 2. (in not. ad Pill.) — Parisienses codices. — „P. 1." et post pag. 45. not. 9. „P." cod. 4009. — „P. 2." cod. 4252. — Cf. praef. not. 73.

Rf. 1. 2. — Spuriae Tancredini libri reformationes siv. earum auctores. Cf.

praef. pag. V. vers. 17. et seqq. — *Codd. Rf. 2.:* Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. Cf. praef. not. 24.

Sp. add. (in not. ad Pill.) — Vid. praef. not. 82.

T. codd. (Tancredini libri genuinum contextum exhibentes.) B. Bs. L. 1. 2. Cf. praef. not. 3.

Test. — Testis, Testes, Testimonium: — *h. d., h. l., h. sent.:* huius dicti, huius loci, huius sententiae.

u. d. — ubi dicitur. Appositis asteriscis „**" allegatorum locorum contextus indicatur. Cf. praef. pag. XV. vers. 5. 6.

X. — *X. 1. 2. 3. 4.* — *X. G.* Vid. praef. not. 91. vers. in collectionibus.

PILLII MEDICINENSIS

summma

de ordine iudiciorum.

De ordine iudiciorum.[1]

Invocato Christi nomine[2] rem aggredior difficillimam, licet utilissimam, non praesumens de scientiae modulo, sed dumtaxat de Omnipotentis auxilio, ut, ubi deficiat sensus, suppleat ille summus et perfectus Dominus, cuius consilio fretus assisto sollicitus istius opusculi ianuam tactu pulsare levissimo[3] et per eam laudabilibus et honestis, largiente Domino, gressibus introire, ut requisito et invento ibi, quod poscitur[4], qui quaerit, valeat eo diutius perpotiri. Nam inductus[5] precibus cuiusdam valde carissimi compellor libellum de legali et consueto ordine iudiciorum civilium atque causarum[6] componere, quo actor ad agendum, reus ad respondendum, et iudex ad pronunciandum instrui queat plenissime, ne homines passim, et[7] sine consideratione iudiciorum limina ingrediantur, et ab his arceantur inani colore. Quod quia videtur mihi utile, quamvis difficile, auxiliante Prudentia iuris incipere studui, cupiens postmodum, prout facultas aderit, consummare; non ut possim digitis alta petere, sed infima pedibus tangam, et cum multis, si potero, utiliter pascua quaeram. Unde rogo attentius, ne contemnatur, quod offertur, quia, licet paupertatis sit munus, est tamen cum gaudio suscipiendum, iuxta illud:

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito etc.[8]

---

1) B. inscr. „De ordine iudiciorum et de „libelli oblatione et confectione." Vid. not. 1. ad part. 1. pr. — P. 1. (In nomine) „Domini „incipit libellus Pillei de solito ord. iudicior." — P. 2. „Incip. libellus Pilii de ord. iudicior." — G. „Pilei ICti vetustissimi opus seu ordo „de civilium atque criminalium causarum iu- „diciis." Male h. l. additae sunt criminales causae (cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 296.): quamvis enim de his in ipso libro passim dictum est, ordo tamen criminalium iudiciorum haud explicatur. Ceterum errorem istum ex libro aliquo manuscripto receptum esse puto. Cf. seq. not. 6. — *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis: „Summa „Pillii intitulata *de ordine iudiciorum* incipit: „Invocato Christi nomine rem aggr. diff."

2) Haecce priora tantum huius prooemii verba (cf. *Io. Andr.* l. l.) allegavit G. in „Pi- „lei vita" ex libro abbatis Spanhemensis (*Io. de Trittehem* de scriptorib. ecclesiasticis.) transcripta. Ipsum vero prooemii contextum ex codd. P. edidit *v. Savigny.* l. l. pag. 460.

3) *tactu levissimo.* P. 1. — Al. „tinctatu „levissimo." P. 2. — „tactu legitimo." B.

4) *ibi, quod poscitur.* B. P. 2. — Al. „sibi, „quod poscit." P. 1.

5) *Nam inductus.* P. 2. — Al. „inductus „igitur." B. — „inductus." P. 1.

6) *causarum.* — P. 2. in marg. „al. crimi- „nalium."

7) *et.* P. 1. 2. — Al. „ac." B.

8) *Accipito etc.* P. 1. — B. P. 2. om. — Integra verba sunt haec: „Accipito placide et

Laudandus est itaque non modicum, qui pusillum boni, quod habet, amico praeparat et apponit, dicens: amice, quod apud me est, tibi et mihi sufficiat, et prius mihi, quam tibi deficiat. quid plura? nec debet plus requiri, quam inveniatur largitum. De latere igitur summi legum doctoris [9]) assurgens, ipsius imbuta consiliis et quam plurimis [10]) documentis plenissime erudita Prudentia iuris bellissime inquit dicens [11]):

P. 1. [1]) Cum aliquis vult agere, primo petitionem suam et petitionis causam [2]) in suo libello debet explanare; qui libellus porrigendus est iudici ab actore et per iudicem offerendus est reo.

§. 1. §. [1]) Sed antequam actor talem libellum iudici porrigat, satisdabit cum idoneo fideiussore, quod usque ad finem litis permanebit, eamque per se vel per procuratorem exercebit, et, si apparuerit eum iniuste movisse litem, dabit pulsato decimam partem quantitatis in libello comprehensae: si vero constiterit per ipsius sacramentum, quod fideiussorem dare non possit [2]), iuratoriam exponet [3]) cautionem: et in libello profiteri debet se haec omnia facturum [4]). Et est hoc verum generaliter, nisi causa moveatur ex consensu utriusque partis: puta, apud arbitros: vel dico, ex consensu utriusque partis, id est cautione remissa, quod melius est [5]), ut tunc cessent poenae, quae in Authentico continentur. Et haec omnia collige ex illo Auth. generaliter autem etc. [6]). — Hoc facto iudex libellum recipit [7]) et admonet reum, ut veniat. Cum venerit, debet actor iterum cautionem exponere in eum, quem dicit obnoxium, vel in negotii executorem,

---

„plene laudare memento." *Dionys. Caton. Distich.* 1, 20.

9) *doctoris.* B. P. 1. — Al. „datoris." P. 2.

10) *quam plurimis.* P. 1. — Al. „quam pluribus." B. — „compluribus." P. 2.

11) Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. p. 296 et seq. — Ibid. pag. 451 et seq. edita est *Iohannis Bassiani* summa „*Quicumque vult.*" cuius integrum fere contextum sequentes h. libri §§. 1. 2. 3. complectuntur.

1) G. inscr. „De ingressu iudicii." — P. 2. adn. 1. in marg. „De satisdatione." — *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis. „Pillius — — tractatum inchoat de confectione „et porrectione libelli."

Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 14. pr. *Damas.* tit. 1. pr.

2) P. 2. adn. 1. „ut Cod. de ed. D. Hadr. „toll. 6, 33. l. ult." (Cf. *Gloss.* in v. in possessionem.) „supple: quantitatem. ut Cod. de „episc. et cler. 1, 3. in Auth. generaliter." (ad l. 25. — Vid. verb. „quantitatis in libello com„prehensae.") — Cf. not. 7. ad h. part. §. 2.

1) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de satisdationib. „Pillius sine rubrica tractat „de his in princ. sui operis."

Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 14. 15. *Damas.* tit. 1. 2. — Prioris part. h. §. test. *Io. Andr.* l. l. tit. de satisd. in v. secund. Tancr.

2) *fideiussorem dare non possit.* P. 2. — Al. „f. d. n. poterit." P. 1. — „fideiussores dare „non possunt." B. — G. om. verb. „d. n. p."

3) *exponet.* P. 1. 2. G. — Al. „exponat." B.

4) Cf. not. 4. ad h. part. §. 2.

5) *quod melius est.* Ita scribendum esse videtur. (Al. „vel q. m." B. — „vel q. m. „est." P. 1. 2. — „et q. m. est." G.) Cf. *Hugolin.* D. D. §. 124. pag. 354. 355. *Tancr.* part. 2. tit. 14. *Gloss.* ad l. Auth. generaliter. in v. ex consensu utriusque. siv. ad Nov. 112. c. 2. in f. in v. ex consensu. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisd. §. 1. num. 1.

6) ad l. 25. Cod. de episc. et cler. 1, 3.

G. ante v. seq. Hoc facto. — inscr. „De „libelli oblatione."

7) *recipit.* P. 2. G. — Al. „recipiat." B. — „reciperet." P. 1.

quod infra duos menses litem contestabitur, vel, si non fuerit litem contestatus, omne damnum in duplum resarciet reo, ita tamen ut haec cautio non transcendat triginta sex aureos, ut habetur in illo Auth. libellum etc. [8]); licet quidam dicant, quod satisdatio, quae continetur in isto Auth. libellum vero etc., primum sit exponenda, quia respicit initium causae, illa vero, quae continetur in altero [9]) Auth. generaliter autem iudex [10]) etc., est exponenda postea, quoniam causae respicit finem. Potest tamen dici, quod iudex statim recipiat libellum et actor praestet utramque cautionem insimul, antequam iudex libellum reo porrigat; quod non est absonum dicere [11]). Has namque cautiones nostris temporibus praestitas non vidi [12]).

His igitur sic peractis reo libellus offeratur. et satisdabit iudicio sisti in hunc modum: dando pignora vel fideiussores, vel iuratoriam cautionem exponendo, vel nudam repromissionem, secundum qualitatem personae, sicut iudex prospexerit [13]). et dabit sportulas. et gaudebit spatio [14]) viginti dierum, vel brevius tempus habebit, secundum quod iudici visum fuerit, — intra quod deliberare possit, velitne cedere an contendere, vel iudicem recusare, vel alium ei associare etc., ut dicitur in illo Auth. offeratur etc. [15]) — quoniam inducias has iudex arctare poterit, ut arg. Dig. de iud. 5, 1. l. nonnumquam. 72. et Dig. de re iud. 42, 1. l. 2. et arg. Cod. de dilat. 3, 11. l. 1. — sed quidam dicunt, quod non, quoniam istud [16]) beneficium est legis et beneficium, quod datur a lege, non debet auferri a iudicante. arg. in Auth. de dignitatib. (Nov. 81. c. 2. in f.) — superior autem opinio magis est in iudicio in usu frequenti [17]). Sed iudicatum solvi satisdare non debet is, qui suo nomine convenitur, ut Inst. de satisd. 4, 11. (§. 2.) [18]).

Verumtamen hodie tenacissima hominum consuetudo velut ferrea in contrarium tenet [19]). Nam iudices statim libellum accipiunt ab actore, nulla dictarum satisdationum ab eo praestita vel exacta. Sed ab utroque, i. e. ab actore et reo, bona accipiunt pignora, irrepsit enim hodie utilitas pignorum [20]), vel fideiussores, si pignora dare non possunt, et hoc propter expensas, quae fiunt in causis et in

---

8) Cod. de lit. cont. 3, 9.

9) *altero.* P. 1. („altera." G.) — Al. „alio." B. — „illo." P. 2.

10) *iudex.* P. 1. 2. G. — Al. „iudices." B.

11) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 42. pag. 147.

12) P. 2. adn. 1. „quia nullam cautionem „praestat actor, si nomine suo agat, sive „in rem agat, sive in personam."

13) P. 2. adn. 1. „ut in Inst. de satisd." 4, 11.

14) *spatio.* B. — Al. „commodo inducia„rum." P. 1. 2. G.

15) Cod. de lit. cont. 3, 9.

16) *istud.* P. 1. 2. G. — Al. „iustum." B.

17) *in iudicio in u. fr.* P. 2. — Al. „in iu„dicium in u. fr." P. 1. — „in iudicium u. fr." B. — „in iudicio nostro frequentata." G.

Cf. part. 2. §. 19. vers. Sed quaeritur, an iudex. — part. 3. §. 16. vers. Item quaeritur, an iudex. *Hugolin. D. D.* §. 99. 124. pag. 335. 355.

18) Ceterum Pillius in istis satisdationibus, de quibus antea dictum est, „differentiam, „sive aliquis possessor sit, sive non," improbasse fertur. *D. D. cod. Chis.* §. 39. pag. 145.

19) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisd. §. 2. num. 2. in v. consuetudo.

20) *Io. Bass.* (Vid. *v. Savigny.* l. l. pag. 452. vers. 8. et seq.) „irrepsit utilitas pigno„rum, — — est enim utilius pignori incum„bere, quam in personam agere, et plus „est cautionis in re, quam in persona." — Cf. not. 7. ad part. 3. §. 9.

actis causarum, et propter decimas, quas iudices secundum varias locorum consuetudines tollunt et accipiunt [21]). Et quandoque pignora vel fideiussores dantur a reo, quod stabit in [22]) iudicio. Sed si iuraverit actor vel reus se pignus vel fideiussorem dare non posse, committendum erit iuratoriae cautioni, quod dabit expensas et decimas, prout petierit iudex et consuetudo exegerit [23]), et quandoque, quod stabit in [24]) iudicio reus secundum iudicis mandatum.

Reperiuntur tamen casus, in quibus agère quis potest sine libelli oblatione, quoniam ibi necessarius non est. ut in Auth. de iudicib. §. audient igitur. Coll. 6. (Nov. 82. c. 5.) et arg. Dig. de priv. delict. 47, 1. l. ult. et arg. Dig. de furt. 47, 2. l. ult. [25]).

§. 2. §. [1]) Libellus iste sic commode concipitur. „Ego B. [2]), iudex Senensis, „conqueror vobis de M. [3]), qui debet mihi decem libras, quas sibi mutuavi" — vel „commodavi" — vel „apud eum deposui" etc. [4]).

Sed quid, — si dixerit actor generaliter sic: „conqueror de M." — an possit reus talem libellum recusare et alium petere? Respondet Prudentia iuris: videtur, quod non, ex lege Cod. de ann. except. 7, 40. l. ult. Sed potest dici in contrarium, ut arg. in Auth. de litigios. §. ad excludendas. Coll. 8. (Nov. 112. c. 2.) [5]) ubi innuitur [6]), quod actor debeat quantitatem vel aliam rem, quam petit, in libello comprehendere [7]).

---

21) *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de salariis. §. 1. num. 9. „in patrimonio b. Petri et in pro„vincia Romaniolae statim post litem conte„statam dantur de libra duodecim denarii, „Bononiae decima pars et alicubi vicesima „etc." Ibi *Io. Andr.* in v. Bonon. dec. pars. „hodie sublata. nec olim exigebatur, nisi „cum forensis agebat."

Cf. *Tancr.* p. 2. tit. 15. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de expensis. §. 1. num. 8.

22) *in.* P. 1. 2. G. — B. om.

23) *exegerit.* P. 1. G. — „exigerit." P. 2. — Al. „exigit." B.

24) *in.* P. 1. 2. G. — B. om.

25) Cf. *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag. 452. vers. 25 et seq.

1) G. inscr. „De libelli formula seu con„ceptione."

Cf. *Damas.* tit. 3. 4. 5. 6. 7.

2) Bulgari nomine actorem insignire poteris. In B. enim legitur „b." et haec litera ibi in huiusmodi formulis plerumque occurrit. — Ceterum P. 2. h. l. „p." (P. 1. om.) et in utroque P. aliis locis aliae literae appositae sunt. — G. „Scotus." et ita saepius.

3) Ad Martini nomen referri poterit. — B. „mar." — P. 1. 2. „martino." (aliis locis: „M.") — G. „Marco." Ita saepius.

4) *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag. 452. sub f. „Libellus — — ita commode concipitur: „„Deo et vobis consulibus Bononiae conque„„ror ego Iohannes de Uberto Ermanni, qui „„centum solid. Pisan. mihi debet, quos ei „„mutuo dedi, unde supplico, ut mihi ple„„nam iustitiam faciatis. Item subscribo ego „„Iohannes et profiteor me usque ad finem „„litis in hac causa permansurum, et eam „„per me vel per legitimum procuratorem „„acturum, et, si victus fuero iniuste mo„„visse litem, decimam partem petitae quan„„titatis dabo supradicto Uberto."" Sed hanc „subscriptionem non exigit consuetudo no„stri temporis, sed nec vidimus nec audivi„mus nostris temporibus factam esse."

5) P. 2. adn. 1. „Auth. Cod. de episc. et „cler. 1, 3. generaliter." ad l. 25.

6) *innuitur.* P. 1. 2. („invenitur." G.) — Al. „dicitur." B.

7) *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag. 453. vers. 7. et seq. „ibi enim dicitur „„decimam par-

Item quaeritur, an si actor quantitatem expresserit, causam, ex qua debeatur, cogendus sit exponere. Et videtur, quod non, ex praedicta l. ult. Cod. Sed lex ista loquitur quoad perpetuitatem actionum; si enim talis libellus fuerit receptus ex voluntate, quoniam non ex necessitate recipitur [8]), perpetuatae sunt actiones, cum per executorem fuerit reus admonitus. [9]) ut Cod. de praescript. 30 vel 40 annor. 7, 39. l. sicut. 3. [10]). Sed est verius, quoniam [11]) actor semper causam, ex qua debetur, exprimere debet. [12]) ut Dig. de except. rei iud. 44, 2. l. an eadem 14. §. actiones. 2. et Dig. de noxalib. act. 9, 4. l. in delictis. 4. §. si detracta. 3. et Dig. de furt. 47, 2. l. in actione furti. 19. [13]) et l. si quis uxori. 53. §. si quis in alienam [14]).

Et cum quis petit speciem, utique certam petere debet et dicere debet materiam, pondus [15]) et colorem, si potest. ut Dig. depos. 16, 3. l. 1. §. si quis argentum. 40. et Dig. de furt. 47, 2. l. in actione. [16]) 19. verbi gratia, infectae materiae debet dicere [17]) pondus, puta unam platam argenti, quae est decem marcarum [18]); et si fuerit materia signata, debet dicere numerum, puta decem vel viginti solidos monetae Senensis [19]); et si fuerit facta, debet dicere speciem, scilicet scyphum vel lancem argenteam. Sed et mensura dicenda erit, cum res men-

---

»»tem quantitatis libello comprehensae,"" »per quod satis apparet quantitatem libello »comprehendi debere."

8) *recipitur*. P. 1. 2. G. — Al. »accipitur »vel recepit quis confisus de iustitia sua." B. Cf. *Gloss.* ad l. l. ult. Cod. de annal. exc. in v. si ex multis. in f. vers. Item quaero.

9) *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag 453. vers. 14. et seq. »Si enim iudex vel officialis li»bellum talem voluerit suscipere, nec enim »dico cogendum, perpetuatae sunt actiones »actoris, cum tamen per executorem fuerit »admonitus reus. ut Cod. de praescr. 30 ann. »l. sicut."

Cf. part. 2. § 1.

10) Cf. *Gloss.* in v. per executorem.

B. add: „et ex Cod. de ed. D. Hadr. toll. »6, 33. l. 3. [et l. ult.]" Sed hic locus potius cum sequentibus iungendus est. Cf. not. 2. ad h. part. pr.

11) *verius, quoniam.* (Ita saepe »quoniam" pro »quod.") B. P. 1. — Al. „verius quod." P. 2. — »iuris quod." G.

12) *exprimere debet.* B. — Al. »compellen»dus est exprimere." P. 1. 2. G.

H. d. test. *Tancr.* p. 2. tit. 9.

13) verb. »furto abesse." — *Gloss. cas.* »Si »ago condictione furtiva vel actione furti, »debeo in libello meo declarare rem furti»vam."

14) *§. si quis in alienam.* B. — Al. »si quis »in aliam." P. 1. — »si q. i. alium." G. — P. 2. h. l. plura om. — Verum ista non solum mendose scripta, sed etiam aliunde huc translata esse videntur. Rectius enim *Io. Bass.* (l. l. *v. Savigny.* pag. 453. vers. 25.) cum iis, quae paulo post de specie designanda dicta sunt, coniunxerat haec: »l. si quis uxori. »§. si linea." 25.

15) B. add: »et speciem" apposito puncto, quod istas voces delendas esse significat. Recte abs. a P. 1. 2. G.

16) *in actione.* P. 2. G. — Al. »in hac actio»ne." B. — »§. si quis in hac actione." P. 1.

17) *debet dicere.* P. 1. 2. G. — B. om.

18) *platam arg. q. e. d. m.* P. 1. 2. — Al. »plactam arg. d. m." B. — »placcam arg. d. »m." G.

19) *sol. mon. Sen.* Ita scribendum esse videtur. — B. „f. dn̄. sen̄." — P. 1. „f. dm̄. „mo." — P. 2. om. — G. „secundum differen„tiam." — Hinc *Tancr.* lib. 2. tit. 12. „sol. Bo„noniensis monetae."

sura continetur, ut decem corbes vini, frumenti[20]) vel olei. In vestimentis, sive agatur personaliter, sive realiter, dici oportet numerum et colorem. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. et Dig. de furt. 47, 2. l. in actione 19. Sed si actor iuraverit se colorem dicere non posse, huius rei necessitas remittitur. ut Dig. de furt. 47, 2. l. in actione. 19. §. 1. (§. 4.) Item ignoranti pondus, si iuret se nescire, succurritur. Idem credo in numero et mensura. ut Dig. depos. 16, 3. l. 1. §. si quis argentum. 40. Sed quid proderit ei sacramentum istud, cum iudex debeat ferre certam sententiam? Resp., proderit ei quantum ad hoc, ut litem contestetur[21]), quoniam reus aliter[22]) respondere non cogeretur[23]); sed postmodum in processu causae necesse habebit ista dicere[24]).

Cum quis autem in rem actione agit, sic commode libellum formabit: „Ego „B.[25]) conqueror de M., qui detinet fundum meum positum in tali loco etc." — Et fundum debet designare nomine proprio, si proprium nomen habet, vel ea demonstratione, quae fungatur vice proprii nominis[26]). Item si petat puerum, dicere debet nomen. sed si nomen ignoret, dicere debet „qui natus est ex illa „ancilla" vel „qui est ex illa hereditate." ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si quis in rem. 6. et illa talis demonstratio vice proprii nominis fungitur.[27]) ut Dig. de condit. et demonstr. 35, 1. l. nominatim. 34. — Sed an et[28]) hic debebit causam exprimere, puta „fundum, quem emi et ex traditione accepi a Titio" vel „qui fuit „mihi donatus et traditus a Seio" vel „quem Seius mihi legavit?" Et certe sic quidem argui et colligi potest ex lege, ut Dig. de except. rei iud. 44, 2. l. si mater. 11. §. si quis autem. 2. Aliter tamen se habet veritas, quoniam sufficit, si dicat „fundum meum," quod apparet per eandem l. Dig. de except. rei iud. pr. leg. et §. denique. 1. 2. et §. eandem. 4. 5. in fin. et l. et an eadem. 14. §. actiones. 2. nam qualecumque et undecumque dominium adquisitum habuerit, vindicatione prima in iudicium deduxit. ut Dig. de except. rei iud. 44, 2. l. si mater. 11. §. eandem causam.'(4. 5. in fin.). Et hoc est speciale in actione in rem, quia non est proprie actio[29]). — Item designare debet, utrum petat totam rem, an partem, et[30]) quo-

---

20) *frumenti.* P. 1. 2. G. — B. om.

21) B. G. add. »vel: non proderit ei ad »hoc, ut obtineat, sed ut eius libellus reci»piatur; — nisi forte agat contra furem, et »hoc (B. add: »forte") odio furis."

22) *aliter.* i. e. sine libello. Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 12. sub f.

23) *cogeretur.* P. 2. G. (Cf. *Tancr.* l. l. *Damas.* tit. 3. sub f.) — Al. »cogitur." B. — »te»netur." P. 1.

24) G. add.: „vel dic, quod in odium furis „non cogitur ea probare, sed sufficit, si sa„cramento suo ea velit declarare. simile Cod. „unde vi. 8, 4. l. si quando. 9. et Dig. de in „lit. iur. 12, 3. l. cum furti. 9."

25) »Ego b." B. — Al. »Ego tal., iudex." P. 1 — »Ego t, iudex." P. 2. — „Ego Scotus, iu»dex." G.

26) P. 2. adn. 1. »ut Dig. si certum petatur. 12, 1. l. certum 6."

G. add: »non enim interest, utrum id »fiat, quod fieri debet, an id, quod tantum»dem portat. ut Dig. de arbitris. 4, 8. l. litigat. »11. §. 2."

27) *fungitur.* P. 1. 2. G. — Al. »fruitur." B.

28) *et.* P. 1. 2. G. — B. om.

29) G. add.: »Sed numquid dicet, utrum »sit fertilis, an non? Et videtur, quod sic. »ut Cod. de cens. forma. sed bene." — Vid. Dig. de censib. 50, 15. l. forma. 4. pr. §. 1. Ultima verba »sed bene" omittenda sunt.

30) *et.* Ex coni. Cf. l. l. 6. Dig. de rei vind.

tam; quia appellatio rei in actione in rem speciem, non genus significat [31]). ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. Verum iusta causa interveniente remittitur necessitas dicendi quotam partem. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. quae de tota. 76. §. 1. ubi dicitur, quod incertae partis vindicatio datur [32]).

Item, quando quis vult experiri de possessione recuperanda, sic concipiet libellum: „Ego B. conqueror Deo et [33]) vobis de M., qui per vim abstulit mihi „possessionem fundi positi in tali loco etc." vel „qui deiecit me de possessione „fundi positi in tali loco." — Item, si de possessione retinenda [34]) quis vult experiri, sic concipitur libellus: „Ego B. conqueror vobis de M., qui inquietat mihi „possessionem [35]) talis rei etc." — vel „qui non sinit" vel „non permittit me „talem rem quiete possidere." — vel „qui perturbat et inquietat mihi pos„sessionem talis rei etc." [36]). — Et in hoc casu locum habet interdictum uti possidetis secundum quosdam, vel interdictum unde vi. arg. Dig. unde vi. 43, 16. l. vim facit. 11. [37]) et arg. Dig. de adq. poss. 41, 2. l. penult. [38]) et arg. Dig. uti possid. 43, 17. l. si duo. 3. §. 2. [39]). — Item, si de possessione adipiscenda, sic

---

et *Tancr.* p. 2. tit. 13. vers. Item designare. — Al. »vel." B. P. 1. 2. G.

31) *speciem, non genus sign.* Ita scribendum et ista verba cum l. 1. 6. Dig. de rei vind., ex qua desumta sunt, solito more iungenda esse puto. Aliter quidem B. P. 1. 2. »non speciem, sed genus significat. quod si »esset, designare non posset. et (P. 1. »sed") »quia genera non possunt videri (P. 2. »iu»dicari") vel tangi." et similit. G. sed post v. »posset" plura om. Verum prima quatuor verba antiquitus vitiose scripta et ad ea refellenda ab alio in marg. apposita esse videntur haec: »quod si esset, designare non »posset, quia genera — —." *Damasus* autem tit. 4. ista composuit in hunc modum: »non genus, sed speciem signif., quod si es»set, design. n. posset, et quia genera — —."

32) B. et similit. P. 1. 2. G. add.: »Et scien»dum est hic, quod qui offert se fundi vindi»cationi vel alterius rei, quacumque actione »sine causa conveniatur, cum non possidet, »damnabitur. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si is »qui. 7." (Cf. not. 9. ad Tancr. part. 2. tit. 21.) »et Dig. de pet. hered. 5, 3. l. qui se. 45. vel »ad interesse actoris, ut cavetur in ead. l. »qui se liti., vel forte, quanti actor in litem »iuraverit. Sed distinguitur, — —" (reliq. ut infra §. 10. in f.) Et subinde: »Item non »patitur reus actionem in rem, si dicat se »non possidere. verum, si actor probaverit »illum possidere, patietur hanc poenam, »quod possessio rei petitae transfertur in »eum per iudicem. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. »in rem. 80." Sed ista, licet antiquitus inserta esse videantur, (cf. *Damas.* tit. 4. in f.) a genuino contextu separanda sunt. Ipse enim Pillius de his omnibus magis convenienter alio loco disputavit. Vid. h. part. §. 10.

33) *Deo et.* B. — Ab. a P. 1. 2. G.

34) *retinenda.* P. 2. — Al. »fun. retinendi." B. — »retinendi." G. — »restituenda." P. 1.

35) *mihi possessionem.* B. — Al. »me super »possessione." P. 1. 2. — »me in possessio»ne." G.

36) G. et similit. P. 1. add.: »vel: qui non »sinit me uti meo arbitrio possessione talis »rei etc." — P. 2. adn. 1. »vel quando non si»nit. ut Dig. de vi et vi arm. 43, 16. l. vim fa»cit. 11."

37) Cf. *Gloss.* in v. vim facit. vers. extra materiam est haec lex etc.

38) Cf. *Gloss.* in v. manifestum est.

39) *§. 2.* Ita quidem interdum allegatur hodiern. §. 7. Sed cf. hodiern. §. 2. et seq.

commode concipitur libellus: „Ego B. conqueror de M. etc." 40). — Et semper res, cuius possessio petitur, est in libello designanda.

Consueverunt insuper boni advocati et sapientes circa finem libelli inserere: „salvo eo, si plus dicere voluero." vel „reservata mihi licentia et potestate „addendi usque ad sacramentum calumniae." Et hoc totum iudices admittunt 41).

Item quaeritur 42), an de rebus incertis possit libellus concipi, puta: „con„queror de omnibus, quae fuerunt patris mei." Et dicunt quidam, quod sic, quia iudicio procedente actor, cum edit actionem, res, quas petit, et causas petitionis debet explanare. et non dicunt actionem edendam in libello. et sic intelligunt et exponunt omnes leges, quae superius continentur de certificatione facienda ab actore 43). Sed hoc prorsus falsum videtur, quia iam reus non posset esse instructus ad respondendum tali scripturae petitionis 44), propter illam generalitatem, quae ambiguitatem inducit et obscuritatem. ut Dig. de iur. fisci. 49, 14. l. ita. 40. Nec obstat, quod ubi ambiguitas est in iudicio, id intelligendum est, de quo actor senserit. ut Dig. de verb. obl. 45, 1. l. inter stipulantem. 83. §. Stichum. 1. nam istud ideo contingit, quia est quod imputetur reo, cur non postulavit rem certius 45) designari. Item quod dicitur in Dig. de iud. 5, 1. l. solemus. 61. „omnia venire in iudicium, nisi de quibus actum est, ne veniant", intelligo de his omnibus, quae continentur et comprehendi possunt sub petitione actionis propositae 46).

---

40) *M. etc.* — P. 1. »m. etc." — B. P. 2. »mar." — G. »Marco, qui iniuste mihi detinet »rem talem vel possessionem talem, quam peto »ut mihi restituat." — *Damasus* autem tit. 7. pr. ex h. l. »M., qui detinet possessiones, quae »pertinent ad bona illius, cui successi."

41) Sp. add: »Sed licet dicatur, quod in »omni causa ex ordine libellus sit porrigen»dus, ex consensu tamen partium forte potest »causa tractari sine libelli oblatione. ut arg. »in Auth. de litigios. §. ad excludendas." (Nov. 112. c. 2. in f. — Ista ad fin. §. 1. hui. part. potius referri potuisse facile vides.) »Quaeritur hic, an libello semel porrecto sit »iterum porrigendus." (De hac quaestione ipse noster al. l. disputavit. Cf. h. part. §. 7.)

Praeterea G. „Item potest quaeri, an »talis libellus sit admittendus, puta, con»queror de his omnibus, quae habes, pos»sides et retines in villa tali, vel in castro »tali. et dixit dominus Ioan., quod libellus »talis bonus est. arg. eius, quod legitur Dig. »de contrah. emt. et vend. 18, 1. l. haec ven»ditio. 7. §. pen." (§. 1.) »et Dig. de act. emt. »vend. 19, 1. l. quaero. 39. Contrarium tamen »arg. est Dig. de adquir. poss. 41, 2. l. cer»tus locus. 26." — Cf. not. seq. 42.

Nec praetereundum est, quod in his, quae *Damasus* tit. 7. ex Pillii libro se hausisse profitetur, nihil istorum omnium legitur.

42) In his Pillius genuina *Io. Bass.* verba (*v. Savigny*. l. l. pag. 455. vers. 8. etc.) secutus est. — Cf. *Tancr.* p. 2. tit. 13. vers. Et quod dict. est. sub f.

43) *Aldrici* nomen laudavit *Io. Bass.* l. l.

44) *tali scripturae petitionis*. Ex coni. — Al. »tali scripturae petitioni." B. P. 1. 2. — »tali scriptae petitioni." G. — *Damas.* »ta»liter scriptae petitioni." — Clarius h. l. *Io. Bass.* »reus — — non debet respondere »nisi scriptae petitioni, et per scripturam de»bet instrui ad cedendum vel ad contenden»dum, quod non posset fieri in illa genera»litate."

45) *rem certius*. P. 1. G. — »certius." P. 2. — et sic *Io. Bass.* »certius rem." — Al. »cer»tam rem." B. et ita *Damas.*

46) Cf. *Hugolin.* D. D. §. 336. pag. 481.

Ex praedictis ergo [47]), quae circa petitionem rerum dicta sunt, manifeste convincitur, quod sufficit in actione in rem, si quis dicat se dominum, etsi non exprimat dominii causam. Sed an sufficit, si actor rem, quam petit, dicat in libello eam ad se pertinere? Et videtur, quod sic, quoniam potest proponere rei vindicationem vel publicianam, dum tamen ex una earum protestetur se velle consequi, quod sibi debetur; ut Dig. quor. legat. 43, 3. l. 1. (§. 4.) [48]) ergo licet ei dicere suum vel quasi suum, et sic non habet necesse dicere suum praecise, sed sufficit dicere, rem ad se pertinere. ut arg. Dig. de verbor. signif. 50, 16. l. verbum illud pertinere. 181. Ceterum, quia verbum „pertinere" late patet, ut habetur in lege praedicta, iam non esset beneficium editionis salvum reo; nec exinde [49]) potest esse instructus plene, velit cedere vel [50]) contendere; sed per editionem sic debet certiorari, ut de hoc plene possit instrui. ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (pr.) et in Auth. Coll. 5. de exhib. et introd. reis. §. sancimus. (Nov. 53. c. 3. §. 1.) §. 3.

§. [1]) Dictum est supra, qualiter libellus possit et debeat concipi ab actore experiri volente. Verum lege cavetur, quod nemo experiri potest sine actione [2]). ut Dig. de administr. tutor. 26, 7. l. quotiens. 9. §. item. 2. 3. [3]). Ideo sciendum est, quod actor dicta ratione suam debet proponere actionem et eam edere. ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (pr.) Et fit etiam hoc modo actionis editio, scilicet per oblationem libelli conventionalis, item per rescriptum principis ad preces alicuius impetratum et iudici insinuatum et per eum adversario missum et cognitum. ut in Auth. de litigios. §. omnem vero. (Nov. 112. c. 3.) Sed hic competenter quaeritur, an actio sit edenda in libello expresso nomine actionis. Placentinus [4]) dicebat actionem esse edendam in libello, sed hoc ipso [5]) intelligebat editam, quod causa fuisset [6]) expressa, ut ecce [7]): „peto a te centum solidos, quia rem meam tibi vendidi." et sic proponit iste [8]) actionem ex vendito. Sed dominus Iohannes Bassianus [9]) dicebat expressim, quod non compellitur actor nomen actionis in libello inserere, sed post in iudicio debet nomen exprimere [10]). Sed quidam, ut sunt Pisani et

---

47) *ergo*. P. 1. G. et sic *Io. Bass.* l. l. pag. 454. vers. 5. — Al. »igitur." P. 2. — Ab. a B.

48) *Io. Bass.* l. l. pag. 454. vers. 11. et seq. »ut tamen protestetur se ex una tantum velle »consequi ius suum. ut Dig. quor. legat. l. 1. »§. quia autem."

49) *nec exinde*. P. 2. — Al. »non exinde." B. P. 1. — »non etenim." G.

50) *velit cedere vel*. B. — Al. »velit cedere »an." G. — »velitne cedere an." P. 1. 2.

1) B. inscr. »De edenda actione." — P. 2. adn. 2. »De editione actionis."

Cf. *Damas.* tit. 8. 9.

2) *experiri potest sine actione*. (ut in l. l. quotiens. §. 3.) B. et sic *Damas.* tit. 8. — Al. »sine actione agere potest." P. 1. 2. G.

3) P. 2. G. add.: »et Dig. de negot. gest. 3, 5. l. si pupilli. 6. §. ult." — Cf. *Gloss.* in v. non habuit. vers. tertio no.

4) *Placentinus*. Sic G. — et libri manuscr. »pla." — Cf. *Placent.* de variet. act. lib. 1. tit. 1. sub f. *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag. 454. sub f.

5) *ipso*. P. 1. 2. G. — B. om.

6) *causa fuisset*. P. 1. 2. G. — Al. »fuisset »causa." B.

7) *Io. Bass.* l. l. »ut ecce dicit aliquis, »etiam rusticus."

8) *iste*. P. 2. G. — B. P. 1. om.

9) *Iohannes Bass.* »jo b." B. — »Io." P. 1. 2. — »Ioannes." G.

10) *Io. Bass.* l. l. pag. 454. in f. pag. 455.

alii, firmiter tenent et observant, quod actor nomen actionis semper [11] expressim in libello scribat et inserat [12]. Et hoc obtinet fere inter omnes, quod vel scribat actor in libello, vel dicat postea iudici, ut scribat, et iudex scribat [13]; et merito, ut non liceat actori devagari vel obscuram petitionem facere, maxime cum cautum reperiatur, actorem cogendum esse actionem eligere. ut Dig. de tribut. act. 14, 4. l. quod in heredem. 9. §. 1. et Dig. de legat. 2. (31.) l. cum filius. 76. §. variis. 8. Sed hoc verum esse credo, quando actor non dubitat nec vacillat super facto; secus, si dubitaret de facto adversarii. ut Dig. quor. legat. 43, 3. l. 1. [14]. Sed alio modo potest quis edere, puta si dictando detegat [15], vel adversarium suum ad alium [16] ducat et demonstret ei, quod dictaturus [17] est, vel id dicendo, quo uti velit. ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (§. 1.)

[18] Ecce dictum est, quod actor debet exprimere in libello rem, quam petit, certam et eam [19] designare, et debet nomen actionis in libello expressim scribere [20], et eam edere, sicut supra ostensum est. Sed ita facienda est hodie ab actore actionum editio, ut proinde sciat reus, velit [21] cedere an contendere, et, si desistendum putaverit, cedat, ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. non alienum. 10. si vero duxerit contendendum, possit esse instructus et veniat ad respondendum cognita actione. ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (pr.) Sed dicitur in eadem lege, quod actor debet actionem edere, qua acturus est; ergo specialiter, et non generaliter; nam, quando generaliter [22] actionem edit, puta condictionem certi generalem, non videtur actionem edere, quoniam perfunctorie edit. Verum non com-

---

in f. — Minus accurate istum dissensum enarravit *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de act. seu petit. §. 1. pr. (Ibi Francof. male »Io. »And. et Azo" pro »Io. autem et Azo.")

11) *semper*. P. 1. 2. G. — B. om.

12) *Io. Bass.* l. l. pag. 454. vers. 28. et seq. »Et prudentissima quidem Pisana civi»tas inter cetera, quae sapienter disposuit »et observat, secundum quod accepi, nomen »actionis in libello exprimere constituit." In libro autem manuscripto, quo antiqua Pisanorum statuta continentur, (cf. *Abhandl. d. K. Akad. d. Wissensch. in Berlin. 1827. Histor. philolog. Cl.* pag. 189. et seq.) regula reperitur haec: »sufficiat (in petitione) di»cere, quid (actor) agit vel quid petit" *»»omni »»iure, quo potest;""* dum tamen foretanei non »nostri districtus in eorum petitionibus te»neantur *causam* exprimere, quare petunt." Cod. Berol. pag. 7.

13) *scribat.* P. 2. G. — Al. »scribit." B. P. 1.

14) Cf. *Gloss.* ad §. 4. in v. velle consequi.

15) *dictando detegat.* Ex coni. — Al. »dictanti rogat." B. — »dictam tibi tegat." P. 1. — »dicat legat." P. 2. — »dubitando dete»gat." G.

16) Cf. *Gloss.* ad l. 1. §. 1. Dig. de edendo. in v. ad album.

17) *dictaturus.* P. 2. G. — Al. »dedictatu»rus." P. 1. — »dicturus." B.

18) B. inscr. »Qualiter sit facienda edi»tio actionum." — Similit. P. 1. »Qualit. fa»cienda sit e. a." — P. 2. adn. 2. »Q. f. s. e. a. »vel instrumentorum." — G. »De editione »actionis."

19) *certam et eam.* Al. »et certam et eam." P. 2. — »et certam eam." P. 1. — »et eam." B. — »certam et causam." G.

20) *expressim scribere.* P. 2. G. — Al. »ex»pressim subscribere." B. — »exprimere." P. 1.

21) *velit.* B. G. — Al. »velitne." P. 1. 2.

22) *non generaliter; nam quando generaliter.* P. 2. — Al. »non generaliter hanc quidem »generaliter." P. 1. — »non generaliter." B. — »nam qui generaliter." G.

pellitur; sicut enim nemo agere cogitur, ita praecise nemo actione vel officio [23]) compellitur actionem edere; et [24]) antequam actor [25]) edat, non compellitur reus respondere; et si actor voluerit reum causative [26]) respondere, necesse habebit specialem actionem proponere et edere [27]). Sed forte quod iure veteri cautum reperitur [28]) de edenda actione, correctum est hodie per Auth. offeratur. [29]) secundum quosdam. quod verum esse non credo [30]).

Item edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem editurus est. ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. §. edenda. 3. Ergo et titulus, qui iudici datur, in quo continetur, qualiter et de [31]) quibus capitulis testis interrogetur, edendus est adversario [32]).

[33]) Instrumentorum quidem editio fieri debet sine die et consule [34]), ne quid excogitetur et praelato [35]) die fiat fraudulosa [36]) excogitatio. [37]) ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (§. 2.) Et ex consuetudine, quam iudices observant, non dantur instrumenta adversario, sed fit ex illis copia exemplandi per advocatum, vel per alium fidum tabellionem. Item fit adversario ex illis copia inspiciendi cum suo advocato et aliis, si forte putaverit et [38]) dixerit suo sacramento, se posse ea de falso arguere. ut Cod. de fide instrum. 4, 21. l. ult. 21. Quod si non de falso, sed aliter inde dubitetur, fiet literarum comparatio. Et notandum, quod comparatio fit ex quinque generibus instrumentorum; puta ex forensibus, quae dicuntur instrumenta apud iudicem confecta; item ex publicis instrumentis et chirographis, habentibus subscriptionem trium testium fide dignorum et omni exceptione maiorum; item ex literis publicis et privatis, quibus adversarius utitur, recte fit comparatio; et ex charta similiter, quae profertur ex archivo publico, habente publicum testimonium, quod fit, quando per testes publice probatur, quod de archivo

---

23) *actione vel officio* (iudicis implorato: secund. solitum loquendi usum. Cf. e. g. *Pill.* qu. 16. pr. verb. »proponitur officium iu»dicis vel in rem utilis.") B. P. 1. — P. 2. G. om.

24) *et.* Scribendum fortasse »sed."

25) *actor.* B. P. 1. G. — Al. »actionem." P. 2.

26) *causative.* i. e. ut status causae constitui possit.

27) *proponere et edere.* G. — Al. »propo»nere vel edere." P. 1. 2. — »edere et pro»ponere." B. — Cf. h. part. §. 4. pr. §. 6. pr.

28) *reperitur.* P. 1. 2. G. — Al. »est" B.

29) ad Cod. de lit. cont. 3, 9. Ibi enim de libello dictum, sed nihil de edenda actione additum est.

30) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 151. pag. 238.

31) *de.* P. 1. 2. G. — Al. »in." B.

32) Vid. part 3. § 11.

33) G. inscr. »De editione instrumentorum."

34) B. add.: »nam si fieret editio cum die »et consule, posset quis diem addere vel di»minuere et sic post probare de absentia sua »illa die et taliter faceret exemplari." Similit. G. et quidem alio loco magis apto. Cf. not. 37. Sed ipsa haec varietas argumento est, ista a margine in contextum irrepsisse.

35) *praelato.* P. 1. 2. G. — Al. »prolato." B. — Cf. lectionis varietatem ipsius l. 1. §. 2. Dig. de edendo.

36) *fraudulosa.* B. G. — Al. »fraudulenta." P. 1. 2.

37) G. add.: »Nam si fieret cum die et »consule, posset quis addere et diminuere »et sic probare posset de absentia— —" etc. ut in not. 34.

38) *et.* G. — Al. »vel." B. P. 1. 2.

publico sit extracta, et tunc dicitur habere publicum testimonium. Et fieri debet comparatio per sacramentum illorum, quibus committitur, quod neque pretio, neque odio, neque amore vel gratia alicuius [39]) hoc i. e. comparationem literarum istarum facient. Et dicitur comparatio, i. e. assimilatio. Et talibus debet committi, qui id melius facere noverint, sive sint tabelliones, vel simplices scriptores, vel alii literati. ut Cod. de fide instrum. 4, 21. l. comparationes. 20. et in Auth. de his qui ingrediuntur ad appell. §. illud. Coll. 5. (Nov. 49. c. 2.) [40]).

§. 4. §. [1]) Est dictum superius, quod actor debet specialem actionem proponere et edere. Unde sciendum est, quod specialem actionem editam emendare licet [2]), ut si prius minus petierit, poterit postea in amplius intendere [3]), et e contrario. ut Cod. de edend. 2, 1. l. 3. et Inst. de act. 4, 6. §. si minus. 34. Sed hoc verum dicunt esse quidam, antequam super minus vel super amplius sacramentum calumniae praestetur. Alii dicunt, quod etiam super his facto sacramento calumniae possit actor actionem emendare, ut dictum est [4]). Verum superior sententia verior est et melior [5]). Sed ita conceditur actori actionem emendare in amplius, quod beneficium deliberationis sit salvum reo et novae induciae dentur sibi [6]).

§. 5. §. [1]) Et quia facta actionis editione sequitur in ius vocatio, merito de ea hic aliquid inseramus.

---

39) *neque pretio — — alicuius.* — P. 1. 2. »neque pretio vel odio neq. am. v. g. a." — G. »neque pretio neq. gratia neq. amore neq. »odio a." — B. »neq. odio vel amore vel gra»tia a."

40) Quaerendum est, num ea, quae hoc loco non satis apto de instrumentis tradita sunt, ipsi Pillio tribuere debeamus; et dubitationem augent *Io. Andr.* verba ad *D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de instrumentor. edit. „Pil»lius non fecit de instrumentis rubricam, sed »in tit. de probationib. in f. de hoc tractavit »et modicum, item in tit. de testib. subscriptis »in instrumento." (Vid. part. 3. §. 7. 14.) Sed cum parum firmum sit argumentum ex tali praeteritione eorum, quae alio loco dicta fuerint, desumendum, adeoque ipse noster aliquam saltem huius loci particulam allegasse videatur, (part. 3. §. 12. vers. »Post »haec quidem instrumenta, — — quae parti »adversae sunt edenda, prout superius con»tinetur.") omnia ea retinenda esse puto, quae in contextu posita sunt.

1) B. inscr. »De in ius vocando." Vid. not. 1. ad seq. §. 5. Cf. *Damas.* tit. 10.

2) *emendare licet.* Aliter quidem codd. — B. »emendare licet et mutare. §. Emendare." (similit. G. »et em. l. et m. Emend.") — P. 1. 2. »emendare licet et mutare." — nec non *Damas.* »mutare et emendare." — At ipsum Pillium illo verbo »mutare" h. l. haud usum esse, tota loquendi ratio, quam in hui. §. 4. contextu et in §. 7. secutus est, abunde docet.

3) *intendere.* B. G. et *Damas.* — Al. »ex»tendere." P. 2. — »procedere." P. 1.

4) Cf. not. 11. ad h. part. §. 7.

5) *et melior.* P. 2. G. — Ab. a B. — P. 1. h. l. plura om.

6) Sp. add.: »Hic quaeri consuevit, an »iudex terminabit primam petitionem et se»cundam una sententia? item cum sint duae" (Alit. codd. »cum sint an sint duae." P. 1. — »an sint duae." B. P. 2. — »an duas." G.) »petitiones, vel unam tantum mutare licet? »sicut infra plenius invenitur expositum."

1) P. 2. inscr. »De in ius vocatione." (P. 1. »De usucapionibus.") — G. »De in ius vocan»do." — B. »De mutatione vel emendatione actionum." Cf. not. 1. ad §. 4. — *Io. Andr. ad D.*

In ius vocare est vocare ad ius, id est ad eum, qui ius dicit, sive possit ius dicere inter vocantem et vocatum, sive non. Vocatus namque ad iudicem alienum ire debet, allegaturus, quare apud eum litigare [2]) non debeat; ut Dig. de iud. 5, 1. l. si quis ex aliena. 5. et venire debet ante iudicem, ut hoc ipsum [3]) sciatur, an iurisdictio sit eius; ut Dig. si quis in ius voc. 2, 5. l. 2. (pr.) et si non venerit [4]), mulcta ab eo damnari poterit; ut Dig. e. l. 2. §. 1. nam eo ipso, quod contemsit venire, deliquit; in quo casu erit ei ille iudex competens ad hoc, ut propter istud delictum possit eum mulctare; et idem [5]) ipse poterit sententiam exsecutioni mandare [6]). Sed quaeritur, an idem ipse iudex possit de hoc cognoscere? Resp., utique poterit. ut arg. Dig. de iud. 5, 1. l. 2. §. sed si agant. (§. 5. sub f. et §. 6.) et l. si quis ex aliena. 5. et arg. Dig. ad municip. 50, 1. l. de iure. 37. (pr.) Sed quis in hac causa ex parte iudicis iurabit de calumnia? Resp., idem ipse iudex [7]). Sed quidam dicunt, quod hoc locum habet, quando dubitatur, an vocatus sit de iurisdictione vocantis, alioquin non compellitur ad praetorem venire allegaturus privilegia. arg. Dig. de iud. 5, 1. l. non videtur. [8]) 3. Sed verius est et magis obtinet, quod semper vocatus ire debet ante iudicem, allegaturus privilegia.

In ius vocat actor, et non reus, si [9]) cum effectu vocat et non verbotenus, et ita, quod invitus ad iudicium venire cogitur. In ius non potest vocare nec vocari ex ordine impubes, furiosus vel prodigus. Prohibentur in ius vocari quidam ratione personarum, quidam ratione negotiorum. Ratione personarum prohibetur in ius vocatio multis et variis modis, de quibus non expedit modo [10]) per singula dicere [11]). Ratione negotiorum tribus modis tantum [12]); puta propter communes necessitates, ut messium et vindemiarum; item propter publicas, ut expeditionum indictarum, et propter ferias solemnes et repentinas; item ob privatas

---

sp. lib. 2. p. 1. in rubr. de citatione. »Pillius post »principium sui operis posuit rubr. de in ius »voc.«

Cf. *Damas.* tit. 11. 12. 14.

2) *apud eum litigare.* P. 1. 2. G. — Al. »litigatur ap. eum.« B

3) *ipsum.* P. 2. (Cf. l. 1. 2. Dig. si quis in ius voc.) — Al. »ipso.« B. P. 1. — G. om.

4) *venerit.* G. — Al. »erit.« B. — P. 1. 2. h. l. plura om.

5) *et idem.* P. 1. 2. G. — Al. »i.« (id est) B.

6) B. add.: »et si non habeat bona aliqua »sub illo iudice, mandabitur tamen sententia »exsecutioni a suo iudice. ut arg. Cod. de »iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin autem »reus abfuerit. 3. et Dig. de ventre insp. 25, »4. l. 1. §. ex hoc.« (1. et seq. Vid. §. 3 in f.) »et Cod. de arbitr. 2, 56. l. cum antea. 5. prim. »resp.« — Verum haec fortasse antiquitus in plur. codd. inserta iam *Damaso* (tit. 11.) ob oculos versari potuerunt.

7) Nihil hoc loco a Pillio allegari notavit *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citatione. §. 1. num. 19. in f.

8) *ad praetorem — — l. non videtur.* (Cf. *Gloss.* in v. non videtur. *Gl. cas.* ad l. si quis. 5. e. t. *Gl.* ad l. 2. Dig. si quis in ius voc. 2, 5.) P. 2. — Al. turbato ordine: »ire. arg. Dig. de »iud. non videtur ad praetorem allegatur pri»vilegia.« B. — P. 1. G. h. l. plura om.

9) *si.* Scribend. fortasse »scilicet.«

10) *modo.* P. 1. 2. G. — B. om.

11) *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 1. num. 10. in v. habes. »Hac de causa« (quoniam sc. isti casus in legibus etc. allegati sint) »Pillius »noluit eos recitare.«

12) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de feriis. »Pillius aliquid de ipsa tractavit

necessitates, ut cum quis uxorem ducit vel sepelit. ut Dig. de in ius voc. 2, 4. l. 1.[13]). Sed non est praetermittendum scire, quoniam tempore messium et vindemiarum, quod tempus est duorum mensium, ut Cod. de fer. 3, 12. l. omnes. 7. potest quis se excusare et iudicium declinare, quia occupati circa rem rusticam in forum compellendi non sunt, nisi certis de causis, ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1., dicunt quidam: ergo qui non sunt occupati, compellendi erunt, ut arg. Dig. de iud. 5, 1. l. de eo. 26. et l. quid enim. 27. item alia ratione, quoniam sublata causa vel cessante tollitur vel cessat effectus [14]). Sed non bene dicunt, quoniam feriae inductae [15]) sunt propter publicam utilitatem, ergo omnibus, tam occupatis, quam non occupatis, debent vacationem praestare, ut arg. Cod. de Iud. et coelic. 1, 9. l. die. 13. item et alia ratione, quoniam ista prohibitio generalis est, ad quod multum facit lex Dig. qui et a quib. manum. 40, 9. l. prospexit. 12. (§. 1.) et standum est legis generalitati. ut Dig. de testam. milit. 29, 1. l. in fraudem. 15. (in f.) [16]). Sed et [17]) hoc consuetudo, quae est optima legum [18]) interpres, magis approbat et hodie sic firmiter tenet [19]) et observat inter omnes. — Et est sciendum, quod iudex nullas ferias de novo constituit, ut Cod. de fer. 3, 12. l. a nullo. 4. constitutas a lege, ut messium et vindemiarum, apto tempore disponit pro consuetudine cuiusque regionis. ut Dig. de fer. 2, 12. l. praesides. 4.

§. 6. §. [1]) Contingit quandoque, quod actor plures ad idem proponit et edit actiones. Igitur est hoc diligenter inspiciendum, an tunc unam eligere sit cogendus. Ad quod sic breviter potest responderi, quod si actor plures proponit copulative, puta hanc et illam, tunc eligere compellatur; ut Dig. de legat. 2. (31.) l. cum filius. 76. §. variis. 8. [2]) et Dig. de legat. 1. (30.) l. si servus legatus. 108. §. cum homo. 2. [3]) et l. huiusmodi. 84. §. ult. quoniam is, qui utramque [4]) sic proponit, unam asserit sibi certe [5]) competere vel saltim id credit; si autem alternative plures proponit, puta hanc vel illam aut aliam [6]), tunc aut de facto certus est et

---

»sub rubr. de in ius vocando." Cf. not. 1. ad h. §.

13) *l. 1.* B. P. 1. 2. G. — Fuerit l. 2. 3. — Cf. *Damas.* tit. 14.

14) B. add.: »ut dicit generale quoddam. »et Dig. de pact. 2, 14. l. quod dictum est. 32. »et de divort. 24, 2. l. ult." (§. 1.)

15) *inductae.* B. »iniuncte." — P. 1. »inducie." — G. »inventae." — P. 2. h. l. plura om.

16) H. sent. (cf. *Pill.* qu. 123.) test. *Tancr.* p. 2. tit. 3. sub f. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de feriis. §. 1. num. 8. in v. venerealis.

B. add.: »et Dig. de iur. et fact. ign. 22, 6 l. pen. §. sed quoniam. in f." — Fuerit §. sed nec quod. (in med. §. 5.)

17) *et.* G. — Ab. a B. P. 1. 2.

18) *legum.* P. 1. 2. G. — Al. »iuris." B.

19) *tenet.* P. 1. 2. G. — Al. „retinet." B.

1) B. P. 2. adn. 2. inscr. »An actor sit cogendus eligere actionem." — P. 1. »An auctor »cogendus sit eligere." — G. »An proponens »plures actiones unam cogatur eligere." — In aliis autem codd. ea, quae sequuntur, (§. 6. 7.) sub rubr. de in ius voc. posita fuerint. Ita enim commode explicari poterunt *Io. Andr.* verba ad *D. sp.* lib. 4. in rubr. de libellor. concept. »Pillius de hoc tractat in princ. »et *rubr. prima.*" Cf. not. 1. ad h. part. §. 5.

2) Cf. *Gloss.* in v. electa.

3) Cf. *Gloss.* in v. legatarii.

4) B. add.: »generaliter."

5) *certe.* P. 2. — Al. »certum" G. — B. P. 1. om.

6) *aut aliam.* B. — Al. »aut illam." P. 1. 2. — G. om.

scit, quae sibi competit, quo in casu debet eligere; si autem est incertus propter factum adversarii, adhuc non est cogendus eligere; ut Dig. quor. legat. 43, 3. l. 1. (§. 4.) [7] nisi forte [8] in casibus. ut Cod. de codicill. 6, 36. l. ult. et Dig. de tribut. 14, 4. l. quod in heredem. 9. §. eligere. 1. Verum ex consuetudine generali istud hodie fere inter omnes iudices observatur, quod non compellunt actorem ad eligendum [9], et admittunt plures actiones propositas insimul, dum tamen non contrarias, de eodem facto et negotio, et cum hac adiectione quidam [10], scilicet „propono omne ius competens mihi" vel ita „et si quid deest." Et sunt quidam, qui ita simpliciter admittunt verba actoris circa editionem actionum, scilicet „propono omne ius mihi competens" nulla facta mentione specialium actionum, et hoc defendunt per l. Cod. ut quae des. advoc. 2, 11. et Dig. de pet. hered. 5, 3. l. ult. [11]. Sed non bene dicunt.

§. Sed hic competenter quaeritur, an actor usque ad sententiam possit §. 7.
mutare actionem, quam edidit, et, si mutaverit, an sit reus ab illa actione absolvendus, et, si non sit absolvendus [1], an debeat tunc habere tempus ad deliberandum et novas inducias, et iterum sit libellus ei porrigendus? Et certe dico, quod actor ante sententiam potest actionem mutare et aliam edere, quamvis non ex eadem causa petat; quod colligitur in Dig. de noxal. act. 9, 4. l. 4. §. ult. et Inst. de act. 4, 6. §. si quidem [2] aliud. 35. Sed distinguitur, utrum actor mutavit et edidit penitus aliam et non aptam negotio, id est ita, quod non ex eadem causa peteretur, an edidit aliam, sed eadem causa petitionis durante. In primo casu absolvendus est reus ab actione priori, et iterum conficiendus est libellus et dandus, et tempus novum induciarum ad deliberandum largitur, et lis est iterum contestanda, et de calumnia iurandum, quoniam posset uterque malignare et per calumniam respondere in hac secunda actione, cum primum sacramentum ipsos non teneat [3], ex quo alia causa est. Verum si reus propter hoc, quia non potuit esse instructus in hac secunda editione per primam, circa [4] expensas aliquod damnum passus fuerit, id totum ab [5] actore consequetur per actionem in factum. ut Dig. de edend. 2, 13. l. ubi. 8. §. ult. In secundo vero casu, puta edidit prius actor [6] actionem mandati ad decem petenda, et habuit reus super hoc tempus ad deliberandum, et iuratum fuit etiam de calumnia, postea mutavit actionem et edidit certi condictionem ad eadem decem petenda; tunc, quia eadem res petitur et ex eadem causa per secundam actionem petitur, bene potest mutari; non enim iuratur super actione [7], sed super ipso facto et causa; merito ergo, cum idem sit factum [8] et causa, potest mutari; non

---

7) Cf. *Gloss.* in v. incertum. et l. l. in not. 2.
8) *forte.* P. 1. 2. G. — B. om.
9) *compellunt actorem ad eligend.* P. 1. 2. G. — Al. „compellitur ad eligend. actorem." B.
10) *quidam.* B. P. 1. 2. — Al. „quidem." G.
11) Cf. *Gloss.* in v. exciperetur.
1) *et si non sit abs.* P. 1. G. — B. P. 2. om.
2) *quidem.* „quid',, B. — „quid." P. 1. 2. — Al. „quis." (vulg. lect.) G.
3) B. add.: „ut arg. Dig. de damn. inf. 39, „2. l. si bona fide. 13. §. si quis stipulatus. „12."
4) *circa.* P. 1. 2. G. — Al. „et circa." B.
5) *ab.* P. 1. 2. G. — B. om.
6) *actor.* P. 1. 2. G. — B. om.
7) *actione.* P. 2. G. — Al. „ipsam actionem." B. — P. 1. om.
8) *factum.* P. 1. 2. G. — Al. „negotium." B.

est igitur dandum reo iterum tempus ad deliberandum, quoniam bene potest esse instructus in hac [9]) secunda editione per primam, sicut erat in prima, quia eadem res petitur et ex eadem causa fit petitio; sed nec erit iterum de calumnia iurandum supradicta ratione [10]).

§. Haec locum sibi vindicant iure fori in causis saecularibus; secus autem §. 8. **iure poli in ecclesiasticis, ubi talis libellus non est necessarius nec porrigitur; quod potest colligi ex illo [1]) X. papae Coelestini tertii „plerumque." [2]) quia sufficiunt literae commissionis, in quibus totum factum, de quo agitur, continetur, quae semper [3]) adversario transmittuntur a iudice delegato, ut ibi ex illis ad respondendum instruatur. licet iudex delegatus quandoque, ad instantiam et improbitatem advocatorum superandam, consueverit iubere et interloqui libellum confici et adversario dari, nullis tamen propter hoc datis induciis. Item actio ibi non proponitur [4]) nec editur ex necessitate, quia sufficit pure et simpliciter factum ipsum et rei veritatem secundum formam canonum investigare, quod colligitur ex altero X. papae tertii Alexandri „dilecti filii etc. [5])."**

§. 9. **§. [1]) His itaque super libello et libelli confectione atque porrectione, et super rebus petendis et designandis, et causis debendi [2]) exprimendis vel non exprimendis, et super editione facienda et qualiter [3]), in ius vocatione, et actionibus proponendis et eligendis vel non, emendandis atque mutandis usque ad sententiam vel non [4]), prout possibile fuit, summatim expositis, subsequenter perveniendum est, ut reus interrogetur, possideat vel non rem petitam. Item et aliae interrogationes reo sunt faciendae ante litem contestatam, de quibus infra per singula explicabitur. Et post ad litis contestationem, ubi praesentis tractatus pars secunda sumit exordium, item ad interrogationes, si opus fuerit, hinc inde demum ad sacramentum calumniae pervenitur [5]), et sic postea instrumentis et testibus aliisque probationibus in medium prolatis atque inductis, quibus editis et publicatis decurritur ad tam de facto quam de iure copiosam allegationum promulgationem,**

---

9) *hac.* P. 1. 2. G. — B. om.

10) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 150. pag. 238. *Hugolin.* §. 6. 84. pag. 255. 323. et *eiusd. distinct.* ad l. 3. Cod. de edend. etc. ibid. (ed. *Haenel.*) pag. 559.

1) *ex illo.* P. 1. 2. G. — Al. »in." B.

2) B. in marg. recte: »et est positum X. »2. de dilationib. 2, 4. c. un." (c. praeterea. 2. X. G. de dilationib. 2, 8) Priorem huius decretalis partem continet c. plerumque. 2. X. 2. de dote post divort. restit. 4, 14. (4. X. G. de donat. int. vir. et ux. 4, 20.)

3) *semper.* G. — B. »si . . ." expunctis aliquot literis. — P. 1. 2. h. l. plura om

4) *proponitur.* P. 1. 2. — Al. »ponitur." B. — »ponetur." G.

5) c. 1. X. 1. de appell. 2, 20. siv. c. 1. X. G. e. t. 2, 28. et, quod ad h. l. maxime spectat, c. 6. X. G. de iud. 2, 1.

1) B. inscr. »De rei interrogatione." — G. »De interrogatione rei." — P. 1. 2. om. Cf. not. 1. ad §. seq. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de interrogationib. q. fiunt ante litem cont. »Pillius fecit de hoc rubr. isti »consonam in f. suae primae partis."

2) *debendi.* P. 2. — Al. »debendis." P. 1. — »debendis et." B. — »deducendis et." G.

3) P. 1. 2. add.: »facienda."

4) *usq. ad sent. v. non.* P. 1. 2. — Al. »vel »non usq. ad sent." B. G.

5) *pervenitur.* P. 1. 2. G. — Al. »pervene- »runt." B.

quibus cum fuerit renunciatum, dictatur sententia diffinitiva, vel quandoque dictabitur interlocutoria, puta de danda possessione actori causa servandae rei, propter contumaciam fugientis vel non respondentis, vel forte dictabitur alio modo diffinitiva, id est legitima, puta quod absolvetur reus ab observatione iudicii, et actor similiter, quando non liquet iudici de causa. De quibus omnibus aliquid in hoc opusculo per singula, donante Domino, ad pleniorem iudicum seu advocatorum instructionem duximus inserendum, non omisso forte tractatu appellationis utpote utilissimo [6]). Sed non mireris, lector, quod de causarum commissione et delegatione hic nihil inseritur, cum saepe soleant a iudicibus fieri, antequam interrogationibus utatur [7]) vel lis contestetur; quoniam de his, ut credimus, satis competenter [8]) inferius poteris invenire tractatum [9]).

§. [1]) Inprimis igitur qui petitorio iudicio utitur, id est uti vult [2]), ne frustra experiatur, quaerere debet, an reus possideat, vel dolo desiit possidere. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. qui petitorio. 36. Et compellendus est reus respondere, utrum possideat et pro qua parte, vel dolo desiit possidere. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. qui servum. 20. §. ult. 1. 2. Verumtamen non compellitur dicere titulum suae possessionis, vel utrum res sit ipsius; ut Cod. de pet. hered. 3, 31. l. cogi. 11. [3]) et Dig. de rei vind. 6, 1. l. in speciali. 73. [4]) hoc enim petitoris munus est, ut in eadem lege dicitur. — Item [5]) inspicere debet actor, an aliquo interdicto valeat possessionem nancisci, quoniam commodius est possidere, quam rem petere et vindicare. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. is qui. 24. — Et si conventus in rem actione dixerit se non possidere, absolvendus erit; hoc enim modo actionem contra se evitabit. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. in rem actionem. 80. Sed actori probanti adversarium possidere dabitur eius rei possessio per iudicem, ut habetur in eadem l. in rem. et arg. in Auth. de trient. et semiss. §. illud quoque in iudiciis [6]). (Nov. 18. c. 10.) Sed an idem erit in eo, qui dolo desiit possidere, scilicet ut, si fuerit hoc probatum ab adversario, condemnetur ad interesse vel ad aestimationem rei? Resp., videtur, quod non. poterit tamen actor fortassis, si velit [7]), a reo exigere, ut iuret se non possidere. ut arg. Dig. de noxal. act. 9, 4. l. quotiens. 21. §. praetor. 2. [8]). — Si vero quis se obtulit fundi §. 10.

---

6) *utilissimo.* P. 1. 2. G. — Al. »vilissimo.« B. — Cf. *Io. Bass.* l. l. *v. Savigny.* pag. 455. vers. 5. 6.

7) *utatur.* (sensu quasi passivo.) B. P. 2. G. — Al. »utantur.« P. 1.

8) *competenter.* B. — Al. »copiose.« P. 1. 2. G.

9) Cf. part. 2. §. 12. et seq.

1) B. inscr. »De his, quae fiunt ante litis »cont. et rei interrogationem.« — P. 1. P. 2. adn. 1. »De his, quae fiunt ante lit. cont.«

Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 21. pr. §. 1. vers. Decimus. *Damas.* tit. 18.

2) Cf. *Gloss.* ad l. l. qui petitorio. in v. utitur.

3) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 72. pag. 170. et *Hugolin.* distinct. ad h. l. cogi. ibid. (ed. *Haenel.*) pag. 573.

4) Cf. *Gloss.* in v. eius sit.

5) *Item.* P. 1. 2. G. — B. om

6) *in iudiciis.* — B. »iudicum.« — P. 1. 2. »iudicium.« — G. »iudici.«

7) *act. fort. si velit.* P. 1. 2. G. — Al. »fort. »si velis.« B.

8) *Sed an idem* (h pag. vers. 26.) — — *§. praetor.* Hanc particulam *Damasus*, cum h. §. 10. describeret, (tit. 18. et ibi in f. »Pil-

vindicationi vel alterius rei, quacumque actione conventus, et sine causa, cum non possideret, damnabitur. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. is qui. 25. et Dig. de pet. hered. 5, 3. l. qui se liti. 45. scilicet vel ad interesse actoris, ut in eadem l. „qui „se liti." cavetur, vel forte quanti actor in litem iuraverit. Sed distinguitur, utrum ignoret actor reum non possidere, nec dolo fecisse, quo minus possideret; in quo casu non erit reus absolvendus: sed hoc verum est, si patiatur secum litem contestari; si vero ante litem contestatam poeniteat eum et dicat se non possidere, non decipit actorem, cum non possideat, et non videtur se liti obtulisse, qui discessit: cum autem scit actor reum non possidere, tunc non ab alio, sed a se decipitur, et ideo reus absolvitur. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. is qui se. 25. et l. nam si. 26.

§. 11. §. 1) Diximus prope superius, quod actor, cum rem petere vult, debet quaerere et interrogare, utrum reus possideat etc. Nunc igitur 2) videamus de quibusdam aliis 3) interrogationibus, quae ante litem contestatam fiunt, ubi, quando et quomodo fieri debeant.

Huiusmodi namque interrogationes sunt faciendae in loco iudiciali, id est ante iudicem, et ante litem contestatam. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. 1. §. interrogatoriis. 1. 4) Et ubi dicitur, quod fiunt in iure, ergo post litem contestatam, non est verum; sed intellige „in iure" id est „in loco, in quo ius reddi„tur," et non „in iure" id est „in iudicio." Si reperitur, quod fiunt in iudicio, intellige, id est „ante iudicem;" vel largo modo accipitur ibi iudicium, id est „dum quis convenitur, lite nondum contestata 5)."

Et fiunt hodie interrogationes ante litem contestatam, ut dictum est, in decem casibus specialibus et in uno casu generali. Primus casus est, an sit heres.

»lius.") prorsus omisit. Sed istam spuriam esse haec praeteritio haud convincit, cum potius ipsam Pillii opinionem Damaso displicuisse satis verisimile sit.

B. ante verb. seq. »Si vero etc." inscr. »De his, qui se liti offerunt."

1) B. inscr. »In quibus casib. fiunt hodie »interrogationes ante lit cont." Cf. not. 5. in f. — G. »De aliis interrogationib. ante litis »cont."

Cf. *Tancr.* p. 2. tit. 21 §. 1. *Damas.* tit. 19.

2) *igitur.* P. 1. 2. G. — B. om.

3) *aliis.* P. 2. G. — B. P. 1. om.

4) Cf. *Gloss.* ad pr. l. 1. in v. damni. vers. et nota, quod ex eo.

5) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de positionib. §. 2. in f. »De" (membro »ubi fiunt »positiones") »dicit Pillius part. 1. rubr. pen»ult." (cf. not. 1. ad § 12.) »loquens de inter»rogationib. ante litem cont. — — quod fa»ciendae sunt in loco iudiciali; et verbum »»in iure"", quod est in l. 1. §. interrogato»riis." (vid. h. l. 1. pr.) »intelligit i. e. in loco, »in quo ius redditur, et non in iure et in iu»dicio iam instituto. Imo, si reperitur, quod »fiant in iudicio, dicit intelligendum »»ante »»iudicium vel apud iudicem;"" vel »»accipi»»tur large, i. e. dum quis convenitur, li»»cet lis contestata non sit."" Nec putes, »quod ipse Pillius intendat post contestatio»nem litis interrogationes per iudicem fieri »non posse, cuius contrarium est verum, — »— sed intendit ad illas non esse necessa»riam contestationem." — Ceterum cf. h. §. 11. in fin. et seq. §. 12. vers. Et propter hoc.

Ante verb. seq. »Et fiunt etc." P. 2. adn. 2. »In quib. causis fiunt hodie interrogationes »ante lit. cont."

Secundus, quota ex parte sit heres. Tertius, an in eius [6]) potestate sit servus, cuius nomine noxali iudicio agitur. ut Dig. e. t. 11, 1. l. qui interrogatur. 5. Quartus est, an quadrupes, quae pauperiem fecit, vel servus, qui damnum dedit, sit eius. ut Dig. e. t. l. si quis in iure. 7. et l. sequenti. Quintus est, utrum ex testamento heres quis sit, an ab intestato, et an suo nomine quaesita sit ei [7]) hereditas. ut Dig. e. t. l. si sine. 9. §. illud. 6. Sextus, an ei restituta sit hereditas. ut Dig. e. l. et e. §. (§. 7.) Septimus est, an peculium sit apud eum, cum quo agitur. ut e. l. §. ult. Octavus est, an aedes, ex quibus damnum timetur, eius sint et quota ex parte. ut Dig. e. t. l. non alienum. 10. Nonus est de aetate. ut Dig. e. t. l. de aetate. 11. (pr.) Decimus est casus notatus supra in illo §. Inprimis igitur qui petitorio etc. [8]). Undecimus casus est generalis, ubicumque iudicem aequitas moverit. ut Dig. e. t. l. ubicumque. 21. et hic casus generalis locum habet et ante litem contestatam et post.

§. [1]) Effectus autem istarum interrogationum hic est, ut qui respondit, „sic §.12.
est" [2]), teneatur ea actione, qua adversus eum agitur, ac si contraxisset: non quod oriatur ex confessione actio, sed quia de actione [3]), quam actor volebat intentare, sic intentabit post confessionem, ac si is, qui confessus est, vere contraxisset in eo, quod respondit: ut ecce, dixit se rem possidere, non poterit postea dicere, „non possideo," sicut non posset a contractu recedere, si contraxisset; nisi forte ex iusta causa, vel nisi confessus sit [4]) ex sola culpa. ut Dig. e. t. l. de aetate. 11. §. qui interrogatus. 9. et §. ex causa. 8. et §. qui iusto. 10. 11.

Et propter hoc, quod huiusmodi interrogationes fiunt ante litem contestatam, ut supra ostensum est et infra probabitur, differt titulus iste a titulo de confessis; nam in titulo de confessis [5]) agitur de interrogationibus, quae fiunt post litem contestatam, sed in titulo de interrogatoriis actionibus agitur de his, quae fiunt ante litem contestatam. Item, quod titulus iste locum habeat ante litem contestatam, probatur ex eo, quod dicitur, quoniam licet reo poenitere responsi; ut Dig. e. t. l. de aetate. 11. §. ult. nam hoc non posset post litem contestatam, quoniam confessos in iure pro iudicatis haberi placet, et nequaquam esset absolvendus, si vellet modo dicere se non possidere, qui primo dixerat se possidere; ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. is qui se. 25. secus autem esset ante litem contestatam, ubi videtur reum posse poenitere responsi. ut in ead. l. is qui se. Item dicitur, quod ille, qui confessus est falsum culpa, debet absolvi; ut Dig. e. t. 11, 1. l. de aetate. 11. §. qui iusto. 10. 11. sed hoc non posset stare in eo, qui confessus est post litem contestatam; si enim is, qui post litem contestatam aliquod falsum confessus est, debet absolvi de iure communi, ergo non restituitur in eo casu

6) *eius.* P. 1. 2. G. — B. om.

7) *ei.* P. 1. 2. — B. G. om.

8) Vid. §. 10.

1) In libro, quo *Io. Andr.* usus est, h. l. apposita fuisse videtur rubr. hui. part. ultima. Vid. not. 5. ad §. 11.

Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 21. §. 2. *Damas.* tit. 19. vers. Effectus.

2) *est.* B. — Ab. a P. 1. 2. G.

3) *de actione.* B. P. 1. G. — Al. »actionem.« P. 2.

4) *nisi conf. sit.* P. 1. — Al. »nisi forte sit conf.« G. — »si non sit conf.« B. — »non sit conf.« P. 2.

5) *nam in tit. de conf.* P. 1. 2. G. — B. om.

minor, sed iure communi esset tutus; verum in titulo „de confessis [6])" dicitur, quod minor a sua confessione restituitur. Sed quidam dicunt in contrarium, inducentes pro se in argumentum quaedam, quae reperiuntur in titulo „de interrogatoriis actioni„bus", quibus innuitur, quod locum habeat et post litem contestatam. Sed non bene dicunt, quoniam non est mirum, si aliquid hic interseratur de his, quae fiunt post litem contestatam. Sed alio modo potest respondere oppositis [7]).

Et notandum est, quod ille, qui facta responsione convenitur, potest uti omnibus exceptionibus, quae actionibus institutis opponuntur. ut Dig. e. t. 11, 1. l. si filius. 12. §. ult.

*

P.2. [1]) Post haec namque lis contestatur, quae [2]) fit per narrationem actoris et responsionem rei. ut Cod. de lit. cont. 3, 9. et Cod. de iud. 3, 1. l. rem non. 14. §. patroni. 1. Sed ita intellige, ut reus sit praesens et respondeat competenter, id est vel negando, vel excipiendo, sed non declinando iudicium [3]).

§. 1. §. [1]) Et facta litis contestatione iudex non recusatur [2]). Et omnis personalis actio perpetuatur, id est usque ad quadraginta annos extenditur; ut Cod. de praescr. 30 vel 40 ann. 7, 39. l. saepe. 9. [3]) et fit transitoria in heredem, ut ibi dicitur, et usuraria, quae prius non erat. ut Dig. [4]) de usur. 22, 1. l. lite. 35. salvo eo, quod dicitur in actione de dolo, quae non perpetuatur litis contestatione; ut Cod. de dol. 2, 21. l. ult. item in rescissoria, quae secundum quosdam non perpetuatur litis contestatione, quod non credo [5]). Item si de causa iudici liquidum fuerit, diffinitivam sententiam poterit promulgare [6]).

---

6) Vid. l. 6. §. 5. Dig. h. t. 42, 2.

7) Cf. *Gloss.* l. l. in not. 4. ad §. 11.

1) B. inscr. »Incipit pars secunda. de litis „contestatione." — P. 1. »Secunda pars d. l. »c." — Cf. part. 1. §. 9. pag. 18. vers. 23. — *Io. Andr. ad. D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de litis cont. „Pillius posuit hanc rubr. in princ. etiam »suae secundae partis, sed parum de ipsa »tradit."

2) *quae.* B. P. 1. 2. G. — *Damas.* h. l. tit. 20. »quod."

3) Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 1. §. 2. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de litis cont. §. 2. num. 12.

1) Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 1. §. 6. *Damas.* tit. 21. 22.

2) *Pill.* qu. 126. »in poenam trahentis ali»quem in ius coram iudice extero non inci»dere eum, qui vocavit, sed ante litem cont. »destitit: maxime si non per malitiam vocavit."

3) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 41. pag. 146. *Hugolin.* §. 125. 324. 335. 390. pag. 356. et seq. 473. 480. 521.

Pill. qu. 75., ex *Oderici* sententia: »prae»scriptionis interruptionem induci ex sola »verbali petitione absque libello coram pon»tifice facta; reo sc. vocato, sed nolente vel »differente venire."

4) *Dig.* — B. P. 1. 2. G. »C."

Cf. *D. D. vet. coll.* §. 56. pag. 42. *Roger.* §. 26. pag. 89. — Quid vero noster de sensu l. 1. Cod. de iud. 3, 1. statuerit, in *Hugolin. D. D.* §. 87. pag. 326. dictum est.

5) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 68. pag. 168. *Hugolin.* §. 56. pag. 297. et *eiusd. distinct.* ad l. ult. Cod. ex quib. caus. mai. 2, 54. ibid. (ed. *Haenel.*) pag. 570. *Gloss.* ad l. ult. Cod. de temporib. in int. rest. 2, 53. in v. finiendamque litem.

Pill. qu. 104. »eum, qui animal bona fide »emerit et a domino conventus sit, si conte»statione interposita istud animal interitu na»turali decedat, ab actoris petitione absol»vendum esse."

6) *Pill.* qu. 40. »de receptione vel exami»natione testium ante lit. cont. haud facienda."

Hic quaeri potest, si reus litem contestari detrectans, nolit respondere actori ante sacramentum calumniae, qualiter ei [7]) consulendum sit? Resp., tunc actor iuret de calumnia, et postea, si reus non responderit, vel non iuraverit, pro confesso habeatur, non tamen ut semper condemnetur, nisi prout eius qualitas exegerit [8]). §. 2.

§. [1]) Et sciendum est, quod reus in ipsa litis contestatione debet protestari suas omnes dilatorias exceptiones. ut Cod. de except. 8, 36. l. si quis. 12. et l. ult. et Cod. de probat. 4, 19. l. exceptionem. 19. Et postea eas probare poterit, et debet fundata actoris intentione. ut in e. l. [2]) et Cod. de except. 8, 36. l. si quidem. 9. Si vero reus in exordio litis dilatoriam praescriptionem omiserit, postea eam opponere [3]) non poterit. ut Cod. de except. 8, 36. l. si quis. 12. salvo eo, quod dicitur in exceptione falsi procuratoris et non sui iudicis, nam ista exceptio, licet in initio non opponatur, poterit [4]) tamen postea opponi, quoniam quandocumque falsus procurator inveniatur, solet dici iudicium nullum et controversiae nullae. ut Cod. de procur. 2, 13. l. licet. 24. [5]) Secundum haec igitur sic videtur esse distinguendum, utrum exceptio opponatur ex persona actoris [6]) tantum, scilicet, „non potes agere, quia miles es", vel „non es procurator", vel „non habes mandatum", an opponatur ex persona rei, veluti „non sum conve„niendus sub hoc iudice, quia legatus sum", vel „pactum mihi fecisti de non pe„tendo intra quinquennium." In primo casu non poterit actor fundare suam intentionem, nisi prius probet ea, quae obiiciuntur; et sic reus non habebit necesse probare suam exceptionem [7]). In secundo vero casu debet hic in initio opponere exceptionem et post fundatam actoris intentionem probare. ut Cod. de probat. 4, 19. l. exceptionem. 19. [8])

Peremtorias quidem exceptiones ante contestari sufficit. si vero fuerint omissae, antequam sententia feratur, quandocumque [9]) poterit eas obiicere; ut Cod. de except. 8, 36. l. praescriptionem. 8. et Cod. sentent. resc. non posse. 7, 50. l. peremtorias. 2. sed et [10]) post sententiam semper, puta si sententia beneficio appellationis vel restitutionis suspendatur vel retractetur, vel quoquo modo non teneat; alioquin minime, nisi in quibusdam casibus, ubi post rem iudicatam exceptiones opponuntur. [11]) ut Dig. sol. matr.

---

7) *ei.* B. („actori." *Damas.* tit. 22.) — P. 1. 2. G. om.

8) *exegerit.* G. — Al. „exigerit." P. 1. 2. — „exigatur." B.

Cf. part. 3. §. 1. vers. Reus vero.

1) G. inscr. „De exceptionibus." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de except. et repl. „Pillius non formavit de hoc genera„lem rubr.; materiam tamen hanc prosequi„tur sub rubr. de litis cont."

2) G. add. „exceptis." pro „exceptionem."

3) *opponere.* P. 1. 2. — Al. „apponere." G. — „optinere." B.

4) *ista exc.* — — *poterit* B. — Al. plurali num. „istae exceptiones etc." P. 1. 2. G.

5) Ceterum noster al. l. „hoc verum est „quantum ad dominum, non quantum ad „procuratorem." Vid. *Pill. qu.* 39. in solut.

6) G. add. „vel procuratoris."

7) *exceptionem.* P. 1. 2. G. — Al. „inten„tionem." B.

8) Cf. *Gloss.* in v. exceptionem dilat. vers. si autem dilator. sit exc.

Ante seq. v. Peremtorias. B. inscr. „De „peremtoria exceptione rei."

9) *quandocumque.* P. 2. — B. P. 1. G. om.

10) *et.* P. 1. — Ab. a B. P. 2. G.

11) Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 5. §. 3. vers. Quod autem diximus. *Damas.* tit. 24. vers. Item opponitur exc. Macedon.

24, 3. l. ex diverso. 17. (§. 2.) et Dig. de fideiuss. 46, 1. l. si fideiussores. [12]) 41. (§. 1.) et Dig. ad Maced. 14, 6. l. tamen. 11. et Cod. de iur. et fact. ignor. 1, 18. l. 1. et arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. Nesennius. 41. §. ult. et Cod. de re iud. 7, 52. l 1. Secus autem in exceptione, quae solet obiici accusantibus adulterii; ipsa enim, licet sit peremtoria, tamen in initio debet opponi et tractari, postea vero non potest obiici. [13]) ut Dig. de adult. 48, 5. l. si maritus. 15. §. penult. 7. — Item illud notandum est, quod reus pluribus simul potest uti exceptionibus, licet diversis. ut Dig. de except. 44, 1. l. nemo. 8. quod non permittitur actori in actionibus, ut supra dictum est, quoniam dominium non ex pluribus, sed ex una causa tantum contingit. ut Dig. de adq. et am. poss. 41, 2. l. possideri. 3. §. ex pluribus. 4. — Et est sciendum, quia, sicut in subsidium aliquando agitur in factum, sic et aliquando excipitur in factum. ut Dig. de except. 44, 1. l. si filius. 14. et Dig. de praescr. verb. 19, 5. l. quotiens. 21. [14]). — Item scire oportet, quod omnes fere exceptiones sunt perpetuae, licet actiones sint annuae. unde dicitur: quae annua sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ut arg. Cod. de except. 8, 36. l. licet unde vi. 5. [15]) „Fere" dixi, propter exceptionem non numeratae pecuniae, quae praescribitur [16]) biennio; item propter exceptionem doli, quae aliquando perpetuo obiicitur, ut Cod. eod. l. si pactum. 6. [17]) aliquando non, puta quando a maleficio originem trahit. ut Dig. de pecul. 15, 1. l. quaesitum. 30. §. ult. 6. [18])

§. 3. §. [1]) Probare debet reus exceptionem oppositam, sicut superius continetur, quia excipiendo actor efficitur et agere videtur, qui exceptione utitur. ut Dig. e. t. 44, 1. l. 1. Idem est, si obiiciat usucapionem, compensationem, vel solutionem, aut cuiuslibet rei redhibitionem. ut Cod. de probat. 4, 19. l. 1. Sed hoc ita, si affirmative excipiatur, in quo casu excipiens videtur et praesumitur confiteri de intentione adversarii, ubi exoneratur actor a probatione suae intentionis.

---

12) *si fideiussores.* P. 1. — Al. »set fideiuss." P. 2. — »fideiussores." B. — »fides." G.

13) *Secus* (vers. 3.) — — *obiici.* Singularem numerum tuentur B. P. 1. 2. — Al. »Secus autem in exceptionibus, quae solent obiici accusato adulterii. Postea vero non poterint obiici." G. — Cf. l. l. Dig. ad l. Iul. de adult. et *Gloss.* in v. tractari. et in v. recipiatur.

14) Cf. *Gloss.* in v. utilis actio.

15) Cf. *Gloss.* in v. intra annum.

16) *praescribitur.* P. 2. G. — Al. »scribitur." B. — Al. »sopitur." P. 1.

17) Cf. *Gloss.* in v. intercessit. vers. secundo etc. et in v. praefinitione.

18) Cf. *Gloss.* ad l. l. in v. statutum tempus. Sp. add.: »Item non est praetermittendum scire, quoniam exceptiones aliae sunt »temporales et dilatoriae, ut pacti conventi, »ne agatur intra quinquennium, item falsi »procuratoris item ea, quae obiicitur (P. 2. G. — Al. »hae, quae obiiciuntur." B. — »ea, »quae obiiciuntur." P. 1.) militi volenti agere »pro alio; aliae sunt perpetuae et (P. 1. 2. G. — B. om. v. »perp. et") peremtoriae, ut pacti perpetui, et rei iudicatae, »et doli mali. Et dicitur exceptio temporalis, quia ad tempus nocet; dilatoria dicitur, quia causam differt. Perpetuae vocantur, quia perpetuo omnibus obstant; »item peremtoriae (G. — Al. »perpetuae." B. P. 1. 2.) dicuntur, quoniam causam periımunt. ut Dig. de except. 44, 1. l. 2. §. ult. et »l. 3". — Cf. ea, quae *Tancr.* (part. 2. tit. 5. §. 4). ex genuino contextu hausit.

1) B. inscr. »Quod reus probare debeat »exceptionem."

Verum si negative excipiatur, sic puta, quod non sit numeratum, vel mandatum, vel datum, onus probationis in agentem dirigitur; et tunc habet locum, quod dicitur, non utique existimatur confiteri de intentione adversarii, qui exceptione utitur. ut Dig. e. t. 44, 1. l. non. 9. [2]) — Item potest reus sic excipere, quod actor semper probatione fatigabitur, et ipse ad probationem exceptionis interim admittetur [3]); puta non negando vel non inficiando praecise actoris intentionem, sed dicendo et respondendo in hunc modum: „non credo verum esse, quod dicis," vel „inde dubito"; et sic postmodum poterit uti exceptionibus, quae actionibus institutis obiiciuntur, et eas probare. Si vero praecise negaret, non prodesset postea ei uti exceptionibus [4]); quod colligitur ex illo Auth. contra qui propriam scripturam, qua convenitur, abnegat etc. [5]). Quidam autem [6]) dicunt speciale esse, quod ibi dicitur; quod non credo. Sed forte aliquid est ibi speciale, puta de poena, quam patitur debitor inficians numerationem cautam in scripturam a se emissam et etiam propriam scripturam [7]). Quod reus, sicut dictum est, respondendo possit excipere, probatur manifeste per l. Cod. de except. 8, 36. l. si quidem. 9. ubi dicitur „si de intentione dubitas [8]), habita exceptionis contestatione, tunc, cum „intentionem suam actor probaverit, huic esse locum monstrari convenit [9])."

§. Actioni opponitur exceptio, exceptioni replicatio, replicationi [1]) triplicatio, triplicationi quadruplicatio; et sic deinceps. ut Inst. de replicat. 4, 14. §. 1. (cum seq. 2. 3.) et Dig. de except. 44, 1. l. 2. §. 2. (cum seq. 3.) — Exceptio dicta est actionis exclusio, quoniam actoris intentionem excludit et id [2]), quod deductum est in condemnationem. ut Dig. de except. 44, 1. l. 2. (pr.) Item dicitur exceptio §. 4.

2) Cf. *Gloss.* in v. quia exceptione.

P. 2. adn. 2. »X. G. de except. 2, 25. c. »cum venerabilis 6." (c. un. X. 4. de confess. 2, 5. Innoc. 3.) quod ad genuinum sensum l. l. 9. referendum est.

Ibid. »Quod negativa exceptio probari »debet ab adversario. Et de ista negativa »dicitur iure novo." (in 6°.) »in tit. de confess. »2, 9. c. statuimus. 1." (de negativis positionibus aequitate suadente admittendis. Innoc. 4.) »Et de ea notatur X. G. de rescript. 1, 3. »c. nonnulli. 28." (5. X. 4. e. t. 1, 2. Innoc. 3. conc. Lateran. a. 1215. const. 37. — Cf. *Gloss.* penult. add. Dixit Goffredus etc.) »et de elect. »1, 6. c. bonae. prim. 23." (8. X. 3. e. t. 1, 6. Innoc. 3. — Cf. *Gloss.* in v. per rerum naturam.) »et ut ecclesiast. benef. etc. 3, 12. c. ut »nostrum." un. (un. X. 3. e. t. 3, 10. Innoc. 3. — Cf. *Gloss.* in v. actore non probante.)

3) *admittetur.* P. 1. G. et sic *Tancr.* Cf. not. 9. — Al. »admittitur." B. — »non admittitur." P. 2.

4) *exceptionibus.* P. 2. — Al. »exceptione." P. 1. — »except." B. — G. om.

5) ad l. 4. Cod. de non num. pec. 4, 30.

6) *autem.* P. 1. 2. — Al. »tamen." G. — B. om.

7) *in* (i. e. contra) *script. a se em.* etc. Accusativum cas. tuentur B. P. 1. 2. — Al. »in scriptura a se emissa." G.

8) Cf. *Gloss.* ad l. l. in v. dubitas. vers. collige ergo.

9) H. d. test. *Tancr.* part. 2. tit. 5. §. 4. sub f. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de exceptionib. etc. §. 4. num. 2. 11. in f. et *Io. Andr.* ad h. num. 2. in v. Pillius. in v. siquidem. et in v. dicitur.

1) P. 1. G. add. »ea, quae dicitur duplicatio, duplicationi." — Cf. var. lect. l. l. 2. §. 3. Dig. de except. *Tancr.* part. 2. tit. 5. §. 5. *Damas.* tit. 26.

2) *et id.* P. 2. — Al. »et esset id." B. — »et erit id." P. 1. — G. h. l. plura om.

conditio; et ideo sic dicta, quia sub conditione opponebatur. ut Dig. e. t. l. 'exceptio. 22. (pr.) Et notandum, quod omnes exceptiones tribus modis opponebantur [3]), puta: aut quia factum est, quod fieri oportuit, aut quia factum sit, quod fieri non oportuit, aut quia factum non sit, quod fieri debuerit. Horum exempla invenies, lector, in Dig. e. t. l. exceptiones. 20. — Replicatio est contraria exceptio, quasi exceptionis exclusio. ut Dig. e. t. l. exceptio. 22. §. ult. et l. 2. §. illud. 2. et ideo inventa fuit, ut exceptionem semper excludat et illam oppugnet. ut Dig. e. t. l. 2. §. 2. (1.) — Item per exceptionem actoris intentio infringitur, per replicationem relevatur et rei exceptio perimitur. ut Inst. de replicat. 4, 14. §. 1. (pr. in f.) et Dig. de except. 44, 1. l. 2. (§. 1. 2.)

Item in summa sciendum est, quod omnes exceptiones, quae reo competunt, fideiussori quoque competunt, reo etiam invito. ut Dig. e. t. l. omnes. 19. et arg. Cod. e. t. 8, 36. l. defensiones. [4]) 11.

§. 5. §. [1]) Tractavimus supra, quod reus in initio litis potest et debet suas exceptiones opponere. Sed [2]) alio modo potest sibi tunc consulere, puta reconveniendo actorem ante eundem iudicem; si velit [3]), quod ei mox permittitur, i. e. ante litem contestatam, iudicem quoque recusare. ut in Auth. coll. 7. tit. de executorib. et qui etc. §. sancimus. (Nov. 96. c. 2. §. 1.) et in X. papae tertii Alexandri. [4]) miramur. [5]). In hac reconventione prius contestabitur lis super petitione

---

3) *opponebantur*. B. P. 2. G. — Al. »exponuntur.« P. 1.

4) *defensiones*. P. 2. — Al. »Refensiones.« P. 1. — »d' confessiones.« B. — »intercessores.« G.

P. 2. add.: »nisi quando debitor cessit »bonis, ut in alio contractu de except.« — Suspicor eum, qui ista addidit, alium »tractatum« de exceptionib. allegare voluisse.

1) B. P. 1. inscr. »Qualiter et quando reus »et possit et debeat actorem reconvenire.« — P. 2. in medio contextu (post add. in not. 4. ad §. 4.) »qualiter et quando reus deb. con»venire act.« — G. »De reconventione.« — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1 in rubr. de reconventione. »Pillius fecit rubr. in parte se»cunda: qualiter et quando fiat reconventio.«

2) G. add. »et.«

3) *si velit.* quasi dictum sit: »potest etiam, »si velit etc.« (Cf. §. 7. pr.) Verum fortasse scribendum est: »nisi velit — — iudicem re»cusare.«

4) B. add.: »de mutuis pet.« Cf. not. seq. 5.

5) c. 3. X. 1. de mut. pet. 2, 4. non recept. in coll. Gregor. — Alexand. 3. plebano et clericis Maturen. »Miramur plurimum et mo»vemur, quod cum causam, quae inter vos »et dilectos filios nostros, abbatem et fratres »Maturensis monasterii vertitur, dilectis filiis »nostris, archipresbytero Volterano et ab»bati de Spongia commisissemus fine debito »terminandam, et abbas et fratres parati es»sent iudicium eorum subire, si vos eis su»per quaestionibus, quas adversus vos pro»ponunt, deberetis in continenti respondere: »vos, sicut iidem iudices nobis literis suis in»timaverunt, id efficere noluistis. Verum »quoniam rationis ordo exigit, ut qui sibi vult »ab alio iustitiam exhiberi, ei non debeat, »quod iustum est, denegare: frat. v. p. a. s. »pr. m. q. actione, quam adversus praedictos »abbatem et fratres intenditis, proposita et »responsione facta, eisdem abbati et fratribus »coram praedictis iudicibus in continenti re»spondeatis, ut causa vestra et ipsorum vi»cissim postmodum audiri debeat et termi»nari. Nos enim eisdem iudicibus in manda»tis dedimus, ut vos ad id faciendum in»stanter moneant et auctoritate nostra com-

actoris, demum super petitione rei. Et interrogationes fieri consueverunt nunc super facto actoris, nunc super facto rei. Sed melius et expeditius est, ut primum fiant omnes interrogationes et responsiones super actoris petitione et postea super petitionibus rei; et hoc pro arbitrio iudicantis subsequitur. Item actoris testes prius recipientur et examinabuntur omnes, et rei postea, vel permixtim tam actoris, quam rei, ut non fiat ibi deceptio propter causam [6]) mortis vel alium casum fortuitum [7]). Et una sententia terminabitur quaestio utriusque; verum in prima parte sententiae pronunciabit iudex super petitione actoris. — Quando igitur habebit locum, quod dicitur: qui prior appellat, prior agat? [8]) Resp., sic potest illud plane intelligi, non adhibita vel facta distinctione quaestionum contingentium, videlicet cum plures eundem conveniunt; in quo casu, qui prior appellat, i. e. convenit aliquem, prior agat; quoniam non poterit conventus [9]) obiicere, quod non debeat respondere priori propter secundam conventionem [10]) ab alio factam. Vel aliter: quod reus conventus vult actorem reconvenire sub eodem iudice; tunc qui prior appellavit, prius agere debet; sed facienda erit haec distinctio quaestionum ad hoc, ut lex ista et Auth. consequenter etc. [11]) possint ad concordiam reduci [12]). Verum superior intellectus planior est et [13]) consonat literae.

§. [1]) Litis namque contestatio olim fiebat etiam per procuratorem. ut Dig. de dol. mal. exc. 44, 4. l. si procurator egit. 11. et Cod. de procur. 2, 13. l. procuratoribus. [2]) 22. Sed hodie per procuratorem contestari non potest secundum quosdam. ut arg. Cod. de iureiur. 2, 59. l. cum et iudices. 2. §. sin autem. 3. Quod [3]) verum non est, quoniam bene et hodie per procuratorem contestatur; quod colligere potest studiosus lector ex prima parte istius legis et ex isto §. sin autem. et ex l. Cod. de procur. 2, 13. procuratoribus. [4]) 22. et Dig. de dol. mal. exc. 44, 4. l. si procurator. 11. [5]) §. 6.

Si vero lis contestata fuerit libello non porrecto et non datis induciis ad deliberandum, pro nihilo erit quantum ad litis contestationem et iudicis recusationem; valet tamen secundum quosdam quantum ad temporis interruptionem. ut in Auth. de exhib. et introd. reis. §. sancimus. (Nov. 53. c. 3. §. 1. 2.) [6]) Sed quid,

---

»pellant." — De eadem lite dictum est in c. ex literis. 2. X. 1. e. t. siv. 1. X. G. e. t. 2, 4.

6) *causam*. B. P. 2. — Al »casum." P. 1. G.

7) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de reconvent. §. 4. num. 5. in v. nos autem. sub f.

8) Vid. lect. vulg. l. 29. Dig. de iud. 5, 1.

9) *conventus*. P. 1. 2. adn. 1. — Al. »con»venienter." B. G.

10) B. add.: »et."

11) ad l. 14. Cod. de sent. et interl. 7, 45.

12) Cf. *Gloss.* ad l. Auth. in v. negotium.

13) G. add.: »magis."

1) B. inscr. »Per quas personas possit »fieri litis cont." — Similit. P. 1. »p. q. p. fieri »poss. l. c." et P. 2. adn. 2. »p. q. p. fiat l. »c." — G. »De litis cont." — Cf. not. 1. ad seq. §. 7.

2) *procuratoribus*. P. 1. 2. adn. 2. — »pro»cu." B. — »procurator." G.

3) *Quod*. P. 1. 2. — Al. »Sed." G. — B. om.

4) *procuratoribus*. P. 1. 2. — »procura." B. — »procurator." G.

5) Cf. *Gloss.* ad l. 1. 2 §. 3. Cod. de iurei. propt. cal. d. in v. licentiam.

Ante verb. seq. »Si vero lis." B. inscr. »Si valeat litem contestari sine libelli obla»tione."

6) G. add.: »Et poterit lis iterum conte»stari, quod colligitur ex Auth. coll. 5. const.

si datis induciis ad deliberandum fuerit lis sic contestata? an valebit quoad omnia? et credo, quod sic [7]).

§. 7. §. [1]) Dicitur superius [2]), quod reus potest iudicem recusare, quod colligitur in Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. Istud tamen recipit distinctionem, utrum ille suus iudex sit ordinarius, an delegatus. — Si est ordinarius, nec ante litem contestatam, nec post litem contestatam [3]) potest recusari. Et sic intellige [4]): nemo post litem contestatam etc. [5]): „maxime post litem contestatam:" nisi in casibus specialibus. ut Cod. si quacumq. praed. pot. 5, 7. l. un. [6]) et Cod. quand. imperat. int. pup. vel vid. 3, 14. l. un. [7]) Sed dominus Martinus [8]) dicebat, quod iudex ordinarius potest recusari ante litem contestatam, et argumentabatur a contrario sensu legis sic: nemo post litem contestatam ordinariae etc., ergo ante litem contestatam potest [9]). Sed falsificatur ista talis argumentatio in eodem [10]): nemo post litem contestatam ordinariae etc., ergo non ordinariae potest [11]): quod est falsum, quoniam non semper contrarius sensus legis admittitur, et sic non in isto casu: item secundum hoc iam non melioris conditionis seu maioris auctoritatis esset ordinarius, quam delegatus. Alii dicunt, quod ordinarius non potest recusari prorsus, sed ita ut alius ei associetur. ut in Auth. ut different. iud. §. si vero. (Nov. 86. c. 2.) et in Auth. de executorib. §. sancimus. (Nov. 96. c. 2. §. 1.) et in Auth. de exhib. et introd. reis. §. sancimus igitur. (Nov. 53. c. 3. §. 1. et seq.) [12]). — Si vero est iudex delegatus, semper potest recusari ante litis contestationem, ut Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. nisi cum uno recusato alter sit

---

»l." — Fuerit ipsa ista const. 8. de exhib. et introd. reis.

Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 41. pag. 146. *Hugolin.* §. 125 pag. 356. et seq. *Gl.* ad Nov. 53. c. 3. §. 2. in f. in v. non serventur. et in v. pro nihilo eam esse.

7) Sp. add.: »Item quaeritur, an iudex »lite nondum contestata et reo per contuma»ciam absente possit procedere et diffiniti»vam dare sententiam?" — De his ipse Pillius al. l. dixit. Vid. part. 3. §. 18.

1) B. inscr. »Quomodo iudex debeat re»cusari." — G. »De recusatione iudicis." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de recusatione. »Pillius satis de hac materia parte »secunda sub rubr. per quas pers. cont. fieri »possit." — Cf. not. 1. ad §. 6.

2) Cf. §. 5. pr.

3) B add: »nisi in casibus specialibus." — Sed vid. h. pag. vers. 7. 8.

4) P. 2. »Cod. de iurisd. omn. iud. 3, 13. »l." (etc. ut in contextu: „nemo post l. c." l. 4.)

5) *etc.* B. P. 1. 2. — Al. »ordinariae sedis »declinet examen." G. — Vid. l. l. 4.

6) Cf. *Gloss.* in v. evitare.

7) Cf. *Gloss.* in v. perhorrescunt.

Sp. add.: »Item et quandoque alias iste" (B. P. 1. — Al. »iuste." P. 2. G.) »recusatur. »ut Cod. de assessor. 1, 51. l. ult. prope f. et »Dig. de iudic. l. praetor si." (Fuerit Dig. de iurisd. 2, 1. l. praetor sicut. 17.) Vid. h. part. §. 8. in f.

8) *Martinus.* G. — »mar." B. P. 1. — »M." P. 2.

9) Cf. *Gloss.* ad l. apertissimi. 16. Cod. de iud. 3, 1. in v. iudices. et ad l. l. 4 Cod. de iurisd. o. i. in v. post litem contestatam.

10) *falsificatur — in eodem.* B. P. 1. 2. — Al. »redarguitur a Bulgaro eius argumentum »sic: est ex eadem l." G.

11) G. add.: »examen declinare."

12) Cf. *D. D. vel. coll.* §. 3. pag. 5. *Roger.* §. 7. pag. 77. *cod. Chis.* §. 44. pag. 149. *Hugolin.* §. 114. (et ibi vers. Dominus py. etc.) §. 124. pag. 344. 355. *Gloss.* ad Auth. offeratur. Cod. de lit. cont 3, 9. in v. associari. et in v. vel recuset.

petitus. ut in Auth. de exhib. et introd. reis. §. sancimus. (Nov. 53. c. 3. §. 1. et seq.)[13] Et peti quidem potest iudex, ut hic dicitur, ab utraque parte; vel ab una tantum, dum tamen in genere et non nominatim petatur; vel forte peti potest ab una parte tantum et in specie, et tunc sic petitus[14] dari consuevit[15] principe respiciente ad verecundiam petiti iudicis. ut Dig. de iud. 5, 1. l. observandum. 47.[16] — Iudex namque delegatus recusari potest, ut supra dictum est, licet fuerit alias ordinarius[17]; ut per hoc evitetur argumentatio illorum, qui dicunt, quod iudex ordinarius potest recusari; ita enim potest legibus responderi, quae hoc videntur innuere, et praecipue legi Dig. de liberal. causa. 40, 12. si pariter. 9. vel aliter: in hac l. „si pariter."[18] fructuarius, qui volebat agere, non recusabat suum iudicem, sed iudicem rei, qui de libertate[19] litigabat. vel forte hic[20] est speciale, quia improprie dicitur actor declinare iudicium[21].

§. Hic[1] competenter illa quaestio inseritur[2], utrum sufficiat, si reus di- §. 8.
xerit tantum „recuso", et non habeat[3] necesse exprimere et probare causas suspicionis? Quod sufficiat, probatur per leges, ut Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. ubi dicitur „liceat ei, qui suspectum iudicem putat etc."[4] et nota, quod dixit „putat."[5] et arg. Dig. ad Trebell. 36, 1. l. quia poterat. 4.[6] ubi dicitur, quod sufficit, si heres scriptus dixit „recuso hereditatem"; non enim tunc inspicitur, solvendo sit hereditas vel non, sed opinio vel metus heredis requiritur tantum[7]. Item, quod satis sit, si reus dicat „recuso", est arg. X. Alexandri papae tertii. causam, quae inter dilectos etc.[8] Sunt tamen, qui dicunt, quod reus habet

---

13) Vid. c. 4. pr.

14) *sic petitus.* — „sic petitur." P. 2. — „si petitus." B. — „si petitur." G. — „si pe„nitus." P. 1.

15) G. add. „a".

16) Cf. *Hugolin D. D.* §. 124. vers. penult. pag. 356. *Gloss.* ad Nov. 53. c. 4. pr. in v. petitus est.

17) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 44. sub f. pag. 150.

18) *vel aliter — — pariter.* P. 2. — Al. „vel alii — — pariter." P. 1. — „nam in hac „l. si pariter." G. — B. om.

19) B. add.: „contendebat vel."

20) *hic.* B. P. 2. — Al. „hoc." P. 1. G.

21) Cf. *Gloss.* ad l. l. si pariter. in v. nisi si iustam causam. et ad l. apertissimi. 16. Cod. de iud. 3, 1. in v. iudices. vers. item pro eo Dig. de liber. caus. l. si pariter.

1) B. add.: „aliquando."

2) *illa q. inseritur.* P. 2. G. — „inseritur illa q." P. 1. — Al. „inseritur aliquando." (Fuerit: „alia quaestio.") B.

3) *si reus dix. tant. rec. et non hab.* P. 1. 2. G. — Al. „reus si dix. tant. rec. non hab." B.

4) *etc.* B. P. 1. 2. — Al. „recusare." G.

5) Cf. *Damas.* tit. 29. vers. Si ergo licitum. *Gloss.* ad l. l. apertissimi. in v. recusare. vers. et not. hic secund. Io. — Ceterum ibi paulo post: „Alii, ut Py., dicunt eam (causam) esse „asserendam et probandam, si dubitetur."

6) *poterat.* P. 1. G. — Al. „poterit." B. — P. 2. om.

7) *metus h. requiritur t.* ex var. lect. his: „modus h. requiritur t." B. — „motus h. in„quiritur t." P. 1. — „metus t. h. inquiritur." P. 2. — „motus h. inspicitur t." G.

Cf. *Gloss.* ad l. l. quia poterat. in v. nec illud.

8) c. 2. X. 1. de eo qui mittitur in poss. causa rei serv. 2, 11. non recept. in coll. Gregor. — — „causam ipsam usque ad diffinitivam sententiam rem. app. ob. audiatis et „fine debito terminetis. Si qua vero partium „*duxerit* appellandum, depositiones iurato„rum testium et alias rationes utriusque par-

necesse causam suspicionis ostendere et probare; quibus favet dominus Coelestinus papa tertius dicens, quod teneatur quis [9]) causam suspicionis coram iudice allegare, ne possit alias [10]) pro suae voluntatis arbitrio quodlibet iudicium frustratorie declinare. ut X. prudentiam etc. [11]) arg. Dig. de liberal. causa. 40, 12. l. si pariter. 9. et arg. Dig. de arbitr. 4, 8. l. non distinguemus. 32. §. cum quidam. 14. et l. licet. 15. et in Decretis C. 3. q. 5. c. quoniam suspecti et inimici. 15. Verumtamen hoc est verum, ut tam in [12]) saecularibus, quam in ecclesiasticis sufficiat dicere [13]) „recuso", salva pace domini Coelestini bonae memoriae, et non habeat necesse aliud dicere vel [14]) probare, sicut supra satis probatum est; quoniam iudices non debent litigatoribus esse suspecti, ut in Decretis C. 3. q. 5. c. quoniam suspecti. 15. item quia „cordi nobis est, omnes lites sine suspicione proce-„dere." ut Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. [15]) Sed in causis ecclesiasticis hoc intellige, quando causa delegatur simpliciter, id est non sublato appellationis remedio; secus vero, si appellatione remota causa committitur [16]); in quo casu utrumque beneficium denegatur. ut X. Alexandri papae tertii. super eo vero etc. [17]) Sed tunc potest delegatus recusari, si evidens subest causa, puta quia delegatus consanguineus sit ei, qui literas impetravit, aut in eodem negotio patrocinium praestiterit, aut alia iusta de causa suspectus apparuerit. ut X. Lucii papae tertii. ad aures nostras. § ult. [18]) et arg. Cod. de assessorib. 1, 51. l. ult. circa f. et arg. Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. praetor. 17. [19])

„tis, sub vestris sigillis clausas nobis mitta-„tis, terminum utrique parti congruum prae-„figentes, quo debeant — — apostolico se „conspectui praesentare."

9) *quod reus hab. necesse — — quod teneatur quis.* ex var. lect. his: „quod reus habet „necesse causam suspicionis ostendere et „probare, quibus favet dom. cele. pp. di-„cens, q. emt." P. 2. — „quod reus habeat „necesse caus. susp. ost. et prob., quib. Ce-„lestinus papa favet dicens, quod teneatur „quis." G. — „quod reus habeat caus. susp. „coram iudice allegare et ost. et prob. ne-„cesse, quib favet dom. ce. pp. III. dicens, „quod quis." P. 2. — „quod reus habet ne-„cesse." B. om. rel.

10) *alias.* P. 1. — Al. „alius." B. — „alius." add. emend. „al'." P. 2. — G. om. — Vid. eand. lect. variet. in *Augustin.* not. 23. ad c. secundo requiris. (Cf. not. nostr. seq. 11.)

11) Prior hui. decret. pars posita est in c. prudentiam. un. X. 2. de mut. pet. 2, 3. (c. 2. X. G. e. t. 2, 4.) Sed ad h. l. spectat pars posterior: c. secundo requiris. 16. X. 2. de appell. 2, 19. (Vid. c. 41. §. 1. X. G. e. t. 2, 28. verb. a Raym. om. „ne possit etc." Conf. *Gloss.* in v. coram eodem allegare.)

12) G. add.: „causis."

13) *dicere.* P. 1. 2. G. — Al. „si te." B.

14) *vel.* P. 1. 2. G — Al. „et." B.

15) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 116. pag. 346.

16) *committitur.* P. 2. G. — Al. „remitti-„tur." B. — P. 1. om.

17) c. 13. X. 1. de appell. 2, 20. (c. 12. X. G. e. t. 2, 28. verb. a Raym. om. „utrumque „remedium denegatur.")

18) Vid. hui. decr. (c. ad aures. 6. X. 1. de rescr. 1, 2. siv. c. 8. X. G. e. t. 1, 3.) posterior. part. c. postremo. 45, X. 1. de appell. 2, 20. (c. 36. X. G. e. t. 2, 28.) et cf. var. lect. „alia quacumque iusta causa." — „alia iusta „causa." — „alia causa." — in *Augustin.* not. m.

19) Cf. *D. D. vel. coll.* §. 76. pag. 59. *Roger.* §, 79. pag. 113. *Hugolin.* §. 117. pag. 348.

Sp. add.: „Causae, propter quas iudex „iste recusatur, sunt inimicitiae et in causis „iam patrocinia praestita, ut ex superioribus „legibus manifeste convincitur."

§. 9. §. Sed de hac quaestione, utrum iudex sit recusandus vel non, apud quem cognoscetur? Resp., apud eundem iudicem. ut arg. Dig. de iud. 5, 1. l. 2. §. sed si agant. (§. 5. sub f. et §. seq.) et l. si quis ex aliena etc. 5. Sed quidam in contrarium; quorum est ratio promta [1]), quoniam nemo debet in sua causa ius sibi dicere; et cum his consonat dominus Coelestinus papa tertius in iam dicta sua decretali [2]); et ibidem cavetur, quod recusatus debet compellere partes, ut consentiant [3]) in aliquem, qui de hac quaestione infra certum tempus cognoscat. Inferior autem opinio magis nititur aequitate [4]).

§. 10. §. [1]) Haec namque recusatio in libello est inserenda et iudici recusato infra viginti dies, ex quo libellus est datus, ut in Auth. offeratur. [2]); porrigenda. quae in hunc modum commodissime concipitur: „Quoniam res meticu„losa est et tristissimos sortitur [3]) eventus sub iudice suspecto contendere, idcirco „ego Scotus [4]) te Seium mihi suspectum [5]) comperiens, audientiam tuam inter me „et Martinum [6]) recuso [7]).“ Et si absit iudex, qui recusatur, iisdem verbis potest concipi libellus; et tunc porrigendus erit iste libellus ipsi deleganti; et si nec is adest, apud defensores vel duumviros municipales erit exponendus. ut Cod. de iud. 3, 1. l. cum specialis. 18.

• Et sciendum est, quod, si recusato iudice partes dissentiant in eligendo, arbitrio delegantis alter est eligendus. ut in eadem l. cum specialis.

§. 11. §. [1]) Audivimus supra de interrogationibus faciendis ante litem contestatam. Nunc diligenter inspiciamus de confessionibus et interrogationibus [2]), quae fiunt et fieri debent post [3]) litem contestatam.

Inprimis igitur sciendum est, quod in confessionibus post litem contestatam factis non est locus poenitentiae, et ab illis recedi non debet [4]), quoniam in iure confessus pro iudicato habetur [5]); ut Cod. de confess. 7, 59. l. un. [6]); quodam

---

1) *promta.* P. 2. G. — Al. »proposita.“ B. — »pposita.“ P. 1.

2) Cf. not. 11. ad §. 8.

3) *consentiant.* B P. 2. G. — Al. »conve»niant.“ P. 1. ut in l. decr. »secundo requiris.“

4) *Inferior etc.* Haec verba, responso *Prudentiae iuris* opposita, ipsi Pillio tribuenda esse videntur.

1) B. inscr. »De libello recusationis.“

2) Cod. de lit. cont. 3, 9.

3) *sortitur.* P. 2. G. — Al. »sortita.“ P. 1. — »facit.“ B. — Cf. *Tancr.* p. 2. tit. 6. pr. et §. 5. in f.

4) *Scotus.* B. — Al. »citatus.“ P. 1. — »py“ P. 2. — »N.“ G.

5) G. add: »saevumque.“

6) *Martinum.* »martinū.“ B. — »mau.“ P. 1. — »maī“ P. 2. — »N.“ G.

7) Cf. *Gloss.* ad Cod. de iud 3, 1. l. apertissimi. 16. in v. libello. et ad l. cum specialis. 18. in v. libellum.

1) B. P. 1. 2. inscr. »De interrogationib. »et confessionib. factis post litem cont.“ — Al. »De confessionib. et interrogationib.“ G. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de positionib. „Pillius non formavit rubr. istam, »sed ad materiam facit parte secunda, ubi de »interrogationib. et confessionib. post litem »cont.“ Cf. *eiusd. add.* ad lib. 2. p. 2. in rubr. de confessionib.

2) *conf. et interr.* B. P. 2. G. — Al. »interr. et conf.“ P. 1.

3) *post.* P. 1. 2. G. — Al. »ante.“ B.

4) *debet.* P. 1. 2. G. — Al. »potest.“ B.

5) Cf. part. 1. §. 11. 12. — H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de confessionib. §. 1. pr. in v. l. unica.

6) Cf. *Gloss.* in v. confessos in iure.

enim modo sua sententia damnatur; ut Dig. e. t. 42, 2. l. 1. item in evangelio a Domino dictum legitur: „ex ore tuo te iudico [7])."

Confessus aliquis maior vel minor [8]) cum suo defensore, in iure, aliquid certum pecuniarium in causa civili, cuius nomine cum alio actio esse possit, quod ius vel natura patiatur, et non per ignorantiam facti, et non per dolum vel metum, et praesente adversario vel eius procuratore, et contra se, habetur pro condemnato [9]); quae omnia diligens et studiosus lector poterit ex his legibus colligere [10]): ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. si quis. 3. 4. 5. et Dig. e. t. l. 3. et l. certum. 6. pr. (cum §. 1. 2.) et Dig. e. t. l. si is cum quo. [11]) 4. et Dig. de interrog. act. 11, 1. l. confessionibus. 13. l. si is cuius. 14. in f. et Dig. de confess. 42, 2. l. 2. et Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. penult. 10. et Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. 2. (3.) et Dig. de interr. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. 1. — In criminali vero causa confessionibus reorum pro exploratis facinoribus stari [12]) non oportet. ut Dig. de quaestionib. 48, 18. l. 1. §. divus. 17. — Item si per ignorantiam facti alterius [13]) confiteatur, non tenetur, quoniam in alieni facti ignorantia tolerabilis est error. ut Dig. pro suo 41, 10. l. ult. [14]) — Si vero pro se aliquid confiteatur, vel scripserit, non creditur ei. ut in Auth. de iureiur. §. ult. coll. 5. (Nov. 48. c. 1. §. 1.) et arg. Cod. de probat. 4, 19. l. instrumenta. 5. et l. rationes. 6. — Item sic confessus, ut dictum est, habetur pro condemnato, quoniam et solvere debet, ut condemnatus, et habebit tempora ad solvendum, quasi ex causa iudicati. ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. ult. — Item et habetur pro condemnato ad hoc, ut actor exoneretur probatione. — Non tamen confitens efficitur infamis propter confessionem. — Nec iudex exoneratur a prolatione sententiae, sed eam ferre debet. ut Cod. de iureiur. 4, 1. l. ult. §. ult. [15]) et Dig. e. t. 12, 2. l. ult. [16]) et Dig. de custod. et exhibit. reor. 48, 3. l. si confessus. 5. — Et est notandum, quod, si actor, cui reus confitebitur [17]), rem immoderate aestimaverit, iudex debebit eam aestimare. ut Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. proinde. 25. (§. 2.) — Quid est ergo, quod dicitur, quod in confitentem nullae sunt partes iudicis? ut Dig. ad l. Aquil. l. proinde. Resp., quantum ad aestimationem [18]) et cognitionem causae intellige, quod quae-

---

7) *Luc. evang.* c. 19. v. 22. — Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 4. §. 1.

Sp. add.: „Quippe verba ista" (ita) „sunt „intelligenda et talis regula inde sumitur, ut „omnis evitetur obiectio."

8) *maior vel minor*. P. 1. 2. G. — Al. „minor v. maior." B.

9) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 340. pag. 483.

10) Has leges Pillius ita digessisse videtur, ut ipse maxime regularum propositarum ordo servaretur.

11) *si is cum quo*. Ex coni. — P. 2. „si is." — B. „si is ĩ. r. 1." — P. 1. G. om.

12) *confessionib. r. pro e. f. stari*. G. — Al. „de confessionib. r. pro e. f. stari." P. 2. — „confessionib. r. e. f. stare." P. 1. — „confessionis r. e. f. stare." B.

13) *facti alterius*. P. 1. 2. — Al. „alterius „facti." B. — „facti." G.

14) *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de confessionib. in f. Pillii sententiam de aequiparandis facti et iuris erroribus allegavit.

15) Fuerit l. penult. §. 4. et seq.

16) *ff. e. l. ult.* P. 1. 2. — Al. „ff. e. l. et „ff. ult." B. — G. om.

17) *confitebitur*. B. P. 1. 2. — Al. „confi„tetur." G.

18) „estimationem." B. — Al. „extimatio-

ris. — Et sciendum est, quod confessus in iure, etiam non interrogatus, habetur pro condemnato. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. si sine. 9. (pr.) — Item et ante litem contestatam et post litis contestationem interrogatus tenetur, si negans inde convincitur. — Item si obscure vel perfunctorie respondit, tenetur; ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. nihil. 7. quoniam non debet interrogantem incertum dimittere. — Item interrogatus, si taceat, tenetur. ut Dig. e. t. e. l. §. qui tacuit. [19] 4. et Dig. de reg. iur. 50, 17. l. qui tacet. 142. (184.) — Item qui ad interrogata non respondet, tenetur. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. quod autem. 5. — Item interrogatus habebit tempus ad deliberandum, si petierit. ut Dig. e. t. l. qui interrogatur. 5. Sed an semper dari debeat tempus ad deliberandum? Resp., dabitur, prout iudicanti videbitur [20].

[21] In summa notandum est, quod confessus in iure iudici terreno habetur pro condemnato, quoniam ista talis confessio inducit condemnationem; secus si confiteatur quis Deo, id est sacerdoti per Deum, quoniam hoc inducit [22] absolutionem [23].

Item quaeri consuevit multotiens, an confessio in uno iudicio facta praeiudicet in altero apud alium iudicem super eadem re et quaestione? et potest responderi, quod sic; ut arg. Cod. de liberal. caus. 7, 16. l. iubemus. 41. [24] et arg. Dig. de interrog. act. 11, 1. l. et quia hoc. 6. in f. [25] et ad hoc idem est bonum argumentum Cod. de re iud. 7, 52. l. acta. [26] 6. et Cod. de recept. 2, 56. l. cum antea. 5. §. ult. [27].

Item quaeritur, an sufficiat, cum quis interrogatur, si dicat: dubito. Respondent quidam, quod sic. arg. Cod. de except. 8, 36. l. si quidem. 9. [28] et arg. Dig. de pet. hered. 5, 3. l. si debitor. 42. [29] sed alii contra, dicentes [30]: esto, quod possit dicere „dubito", tamen in ultimo est cogendus respondere, quod credat vel existimet; iurat enim dicere vel respondere secundum opinionem [31] sui animi; ut Cod. de iureiur. propt. calumn. 2, 59. l. 2. in pr. [32] et credulitas provenit ex animi opinione; ergo debet respondere, quod credat vel existimet, et non debet ita respondere, ut incertum dimittat interrogantem, sicut dictum est; quod fieret,

---

»nem." P. 2. — »exterminationem." P. 1. — »examinationem." G. — Cf. *Hugolin. D. D.* §. 340. pag. 484. in f.

19) *tacuit.* P. 2. — Al. »taceat." B. G. — »tacet." P. 1.

20) Cf. *Gloss.* ad l. l. qui interrogatur. in v. debet. et in v. incommodo.

21) B. inscr. »Si quis confiteatur iudici »terreno vel Deo."

22) *inducit.* P. 1. 2. — Al. »adducit." G. — »indicat." B.

23) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de confessionib. §. 1. pr. in v. in confitentem.

24) Cf. *Gloss.* l. in not. seq. 27.

25) verb. »illigetur." Cf. *Gloss.* in v. praeiudicet.

26) *acta.* B. P. 1. 2. — Al. »gesta." G. — Cf. *Gloss.* in v. firmitatem. — H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de confessionib. §. 3. num. 2. in v. in fin.

27) Cf. *Gloss.* in v. iudiciis.

28) Cf. *Gloss.* in v. dubitas. vers. collige ergo.

29) Cf. *Gloss.* in v. quod neget. vers. et quod subiicit.

30) G. add.: »asserunt."

31) *secundum opinionem.* P. 1. 2. G. — B. om.

32) Cf. *Gloss.* in v. utriusque.

si diceret „dubito." Sed dominus Johannes magister noster [33]) dicebat, quod in huiusmodi dubiis non semper permittendum est reo dicere „dubito", nec semper cogendus est dicere „ita credo vel existimo"; nam si actor petierit quinquaginta et reus profiteatur de quadraginta, tunc cogendus est reus dicere, quid de decem credat vel existimet; sed si nihil profiteatur, tunc sufficit, si respondeat „dubito." Item, si de suo contractu conveniatur, non facile permittendum est dicere „ego „dubito"; si vero conveniatur pro contractu alieno, puta hereditario vel alio, tunc bene poterit dicere „dubito." Sed si iudex forte minus peritus instaret et vellet eum arctare ad respondendum, quid credat vel existimet, tutius est, ut affirmativis excipiat [34]) reus semper negativam. Nam si ipse interrogetur ita: „credis hoc?" et ipse inde dubitat, securius poterit respondere „non credo", quam „sic credo [35])."

Praeterea, sicut reus compellitur ad omnia interrogata actoris respondere in actionibus propositis, ubicumque aequitas iudicem moverit, sic versa vice compellendus est actor respondere ad interrogata rei in exceptionibus oppositis; quoniam reus excipiens actor efficitur. ut Dig. de except. 44, 1. l. 1. [36])

§.12. §. [1]) Explicito tractatu interrogationum, quae fiunt ante litem contestatam et quae fiunt postea, quarum quaedam fiunt ante sacramentum calumniae, quaedam fiunt post sacramentum usque ad sententiam, merito igitur videndum est de sacramento calumniae. Sed quia iudices litigatoribus dantur quandoque ad cognoscendum tantum, vel ad [2]) diffiniendum, quandoque ad cognoscendum et pronunciandum, antequam de calumnia iuretur; ideo prius de causarum commissione et delegatione aliquid in medium proferamus, videlicet de iurisdictione demandata et delegata; unde subtiliter investigari oportet, quid sit iurisdictio, qui possint mandare et delegare, item qui possint dari iudices, et quae causae possint delegari et quae non, et quomodo, item quid in mandata vel delegata iurisdictione veniat, et quae sit potestas iudicis delegati, et quando finiatur tale mandatum.

---

33) *Iohannes magister noster.* — „io. magr̄. „nr̄." B. P. 1. — „io. mag̃." P. 2. — „Ioannes." G. — Cf. not. 35.

34) *est, ut aff. excipiat.* G. — Al. „ut aff. „accipiat." B. — „esset, ut aff. accipiatur." P. 1. — „est, ut ex aff. accipiat." P. 2. — De usu v. excipere. cf. h. part. §. 3. (pag. 24. vers. 24. et seq.) — *Durant. sp.* h. l. (cf. not. seq. 35.) „sapienter agit respondens, si in negati„vam declinet."

35) Cf. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de positionib. §. 6. num. 13. 14. et ibi *Io. Andr.* in v. do. Io. (Ita edd. Mediol. Norimb.) „dixit Pil„lius: „„magister noster.""

36) Sp. add: „Illud quidem non est omit„tendum, quod reus pluribus exceptionibus „uti potest, quamvis diversae sint; ut Dig. de „except. 44, 1. l. nemo. 8. item, quod non vi„detur confiteri de intentione actoris, cum „utitur exceptione. ut Dig. e. t. l. non po„test." (rectius: „l. non utique. 9.") Cf. h. part. §. 2. (pag. 24. vers. 6.) § 3. (pag. 25. vers. 2.)

1) P. 1. inscr. „De causarum commissione „et earum delegatione." — P. 2. adn 2. „De „comm. et del." — G. „De causar. comm. et „del." — B. „De sacramento calumniae vel „de comm. et del. causar." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de iud. delegato. „Pillius sui operis parte secunda rubr. posuit „de delegatione causar." Cf. *eiusd. add. ad sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de rescripti praesentatione etc.

2) *ad.* P. 1. — Ab. a B. P. 2. G.

§.13. §. [1]) Est quidem iurisdictio potestas alicui de publico [2]) indulta cum licentia reddendi iuris et facultate statuendae aequitatis, vel est iurisdictio etiam iudicis dandi licentia. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. 5. **Iurisdictio alia est plena**, ut in principe humano [3]), quoniam populus Romanus omne suum imperium et potestatem ei et in eum contulit. ut Dig. de constit. princ. 1, 4. l. 1. (pr.) et hoc idem habetur in divinis, quoniam dominus papa habet plenitudinem potestatis. ut in Decretis C. 2. q. 6. c. qui se scit. [4]) 12. Alia est non plena, ut in aliis iudicibus. Haec alia est ordinaria, alia extraordinaria, puta demandata vel delegata. Ordinaria est in praesidibus et proconsulibus provinciarum, qui habent dignitatem cum administratione, cuius ratione possunt de causis cognoscere et pronunciare.

§.14. §. Hi namque iurisdictionem recte demandant, quoniam habent eam suo iure, non alieno, i. e. non ab alio iudice, praeterquam a principe. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. more maiorum. 5. [1]) et possunt universam iurisdictionem suam alicui demandare, aut non totam [2]), sed in personas certas, vel in loca certa, puta demandant omnem iurisdictionem suam unius loci vel plurium locorum simul, ut quando faciunt castellanos [3]) vel comites in Tuscia vel in aliis provinciis. Item demandant universam iurisdictionem suam, scilicet inter tres vel quatuor aut plures coheredes vel socios. Item demandant unam speciem vel ad unam speciem, scilicet alicuius societatis vel contractus vel alterius petitionis. ut Dig. e. t. 2, 1. l. solet. 16. et l. praetor. 17.

Et notandum est, quod delegatio vel demandatio causarum a iudicibus facta ita demum valebit, si ad iurisdictionem pertineat delegantis, nisi sit a principe delegatus: hic enim causam, quae ad eius iurisdictionem non pertineat, recte delegat, verbi gratia iurisdictio Tusciae alicui a principe mandata est, qui causam vicinae provinciae [4]) recte delegabit, maxime si alius iudex ibi non sit. ut Cod. qui pro sua iurisd. 3, 4. l. un. [5]) Vel lex ista loquitur in delegato ab ordinario iudice,

---

1) B. inscr. »De iurisdictione.«

Seq. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de iurisd. omn. iud. Cf. *eiusd. add. ad sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de offic. ordinarii.

2) *de publico.* B. — Al. »a publico.« P. 1. 2. — G. om.

3) *humano.* B. P. 1. — Al. »romano.« P. 2. G. — Cf. h. pag. vers. 6.

4) *C. 2. q. 6. c. qui se scit.* Ita fere P. 2. »c. 2. q. 6. qui cessit.« — Al. »c. 13.« B. P. 1. — »cap. 13. col. 2.« G.

1) Cf. *Gloss.* in v. suo iure. et in v. alieno beneficio.

2) G. add.: »si volunt.«

3) *quando f. castellanos.* B. P. 1. 2. — Al. »quandoque f. castellani.« G.

4) *vicinae provinciae.* P. 2. (Inde fortasse G. »uni de provincia.«) — Al. »provinciae.« B. P. 1.

5) Cf. *Gloss.* in v. si ad iurisdictionem. et in v. iudicandas.

G. add.: »Sed hoc videtur esse valde »iniquum, ut delegatus a principe in una »causa, vel certo loco, vel rei« (re) »possit »delegare iudicem in alia re, vel causa al»terius loci. Imo plus quam mirabile esset »istud, quod ille, qui delegatus esset a »principe, plus iurisdictionis habeat, quam »ordinarius, qui iurisdictionem habet a prin»cipe et a lege, sicut et praeses provinciae. »Neque enim ipse potest delegare causam »alterius provinciae vel alterius iurisdictionis: »quomodo ergo poterit, qui habet deman»datam iurisdictionem vel delegatam, vel »forte super una re tantum, alteri dele»gare?«

qui causam sibi delegatam alteri delegare non potest, nisi sit a principe delegatus; nam illa causa est alterius iurisdictionis, scilicet iudicis ordinarii, qui illam delegavit. Sed superior intellectus planior est [6]).

Item sciendum est, quod illi, quibus, sicut dictum est, iurisdictio demandatur, habent demandatam iurisdictionem, quam alteri [7]) demandare non possunt. ut Dig. de off. eius cui mand. est iurisd. 1, 21. l. ult. (pr.) et Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. more. 5. Sic ergo videtur, quod a iudice iudex delegatus alteri delegare non potest, nisi sit a principe iudex datus, ut Cod. de iud. 3, 1. l. ult. vel, ut omnis evitetur obiectio, nisi sit datus a proconsule vel eius legato, vel a praefecto urbis. ut Dig. de iud. 5, 1. l. cum praetor. 12. §. 1. Verum, ut uberior ex his pateat intellectus, — omisso eo, quod a quibusdam dicitur de specialitate et de litis contestatione, item delegatione facta utrum illi, qui praeest iurisdictioni, an ei, qui nulli praeest [8]), — sic breviter est distinguendum, quoniam aut est quis specialiter delegatus ad unam causam vel ad plures singulariter, quod proprie dicitur delegatio, sicut fit hodie talis delegatio omnibus advocatis civitatum vel castrorum a suis iudicibus ordinariis, aut est delegatus ad iurisdictionem totam vel ad partem [9]) eius generaliter, quod proprie dicitur demandatio, sicut fit hodie illis, qui praeficiuntur in singulis provinciis vel in parte alicuius provinciae, ut in comitatu Senensi, Florentino, vel Aretino, vel in aliquo certo loco. In primo casu talis iudex, qui proprie dicitur delegatus, delegare non potest, sicut dicitur in illa lege „a iudice etc." [10]) et arg. Dig. de off. procons. 1, 16. l. legatus. 12. [11]) et arg. Dig. de off. eius cui. 1, 21. l. ult. [12]) et arg. Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. more. 5. Excipitur ibi, nisi a principe iudex datus fuerit; quod verbum quidam dicunt correctum per illud Auth. ad haec si administrator etc. [13]); sed non est verum [14]). In secundo casu talis delegatus, qui proprie dicitur habere iurisdictionem demandatam, recte delegat causam unam vel plures specialiter, sed non demandat universaliter, quoniam habet eam alieno beneficio; et hoc probatur per has leges, arg. Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. imperium. 3. in f. [15]) et l. more. 5. et l. solet. 16. [16]) et Dig. de iud. 5, 1. l. praetor. 12. §. 1. [17])

---

6) *sup. int. pl. est.* B. P. 1. 2. — Al. »pl. »est int. sup., imo et verior." G.
Cf. *Hugolin. D. D.* §. 119. pag. 350.

7) *alteri.* P. 1. 2. G. — Al. »aliis." B.

8) Cf. *Hugolin. D. D.* § 90. pag. 329. *Gloss.* ad l. a iudice. 5. Cod. de iud. 3, 1. in v. dandi. in v. non habet. et in v. a principe.

9) B. add.: »a praetore."

10) Vid. not. 8.

11) *et arg. ff. de off. procons. l. legatus.* P. 1. 2. G. — B. om. — Cf. *Gloss.* vers. alii libri habent: hoc ius non habet. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. de iudice deleg. §. 2. num. 5. et ibi *Io. Andr.* in v. in litera, non.

12) Cf. *Gloss.* in v. non posse.

13) ad l. a iudice. 5. Cod. de iud. 3, 1. Cf. *Gloss.* ad h. l. 5. in v. a principe. vers. sed videtur.

14) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 1. pag. 125. *Hugolin.* §. 90. pag. 328.

15) Cf. *Gloss.* in v. iurisdictio. vers. sed cum delegatus.

16) Cf. *Gloss.* in v. omnem. vers. sed cum omnem.

17) Cf. *Gloss.* ad l. legatus. 12. Dig. de off. procons. etc. 1, 16. vers. vel hic loquitur, cum quis ad plures causas etc.

Vid. *Roffred. ord. iud.* p. 1. tit. qui pos-

§. [1]) Dari non potest iudex in causa sua, quoniam de ea non cognoscet neque §.15. pronunciabit. ut Cod. ne quis in sua caus. 3, 5. l. un. [2]) — suam causam dico ab initio vel ex post facto. ut Dig. de iud. 5, 1. l. Iulianus ait: si alter. 17. — item in causa [3]), in qua ipse patrocinium praestitit. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. praetor. 17. [4]) — item surdus, mutus, perpetuo furiosus [5]), et impubes. — Item foeminae et servi iudices dari non possunt. ut Dig. de iud. 5, 1. l. cum praetor. [6]) 12. §. 1. (2.) — Item caecus iudex dari non potest, licet iudicium, antequam esset caecus, inceptum possit postea finire. ut Dig. de postul. 3, 1. l. 1. §. casum. (in med. §. 5.) et Dig. de iud. 5, 1. l. caecus. 6. — Et notandum est, quod in privatis negotiis filius poterit iudex dari patri et e contrario. ut Dig. de iud. 5, 1. l. in privatis. 77. et Dig. de arbitr. 4, 8. l. quin etiam. 6. Verum ex ordinaria iurisdictione non iudicabit quis in causa filiorum, aut libertorum, vel uxoris, vel aliorum, quos secum habet. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. qui iurisdictioni praeest. 10. nisi parcissime, sicut habetur in Dig. de off. praesid. 1, 18. l. senatus. 16. [7])

---

sunt esse iudices ord. v. del. vers. utrum autem ab alio delegatus possit delegare etc.

Praeter ista *Pill.* qu. 16. »an castro dato »in feudum alicui etiam data et concessa iu»risdictio videatur." et qu. 102. »an prin»ceps, si omnem iurisdictionem castri in »ecclesiam contulerit, possit postea rescri»ptum municipibus concedere in eodem ca»stro sibi eligendi rectorem."

1) B. inscr. »Quod nemo potest iudex esse »in sua causa, et qui potest ius dicere." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. I. in rubr. de rescripti praesentat. etc. »Pillius — — in »rubr. de delegatione causarum tractat de »personis, quibus, et de causis, quae dele»gari possunt."

2) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 120. pag. 351.

3) *in causa.* P. 1. 2. G. — B. om.

4) Cf. *Gloss.* in v. cum iustam causam. Sed vid. etiam *D. D. vet. coll.* §. 76. pag. 59. *Roger.* §. 79. pag. 113.

5) Sp. add.: »sed non prorsus furiosus »iudex dari potest, quia, quod hodie non po»test, cras (G. add.: »forte") poterit." Sic fere *Placentin.* summ. Cod. tit. qui pro sua iurisd. 3, 4. »ubi furiosus iudex datur, non »prorsus nihil agit, quia, quod hodie non po»test, cras fortassis poterit. ut Dig. de iud. »5, 1. l. cum furiosus." 39. (pr.)

6) *cum praetor.* P. 1. G. — Al. »praetor." B. P. 2.

7) *Roffred. ord. iur.* p. 1. tit. qui possunt esse iud. ord. v. del. sub f. — »an possit esse »iudex pater in causa filii vel e converso »filius in causa patris, quaeritur. Dominus »Pillius distinguit, utrum sit delegatus, et »tunc potest, ut Dig. de iud. 5, 1. l. in priva»tis. 77. an sit ordinarius, et tunc non erit »iudex, nec filius, nec hi, quos secum ha»bet, ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. qui »iurisdictioni. 10. nisi usque ad contestatio»nem litis. ut Dig. de off. praesid. 1, 18. l. »senatuscons. 16. Sed quae sit ratio? Re»spond., delegatus fungitur munere delegantis »et non suo, ut Dig. de off. eius, cui mand. »est iurisd. 1, 21. l. ult. et ideo est praesumtio, »quod iudicet delegatus sicut et delegans: »arg. Dig. de off. praef. praet. 1, 11. l. un." (§. 1. in f.) »at ordinarius fungitur munere »suo, ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. »more. 5. et ideo est praesumtio, quod non »bene iudicaret." — Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de iudice deleg. §. 7. num. 15. vers et intellige secund. Pillium. atque ibi *Io. Andr.* in v. Pill.

§.16. §. [1]) Delegari possunt omnes causae, praeter eas, de quibus cavetur, ne delegentur. — Non delegatur causa liberalis. [2]) ut Cod. de pedan. iud. 3, 3. l. placet 3. item nec criminalis. — Cognitio de suspecto [3]) delegari potest; transit etiam [4]) cum iurisdictione mandata; ut Dig. de off. eius cui. [5]) 1, 21. l. cognitio. 4. sed delegatus de hac causa non pronunciabit, imo iudex ordinarius tantum, ut Dig. ad Sc. Turpill. 48, 16. l. 1. §. suspecti. [6]) 11. nisi sit legatus proconsulis. ut Inst. de suspect. tutorib. 1, 26. in pr. (§. 1.) Et dicunt quidam, quod est speciale in legato proconsulis, quod possit removere suspectos, vel quoniam quandam propriam iurisdictionem habet [7]). Non est in eo speciale, quia iudex ordinarius est, sed de aliis omnibus criminibus [8]) cognoscet legatus proconsulis et pronunciabit. — Item cognitio causae appellationis non delegatur; ipse enim iudex appellationis rem per se omnino [9]) audiet. ut in Auth. coll. 5. ut defuncti seu fun. §. illud. (Nov. 60. c. 2.) et est argumentum ad hoc in Auth. coll. 6. de iudicib. §. sedebunt. in f. (Nov. 82. c. 3. 4.) Sed hoc verum est, quando [10]) iudex appellationis per se totum negotium vult finire; et eodem modo est intelligendum, quod ibi dicitur de legato; nisi sit princeps, qui causas appellationis omnino recte delegabit. ut in Auth. coll. 6. de iudicib. §. sedebunt. (Nov. 82. c. 3. 4. in f.) — Item ea, quae causae cognitionem desiderant, ut adoptio et quaedam alia, per libellum non possunt expediri, i. e. per demandationem vel delegationem; ut Dig. de off. procons. 1, 16. l. nec quidquam. 9. §. 1. [11]) et Dig. de reg. iur. 50, 17. l. omnia quae. 71. [12]) quoniam in his praetor desideratur. ut Dig. de reg. iur. 50, 17. l. ubicumque. 105. Sed hoc verum est in his decretis, quae non sunt in forma iudicii, ut in adoptione et emancipatione et in alienatione praedii minoris; ut Cod. de praed. minor. 5, 71. l. ult. item in transactione alimentorum relictorum. ut Dig. de transact. 2, 15. l. cum hi. 8. §. si praetor. 17. 18. — Et in aliis, quae sunt de imperio mixto, excipiuntur quaedam. Item excipitur resti-

---

1) B. inscr. »De causarum delegatione."

2) *liberalis.* P. 1 G. — »libertatis." P. 2. — Al. »spālis." B.

3) sc. tutore. — *Roffred. ord. iud.* p. 1. tit. quae causae poss. delegari etc. pr. »Cognitio »autem suspecti tutoris demandatur et transit »cum generali iurisdictione demandata; et »hoc propter utilitatem pupillorum. ut Dig. »de off. eius cui mand. est iurisd. 1, 21. l. co»gnitio. 4."

4) *etiam.* B. P. 1. — Al. »enim." G. — Ab. a P. 2. — Cf. *Roffred.* l. l. not. 3.

5) *de off. eius cui.* G. — Al. »de eo cui." B. P. 2. — »de d." P. 1.

6) *suspecti.* Ita scribendum est. — B. P. 2. G. »si is." et P. 1. »si hiis." quae ex compendio scripturae »sus." confecta sunt. — *Roffr.* l. l. not. 3. — — »delegatus, licet co»gnoscat, non tamen pronunciabit, sed iu»dex ordinarius tantum. ut Dig. ad Turpill. l. »1. §. suspecti."

7) Cf. *Gloss.* ad l. 4. Dig. de off. eius cui mand. etc. 1, 21. in v. mandari potest et ad l. legati. 13. Dig. de off. procons. 1, 16. in v. proprium.

8) *omnib. criminib.* — P. 2. »omnibus." — B. P. 1. G. »criminibus." — *Roffred.* l. l. »omni »crimine."

9) *omnino.* P. 1. 2. G. — Al. »ñ." B.

10) *quando.* Ex coni. — Vulg. »quod." — Cf. *Hugolin. D. D.* §. 90. pag. 329. »quando »iudex app. per se totum negotium vult finire, »i. e. quando sibi reservare vult sententiam."

11) Cf. *Gloss.* in v. decretum. vers. tertii dicunt.

12) Cf. *Gloss.* in v. omnia. vers. tertii dicunt.

tutio in integrum [13]), quae licet fiat causa cognita, ut Dig. de in int. rest. 4, 1. l. 3. hodie tamen delegatus in integrum restituere potest. ut Cod. ubi et ap. quem. 2, 47. l. ult. Sed dicunt quidam, quod restitutio formam iudicii obtinet: vel forte lex Iustiniani corrigit legem Digestorum [14]): aut forte speciale est in causa restitutionis, ut delegatus de ea cognoscere possit et pronunciare propter minorum favorem; quod videtur verius.

§. Iudex ordinarius, si administrator est, potest delegare sic, ut de causa cogno- §. 17.
scat delegatus, sed non pronunciet, vel sic, ut cognoscat et pronunciet; salvo eo, quod dictum est in cognitione causae appellationis, ut in Auth. ut defuncti seu fun. §. illud. coll. 5. (Nov. 60. c. 2.) et arg. in Auth. de iudicib. §. si quis autem. (Nov. 82. inde a med. c. 2. seq.) [1]) — Et est sciendum, quod delegatus etiam a principe non potest solam cognitionem causae delegare; ut in e. Auth. [2]) sed cognitionem et diffinitionem recte delegat. ut Cod. de iud. 3, 1. l. a iudice. 5. [3]) — Item nemo ordinarius vel delegatus solam diffinitionem sine cognitione delegare potest, licet quibusdam sit permissum recitare sententiam per suos consiliarios et officiales. ut Cod. de sent. ex peric. recit. 7, 44. [4]) — Hic satis competenter illa quaestio interseritur, an possit ita causa delegari, ne delegatus recusetur; item, ne possit appellari? Resp., solus princeps hoc facere potest, et alius non. ut Dig. a quib. appell. non lic. 49, 2. l. 1. in f. Nam hodie iure canonum [5]), cum princeps, i. e. dominus papa, delegat sublato appellationis [6]) remedio, tollitur [7]) utrumque remedium et appellationis et recusationis, ut in X. t. de appell. c. super eo vero quod. [8]) nisi in casu, ut X. papae Lucii tertii. c. ad aures. §. ult. [9]) — Item cum delegat [10]), delegatus ab eo potest causam sibi commissam alteri delegare, scilicet totam, audiendam et terminandam, aut etiam ut delegatus tantum audiat rationes utriusque partis et testes recipiat; quod est nota dignum [11]). — Item causa commissa sine remedio appellationis non potest a delegato in eadem forma delegari, scilicet re-

---

13) *Et in aliis* (pag. 38. in f.) etc. — Aut omissa aliqua, aut alio modo depravatum esse locum suspicor. — Cf. *Roffred. ord. iud.* p. 1. tit. quae causae poss. delegari etc. num. 1. sub f. »Item non delegantur ea, quae sunt »mixti imperii. ut Dig. ad munic. 50, 1. l. ea »quae. 26. Sed huic regulae derogatur de »duobus casibus: primo circa dationem tuto»ris — — secundo derogatur in causa resti»tutionis — —.“ Cf. not. seq.

14) *Roffred.* l. l. num. 3. — »quaeritur de »causa restitutionis, an sit mixti imperii. Re»spondeo, sic, et quia non delegatur, ut Dig. »ad municip. 50, 1. l. ea. 26. item quia desi»deratur maxima causae cognitio. ut Dig. de »in int. rest. 4, 1. l. omnes. 3. Sed hodie de»rogatur per l. Iustiniani — —.“

1) Cf. pag. 38. vers. 13. 14.

2) Cf. *Gloss.* ad Nov. 60. c. 2. in v. audiant causam. et ad Nov. 82. c. 2 in v. particulares.

3) Cf. *Gloss.* ad Auth. ibi positam »ad »haec etc“ in v. delegatus. vers. tu dic.

4) Vid. l. 2. (G. »de sen. ex bre. re. lib. 2.“)

5) *canonum*. P. 1. G. — „canoī.“ B. P. 2.

6) B. P. 2. add.: »et recusationis.“

7) *tollitur*. P. 1. 2. G. — Al. »tollit.“ B.

8) Cf. not. 17. ad h. part. §. 8. pag. 30. vers. 15.

9) Cf. not. 18. ad h. part. §. 8. pag. 30. vers. 18. 19.

10) sc. dom. papa.

11) Vid. c. quamvis simus. not. seq 15.

moto appellationis diffugio [12]; quod est mirabile [13]. Et si tunc a delegato delegati appellaretur, refert, utrum appellatio fuerit interposita ad dominum papam, an ad [14] delegatum ab eo: factae quidem ad dominum papam appellationi omnino est deferendum, interpositae vero ad delegatum minime. ut in X. t. de off. et potest. iud. del. c. quamvis simus. [15]. c. cum tibi sit de benignitate. [16].

§. 18. §. Venit et transit cum iurisdictione mandata vel etiam delegata imperium cohaerens, quod est modica coercitio. quicumque enim qualem qualem iurisdictionem habet, potest coercere saltem modice. ut Dig. de off. eius cui mand. 1, 21. l. ult. (§. 1.) et Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. 2. et l. magistratibus. 12.

Quilibet magistratus [1] et quilibet delegatus potest diffinitivam sententiam ferre. Item recte pronunciat quem in possessionem mittendum; sed non mittunt [2]; quod videmus iugiter fieri et ubique servari. et hoc dicit l. Cod. de iud. 3, 1. properandum. 13. §. sin autem reus. [3] 3. — Et ordinarius, quoniam delegavit vel dedit, ipsius sententiam exsequitur, sive sit diffinitiva, sive interlocutoria, ut de danda possessione. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo. 15. prim. resp. [4]

Sed non potest ante litem contestatam partes vocare, et post non potest citare per edicta; ut in Auth. de exhib. et introd. reis. §. si vero. (Nov. 53. c. 4. pr.) [5] nisi sit delegatus a principe. ut in Auth. de litigios. §. omnem vero. (Nov. 112. c. 3. pr.) [6] et in X. t. de off. et potest. iud. del. c. de causis quae etc. [7]

---

12) *diffugio.* B. P. 1. — Al. „suffragio." G. — P. 2. om.

13) Vid. c. quamvis simus. not. seq. 15.

14) B. vitiose add.: „appellaretur referunt uti."

15) c. 7. X. 1. h. t. 1, 21. siv. c. 6. X. G. e. t. 1, 29. — Alexand. 3. — Vid. verba a Raym. om.

16) c. 1. X. 1. e. t. (haud recept. in coll. Greg.) — Alexand. 3. Lundon. („Londinensi." ex coni. Augustin.) episcopo: „Cum tibi sit „de benignitate sedis apost. indultum, ut „causas, quas de mandato nostro suscipis „terminandas, liceat tibi personis aliis, uni „vel pluribus, delegare, sed ab his, quibus „causa per te fuerit commissa, fas sit liti„gantibus appellare, et si eadem causa tibi „fuerit a nobis commissa appell. rem., acci„dit interdum, sicut tu asseris, quod causam, „quam tibi commisimus appell. postposita „terminandam, aliorum experientiae commit„tis audiendam, et appellationem alter liti„gantium ad tuam, alter ad nostram audien„tiam interponat. Consult. t. t. respondemus, „quod ei appellationi, quae ad nos interpo„nitur, est omnino deferendum, licet fuerit „appell. rem. commissa."

1) Cf. h. part. §. 14.

2) *pronunciat — — mittunt.* B. P. 1. 2. — Al. „pronunciatur — mittuntur." G.

3) *reus.* P. 1. 2. — B. G. om. Cf. *Gloss.* in v. ad maiorem.

4) Cf. *Gloss.* in v. a se. — B. add: „et „Dig. de bonis iu. pt. un. §. is qui pot." Fuerit: „Dig. de bon. auct. iud. poss. 42, 5. l. cum „unus. 12. §. is qui possidere. 1." Hinc enim arg. desumi poterat.

Sp. (omn. libr.) add.: „Item potest sal„tem modice coercere. ut Dig. de off. ei. cui „mand. l. ult. et Dig. de iurisd. o. i. l. 2. et l. „magistratibus." (G. vitiose: „de sentent. et in„terl. l. 2. et l. magna.") Cf. h. pag. vers. 6. et seq.

5) Cf. *Gloss.* in v. omnimodo. in v. iudice. et in v. non valente.

6) Cf. *Gloss.* in v. praesenti lege permittimus.

7) c. 5. X. 1. h. t. 1, 21. siv. c. 4. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3. — verb. „qui pro causis „tibi commissis ad citationem tuam venire „etc."

sed requirere et monere litigatores potest, ut ad causam veniant. ut Cod. de iud. 3, 1. l. sancimus. 15. in f.

Hodie autem iure canonum, cum dominus papa alicui causam delegat vel committit, delegatus plenam potestatem recipit super his omnibus, quae ad illam causam spectare noscuntur. Ergo, licet non contineatur in literis commissionis, quod possit partes cogere et contumaces punire vel suam exsequi sententiam, recte tamen poterit haec omnia facere, ut in X. t. de off. et potest. iud. del. c. praeterea super hoc.[8] c. sententiam.[9] c. significasti.[10] et in X. Lucii tertii. quaesitum est.[11] et in Decretis C. 4. q. 5. c. quisquis.[12] si ordinarius iudex illius requisitus noluerit, vel non potuerit, vel neglexerit sententiam executioni mandare; quod colligitur ex illo X. sententiam. et ex altero X. significasti.

§.[1] Dictum est, quod delegatus nec ante litem contestatam, nec etiam post §. 19. per edicta potest citare, nisi sit delegatus a principe. Ergo videamus, qualiter fieri debeant per edicta citationes. Olim, iure antiquo inspecto, mittebantur absenti tria edicta, habens unumquodque intervallum non minus decem dierum, et post, scilicet quarto loco, peremtorium, ideo sic dictum, quod causam et eius disceptationem perimit et non patitur adversarium ultra tergiversari; et quandoque peremtorium mittebatur statim, et dicebatur unum pro omnibus; quandoque mittebatur post unum edictum vel alterum. Hodie vocari et citari debet tribus edictis, per intervalla triginta dierum in unaquaque vocatione, ut habetur in illo Auth. qui semel actionem etc.[2] Sed quidam dicunt, quod istud Auth. loquitur specialiter ante litem contestatam et in actore absente, et[3] locum habet lex Cod.

---

8) c. 6. X. 1. h. t. 1, 21. siv. c. 5. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

9) c. X. 1. e. t. (haud recept. in coll. Greg.) Alexand. 3. Vintoniensi episcopo: »Sententiam a delegato iudice latam, si ad mandatum ipsius iudicis dioecesanus episcopus »exsecutioni mandare neglexerit, is, qui ex »delegatione Romani pontificis sententiam »tulit, eam exsecutioni mandandi plenam et »liberam habeat facultatem.«

10) c. 9. X. 1. e. t. siv. c. 7. X. G. e. t. Alexand. 3.

11) c. 2. X. 2. e. t. 1, 12. (haud recept. in coll. Greg.) Luc. 3. Novan. episcopo: »Quaesitum est a nobis ex parte tua, si iudex de»legatus iudici ordinario mandaverit, ut par»tes citet vel exsequatur sententiam, an de»legato iudici teneatur obedire. Cum autem »non sua, sed delegantis vice fungatur, et, »cum iudici delegato iurisdictio delegatur, »intelligantur omnia delegari, quae ad iuris»dictionem facere videantur; merito poterit »delegatus tam ordinarium, quam alium, cui »mandaverit, cogere ad faciendum ea, quae »praecepit, et ei, qui obedire contemserit, »poenam infligere competentem.«

12) *C. 4. q. 5. c. quisquis.* B. P. 1. — Al. C. »3. q. 5. quis.« P. 2. — »§. 4. q. 5. l. 2. quisquis.« G. — Substituendum esse puto »C. 2. »q. 6. c. quisquis. 19.« Ibi enim *Gloss.* in v. quisquis. »Istud c. intelligunt quidam de de»legatis iudicibus, quorum sententiam epi»scopus loci tenetur mandare exsecutioni. »ut X. G. de off. deleg. c. significasti.« Cf. not. 10.

1) B. inscr. »De citationibus factis per »edicta.« — P. 2. adn. 2. »Qualiter citatio fiat.« — G. »De citatione.« — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de citatione. »Pillius — — charta 3.« (libri, quo Io. Andr. utebatur) »posuit de citationibus faciendis per edicta.«

2) ad l. 8. Cod. quom. et quand. iud. sent prof. deb. 7, 43.

3) *et.* B. P. 1. 2. — G. om. — Cf. not. seq.

de iud. 3, 1. properandum. 13. §. et si quidem. 2. [4]) Sed superior sententia verior est, quoniam illud spatium datur tam reo quam actori [5]), et quod in [6]) Cod. dicitur de decem diebus, per illud Auth. de litigios. [7]) corrigitur et emendatur [8]).

Sed cur ex ordine tria edicta mittenda sunt? Resp., hoc verum est, quando ex causa peremtorii iudex vult iudicare. Verumtamen dici potest, quod unum tantum peremtorium sufficiat mittendum pro omnibus, secundum quod continetur in lege praedicta Dig. nonnunquam [9]). Imo nullum est mittendum, si constat iudici esse contumacem absentem. arg. Cod. quom. et quand. iud. 7, 43. l. 2. puta, quia de ore ad os sibi iudex denunciavit, ut veniret ad causam, et ipse non venit [10]). Nam ideo mittuntur edicta peremtoria et denunciationes in scriptis, ut per hoc cognoscatur et deprehendatur contumacia ipsius fugientis. Cur ergo mitterentur, si de hoc constaret? Resp., non video, quia, ubi res ipsa per se patet, non est praesumtio vel coniectura aliqua inquirenda, nam in incertis et non in certis locus est coniecturae, ut in Auth. de restitut. et ea quae parit etc. §. ult. (Nov. 39. c. 2. §. 1.) et arg. Dig. de verb. obl. 45, 1. l. continuus actus. 137. (§. 2. in f.) [11]) — Sed quaeritur, an iudex possit huiusmodi inducias peremtorii arctare? Resp., potest secundum quod aestimaverit pro conditione causae vel personae aut temporis. ut Dig. de iud. 5, 1. l. nonnunquam. 72. [12]) — Istud autem observant hodie [13]) iudices et est deductum in generalem consuetudinem, ut sive velint ex causa peremtorii iudicare aut ex contumacia absentis, puta interloqui de danda possessione alicuius rei vel pro aliquo debito causa servandae rei, semper unum pro omnibus peremtorium edictum mittatur absenti; vel ad domum absentis poni debet. ut in Auth. de litigios. §. omnem vero. (Nov. 112. c. 3.) [14])

[15]) Et his verbis commode concipitur [16]): „Ego B. [17]) iudex Senensis hoc „uno peremtorio [18]) edicto pro omnibus tibi Martino firmiter praecipio" (vel „prae-

---

4) *et loc. hab. l. Cod. d. iud. properand. §. et s. q.* i. e. in aliis casibus retinendi sunt isti decem dies, de quibus in hac l. dictum est. Cf. *Hugolin. D. D.* §. 98. pag. 334.

5) Cf. part. 3. §. 16. vers. Contracto tamen eremodicio.

6) *quod in.* P. 1. 2. G. — B. om.

7) Nov. 112. c. 3. siv. Auth. qui semel. Cf. not. 2.

8) *Cf. D. D. cod. Chis.* §. 28. pag. 140. *Hugolin.* §. 98. pag. 334. — *Gloss.* ad l. properandum. §. 2. in v. decem. — ad Auth. qui semel. in v. cognitis. et in v. intervalla triginta dier. vers. item numquid. — ad Nov. 112. c 3. in v. cautione. vers. et quod dicit trig. dier.

9) l. 72. Dig. de iud. 5, 1. — Cf. verba, quae ex hac l. supra (pag. 41. vers. 17. et seq.) enotata sunt.

10) Cf. *Gloss.* ad l. l. in v. edicti. vers. ult. vel dic cessante.

H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citatione. §. 4. pr. in v. fiat.

11) Cf. *Gloss.* in v. nullus.

12) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citatione. §. 2. num. 3. in v. verumtamen.

Cf. part. 1. §. 1. pag. 5. vers. 16. et seq.

13) *observant hodie.* P. 1. 2. (G. »observant hod. iud. nostri temporis.") — Al. »servant." B.

14) Cf. *Gloss.* in v. praeconum.

15) B. inscr. »Quomodo mittatur edictum »peremtorium."

16) G. add.: »citatio."

17) *B.* Sic B. P. 2. G. — Al. »Scotus." P. 1.

18) *peremtorio.* P. 2. G. — Al. »peremtorii." B. — »peremtorium." P. 1.

„cipiendo mando") „ut hinc ad octo dies coram me" (vel „coram iudice tali a me „delegato") „venias" (vel „te repraesentes") „ad rationem faciendam Guidoni de „fundo tali", (vel „domo tali" vel „de centum, quae a te petit") „alioquin in pos- „sessionem dictae rei" (vel „tuarum rerum pro mensura suae petitionis") „ipsum „inducemus [19]), et ulterius non citaberis."

Hoc misso vel posito ad aedes absentis exspectatur dies peremtorii, quo elapso quandoque fertur sententia diffinitiva, quandoque fertur sententia contumaciae. Sed reperitur cautum, quod superveniente die huiusmodi peremtorii tunc est iterum ipse absens citandus, antequam iudex pronunciet, et, sive responderit [20]) sive non, agetur causa et pronunciabitur. ut Dig. de iud. 5, 1. l. et post. 73. (pr.). Unde quaeritur hic, si non fuerit postea citatus et sententia feratur, an valebit? Resp., citari debet, si potest, alioquin, i. e. si non potest citari, bene valebit sententia [21]).

§. Re quidem integra mandatum iurisdictionis solvitur et finitur morte man- §.20. dantis, sicut in ceteris causis. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. et quia. 6. Et notandum est, quod iudicium solvitur vetante eo, qui iudicare iussit; ut Dig. de iud. 5, 1. l. iudicium. 58. et similiter morte litigatoris, ut Dig. quae sent. sine appell. 49, 8. l. eum qui. 2. nisi ante procuratorem dederit ad causam agendam vel defendendam, in quo casu potest inchoata causa finiri. ut Cod. de procur. 2, 13. l. nulla. 23.

§. Praedictorum iudicum quidam habent merum imperium, quidam habent §. 21. mixtum, quidam vero cohaerens [1]). Sed horum tractatu, quoniam ad praesentem materiam non spectat, penitus omisso, ad propositum redeo, dicturus inprimis, antequam de calumniae iuramento tractetur, super quaestionibus, quae principalibus incidunt saepius et occurrunt.

§. [1]) Contingit quandoque, imo saepius, antequam de calumnia iuretur, quod §.22. principali quaestioni motae incidens occurrat, quae aliquando praeiudicat et elidit principalem, aliquando non. Itaque [2]) nunc videamus, quae sit principalis quaestio et quae incidens, et quando praeiudicet incidens et quando non, item utrum

---

19) *inducemus.* P. 1. 2. (»indicemus." G.) — Al. »induco." B.

20) *et sive responderit.* (cf. l. l. 73. pr. Dig. de iud.) P. 1. 2. — Al. »et sive respondente." B. — »Respondeo, sive venerit." G.

21) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 100. pag. 335.

1) Cf. l. 1. in f. Dig. de off. eius cui mand. est iurisd. 1, 21. et *Gloss.* ad l. ult. e. t. in v. etiam imperium.

1) B. inscr. »De incidenti quaestione, »quando praeiudicet vel non, et quando de »hac sit expressim pronunciandum vel non." — Similit. P. 1. »D. i. q. q. p. v. n. et quomodo »d. h. e. s. p." — P. 2. adn. 2. »De incid. »quaest. quando praeiudicat" — G. »Quando »in quaestione principali incidit alia praeiu- »dicialis." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de incidentib. quaestionib. et de ordine cognitionum. »Pillius posuit de hoc ru- »bricam, et est ultima suae secundae partis."

P. 2. adn. 2. add.: »De ista incidenti et »emergenti notatur X. de ord. co. c. 1. et c. »tuam." — Cf. *Gloss.* ad c. 1. X. G. de ord. cognit. 2, 10. in v. cognoscendum. et ad c. 3. e. t. in v. dependentem ex illa.

Cf. *Damas.* tit. 44.

2) *Itaque.* P. 1. 2 — Al. »Ita." B. — G. h. l. plura om.

primo sit cognoscendum et pronunciandum de principali, an primum de incidenti [3]), vel simul de utraque.

§.23. §. Principalis quaestio est ista: peto a te hereditatem; incidens est ista: non potes petere, quia servus meus es. Item: peto a te fundum vel decem ex testamento; et tu obiicis: non potes petere, quia testamentum est falsum [1]). Item: propono contra te iudicium familiae erciscundae; et tu obiicis et dicis: non potes, quia non es verus frater. Vel: peto a te partem hereditatis; et tu obiicis: non potes, quia tu non es meus frater, i. e. filius patris mei, cuius hereditatem petis. ut Cod. de ord. iudic. 3, 8. l. 1. 2. et 3. et in X. t. qui sunt filii legitimi. lator praesentium etc. [2]). Sed et multae aliae sunt principales, quibus incidentes occurrunt; istas tamen gratia exempli posuisse sufficiat.

§.24. §. [1]) Illa quaestio est incidens proprie et dicitur incidens, sine qua principalis terminari non potest, et tunc praeiudicat, quia principalis sine ea terminari non potest [2]), ut in supradictis exemplis. Sed quando incidens est talis, sine qua [3]) potest principalis terminari, proprie tunc non est incidens nec dicitur incidens, quoniam non praeiudicat principali nec eam elidit. Puta, movetur quaestio de teste, utrum debeat recipi vel non [4]); item, an sit recipienda appellatio facta ab interlocutoria, ita quod supersedeatur principali, donec de hac appellatione cognoscatur; item, an dilatio, quae petitur, debeat dari. Et tunc istae tales non sunt proprie incidentes quaestiones, sed [5]) sunt et appellantur emergentes; et hae saepius occurrunt post praestitum iuramentum calumniae.

§.25. §. De quaestione, quae revera est incidens [1]), semper est cognoscendum. Sed an sit de ea expresse pronunciandum, a sapientibus dubitatur et variatur [2]). — Dicunt quidam, sicut Bulgarus [3]), nunquam de tali incidenti esse pronunciandum expresse, sed cognoscendum tantum, et de principali pronunciandum expresse, et sic per consequentiam de incidenti; (verbi gratia, pronunciabit iudex hereditatem ad actorem pertinere, et sic per consequentiam illum esse ingenuum,

---

3) *incidenti.* — P. 1. 2. G. — Al. »accidenti.« B.

1) *test. est falsum.* B. P. 1. 2. — Al. »nullum est, vel falsum test., seu non iure factum.« G.

2) c. 5. X. 1. qui fil. sunt leg. 4, 18. siv. c. 5. X. G. e. t. 4, 17. Alexand. 3.

1) P. 2. adn. 2. inscr. »Quid sit quaestio incidens.«

2) *et tunc praeiudicat — — potest.* Ita scribendum esse puto ex var. lect. his: »et tunc praeiudicat, quando princ. s. e. t. n. p.« P. 1. — »et tunc praeiud., quando princ. s. e. finiri non pot. vel term.« G. — »et tunc praeiud. ei, quia s. e. t. n. p.« P. 2.—B. om.

3) B. vitiose add.: »non.«

4) *de teste utr. d. r. v. n.* P. 1. 2. — »utr. d. r. v. n. de teste.« G. — Al. »de te utr. debeas r. v. n.« B.

5) *sed.* P. 1. 2. G. — Al. »si.« B.

1) *quae rev. e. incid.* P. 1. 2. G. — Al. »vera incidenti.« B.

2) Cf. *Hugolin.* dist. ad l. 1. Cod. de ord. iudic. 3, 8. ed. *Haenel.* pag. 570.

3) *sicut Bulg.* — »sic̄. ȝ.« B. — P. 1. 2. G. om. — *Bulg. summ. de iudic.* §. 9. »Pedaneus principaliter liberalem causam non cognoscit, licet incidenter examinet, non de ea, sed de principali pronunciando; cuius victoria et ad libertatem extenditur.« Sed cf. *Hugolin.* l. l. not. 2. et *Gloss.* ad l. 1. Cod. de ord. iudic. 3, 8. in v. quoniam. vers. an autem in incidenti sit pronunciandum.

vel filium defuncti et fratrem illius, contra quem [4]) agebatur;) nisi in casibus a lege expressis, ubi innuitur, de incidenti tali iudicem prius [5]) debere pronunciare, quam de principali, ut Cod. de ord. cognit. 7, 19. l. 2. [6]) et arg. Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. ubi. 22. [7]) et forte in crimine praevaricationis. ut Dig. de praevaric. 47, 15. l. 3. (§. 1.) [8]) Item quaestioni incidenti alia incidit, de qua primo iudicari debebit, puta, petenti tibi hereditatem obiicio, quod [9]) servus es, tuque replicas, quod libertatem accepisti testamento, ego duplico, quod falsum est testamentum; profecto [10]) primum debet quaeri de falsi quaestione. ut Dig. de pet. hered. 5, 3. l. 4. [11]) Et cum incidens est talis, quae plenarie sit examinanda, si pronunciatur de causa, fit praeiudicium incidenti; si vero non plenarie, sed semiplene est examinanda [12]), si pronunciatum fuerit de principali, non est praeiudicium incidenti. arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo. 15. §. si super. 4. — Alii, ut Placentinus [13]), dicunt, de qualibet incidenti quaestione semper esse pronunciandum expresse, nisi in duobus casibus, puta ratione eius, qui agit, quia impubes est, et ratione iudicis, quia pedaneus est. ut Cod. de ord. iudic. 3, 8. l. 1. [14]) et l. 3. — Alii dicunt, nunquam de ea esse pronunciandum expresse, nisi quando civilis incidit criminali et criminalis in civili. ut Cod. de ord. iudic. 3, 8. l. 3. — Alii dicunt, quod si incidens est talis, de qua, si principaliter moveretur, iudex pronunciare posset, semper esse de ea expresse pronunciandum. ut

---

4) *contra quem.* P. 1. 2. G. — Al. »cum »quo.“ B.

5) *prius.* P. 1. G. — Al. »primo.“ B. P. 2.

6) *Cod. de ord. cogn. l. 2.* B. P. 1. G. — Al. »Cod. dé ord. iudic. 3, 8. l. 2.“ P. 2.

7) Cf. *Gloss.* in v. ubi falsi. prim. vers. et in v. nec ulla interlocutione.

8) Cf. *Gloss.* in v. pronunciatio.

9) *quod.* B. — Al. »quia.“ P. 1. 2. (ult. verb. hui. cod. P. 2.) G.

10) *profecto.* P. G. (et ita *Placentin.* Cf. not. seq. 11.) — B. om.

11) *Item quaest. incidenti (vers. 5.)* — — *l. 4.* Ita *Placentin.* summ. Cod. tit. de ord. iudic. 3, 8. sub fin. Sed ibi rectius: »Dig. de »pet. hered. l. 5.“ (§. 1.)

12) *quae plenarie* — — *semipl. sit examinanda.* P. — Al. »quod non plenarie, sed »semipl. est examinanda.“ G. — »quae ple»narie sit examinanda.“ B.

13) *ut Placentinus.* — »ut pla.“ B. — Al. »vero.“ G. — P. om.

Placentin. summ. Cod. de ord. iudic. 3, 8. »Et certe in omnibus incidens quaestio »ideo terminanda est, si terminari potest, i. »e. nisi eius notio praepediatur propter liti»gatorum impuberem aetatem, vel propter ar»bitrium, vel pedaneum iudicem. Porro hi, »licet non possint determinare, et possunt et »debent examinare. Ecce enim, si mihi he»reditatem petenti obiiciatur servitutis quae»stio, haec incidens ideo determinabitur, si »iam pubui, et si iudex erat ordinarius; si »non, iudicium tantum examinabitur.“ — *Id.* summ. Cod. de ord. cogn. 7, 19. »interve»niente persona pedanei iudicis hominisque »impuberis praepeditur cognitio incidentis »liberalis quaestionis; et tunc quaestio, de »hereditate puta, et examinabitur et expressa »sententia terminabitur; sufficitque ei, qui »libertate utitur, ad victoriam, de hereditate »secundum eum pronunciatum esse; quippe, »si pronunciatum fuerit esse heredem, con»sequenter pronunciatum erit etiam liberum »esse; sed non convertitur. ut Cod. e. 7, 19. »l. 2.“ — Cf. *Gloss.* ad h. l. 2. in v. pronunciatum. vers. vel melius distingue.

Cf. *Hugolin.* l. l. not. 2.

14) Cf. *Gloss.* in v. agnatione. et in v. non possit.

arg. Dig. de negot. gest. 3, 5. l. si autem. 8. §. ult. et arg. Dig. de minorib. 4, 4. l. intra. 39. (pr.) — Sed prior [15]) distinctio atque sententia melior et laudabilior est.

*

P. 3. [1]) Pertractatis et expositis in parte superiori omnibus, quae in causis agendis atque tractandis [2]) ante litem contestatam et post litis contestationem frequentissime occurrunt et desiderantur, utile nunc creditur fore, ut in praesentis tertiae partis initio [3]) de sacramento calumniae, unde suo loco mentionem habuimus [4]), breviter aliquid disseramus. Videndum est igitur, quando, et qualiter, et in quibus causis iuramentum calumniae praestetur, et an possit remitti, item qui debeant et possint de calumnia iurare.

§. 1. §. [1]) Iusiurandum de calumnia est quidam legitimus trames, per quem litigantium temeritas et contentiosa instantia compescitur. [2]) ut Inst. de poena tem. litig. 4, 16. in pr. (pr. et §. 1.) et Cod. de iureiur. 2, 59. l. 1. quae et duobus aliis modis coercetur, videlicet modo poena pecuniaria, modo metu infamiae. ut in eadem l. in pr. [3]) Et calumnia est ex certa scientia petitio falsa vel repulsa [4]).

In principio causarum, i. e. post [5]) litem contestatam, praestatur iusiurandum propter calumniam, quod colligitur in Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. (pr.) et maxime ex illo verbo „litem movisse etc."

[6]) Iurabit quidem actor, quod non animo calumniandi petit, vel quod non animo calumniandi litem movit, sed quia existimat se bonam [7]) causam habere secundum rationem aut secundum [8]) consuetudinem vel constitutum illius loci, et quod dicet et manifestabit iudici usque ad sententiam omnem veritatem, quam inde scierit vel crediderit, quando fuerit per sacramentum a iudice interrogatus, et in dicendo non miscebit falsitatem studiose, et si audierit adversarium dicere veritatem, eam non denegabit, imo profitebitur, et probationem non exiget ullam in

---

15) *prior.* B. P. — Al. »prima." G.

1) B. inscr. »Incipit pars tertia. de sacra»mento calumniae."—P. »I. p. t. d. iuramento »c." — G. »D. iuram. c." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de iuram. cal. »Pillius »tota" (Fuerit »tertia" siv. »tota tertia") »sui »operis parte tractat hanc materiam." Cf. not. 1. ad h. part. §. 5.

2) *atque tractandis.* P. G. — B. om.

3) En, alia praeter doctrinam de isto iureiurando ad hanc part. referenda esse! Cf. not. 1. ad h. part §. 5.

4) Cf. part. 1. §. 9. pag. 18. vers. 24. 25. et part. 2. §. 12. pag. 34. vers. 18. 19.

1) Ct. *Damas.* tit. 46. 48.

2) Vituperavit hunc locum *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. princ. in v. nolentis.

3) Vid. Inst. l. l.

4) Sp. add.: »ut si coloni", (G. — Al. »co»lonos." B. P.) »quos quis bona fide possideb»at" (B. — Al. »possideat." P. G.) »vice fu»gae ad alios transierunt, illico celeri refor»matione succurratur." (P. G. — Al. »celeri »probatione succurritur." B.)

5) *post.* B. P. — Al. »ante." G.

6) B. inscr. »Qualiter actor vel reus de»beat iurare de calumnia." — P. »Q. a. v. r. »iurabit d. c."

7) *se bonam.* P. G. — Al. »iustam." B.

8) *aut secundum.* P. — Al. »seu." G. — »et." B.

tota causa, nisi quam pro veritate sibi crediderit [9]) necessariam et profuturam, et nec inducet probationem per falsitatem, item quod nihil iudici propter hanc causam [10]) dedit vel promisit, aut dabit vel promittet in futurum, per se vel per alium, exceptis his, quae leges dare permittunt. — Iurabit reus, quod petitioni actoris non contradicit propter calumniam, sed ideo ad contradicendum venit, quia putat se bona instantia uti secundum rationem vel constitutum aut consuetudinem illius loci; et alia omnia iurabit, quae actor per singula. — Item uterque quandoque iurat se venturos ante iudicem ad terminos sibi datos [11]). — Quod actor et reus debeant, ut dictum est, de calumnia iurare, colligitur in Auth. ut litigant. iur. coll. 9. (Nov. 124. c. 1.) et in Auth. de his qui ingred. ad appell. coll. 5. (Nov. 49. c. 3.) Et habetur hoc in generali consuetudine iudicum, qui lites dirimunt et causas diffiniunt. — Sed quomodo praestabitur sacramentum calumniae in duplicibus iudiciis? Resp., iurabit actor sacramentum actoris et rei, et reus sacramentum rei et actoris. [12]) ut Dig. fam. ercisc. 10, 2. l. inter coheredes. 44. §. qui familiae. 4.

Sed hic quaeri consuevit, quis primo iurare debeat de calumnia inter actorem et reum [13])? Resp., actor prius iurabit, sicut manifeste colligitur et habetur in Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. in pr. licet Inst. de poena temere litig. 4, 16. §. 1. rei sacramentum primo ponatur, et Cod. e. t. l. 1. [14]) nam et in constitutione sive prooemio Digesti veteris dominus Iustinianus ad narrationem sui operis consummati et totius rei publicae sanctionis purgatae atque compositae prius connumerat et mentionem facit libri Institutionum, deinde Digestorum et Codicis tertio loco [15]); et tamen constat, quod primo fuit compositus liber Constitutionum imperialium, postea liber Digestorum et subsequenter liber Institutionum, quod colligitur ex Cod. de vet. iur. enucl. 1, 17. l. 1. et l. 2. §. omnia igitur. 1. et §. sed cum prospeximus. 11. non enim semper in huiusmodi relationibus ordo narrationis vel scripturae spectandus [16]) est. ut arg Dig. de pecul. leg. 33, 8. l. quidam. 14. et Dig. de solut. et liberat. 46, 3. l. nec. 6. — Sed quid fiet in actione duplici, puta interdicto uti possidetis et iudicio communi dividundo et familiae erciscundae? Resp., iurabit prius, qui primo provocavit. ut Dig. comm. divid. 10, 3. l. 2. (§. 1.) et Dig. de iud. 5, 1. l. sed in tribus. 13. Sed quid, si ambo simul veniant? Resp., res sorte dirimetur. ut Dig. de iud. 5, 1. l. sed cum ambo. 14.

Item, quid erit, si actor vel reus noluerit praestare iuramentum calumniae? Resp., actor, qui noluerit sacramentum calumniae praestare, ut improbus litigator, actionem institutam amittet et expelletur a iudicio. ut Cod. de iureiur. 2, 59. l. 2. §. quod si actor. 6. — Hic quaeritur, si coram arbitro litiget, an istam

---

9) *crediderit.* P. G. — Al. „creditur." B.

10) *propter h. c.* P. — „per h. c." B. — „pro hac causa." G.

11) *datos.* B. G. — Al. „constitutos." P.

12) *rei et actoris.* P. G. — Al. „actoris et „rei." B.

13) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 67. pag. 306. *Damas.* tit. 52. pr.

14) verb. „qui eas (probationes) exposcit."

15) Vid priora verba const. „omnem reip."

16) *spectandus.* P. — Al. „exspectandus." B. — „considerandus." G.

poenam patiatur. Resp., nihil tunc sibi obesse debet, si nolit de calumnia iurare; quia etiam in multis aliis causis dissimilia sunt iudicia ab arbitrio [17]). — Item quaeritur, cum ab actore sacramentum calumniae exigatur, an [18]) debeat ei petenti ad hoc [19]) dari dilatio? Resp., eam dari debere, prout iudex prospexerit; quod colligitur ex illo verbo „et hoc legitime fuerit approbatum" in Cod. e. l. 2 §. quod si actor. 6. nam hoc a iudice debet approbari. [20]) arg. Cod. de reb. cred. 4, 1. l. generaliter. 12. (§. 1.) [21]) — Item quaeritur, an actor tunc amittat actionem ipso iure [22]), vel per sententiam? Et dicunt quidam, ipso iure; alii, per sententiam; quorum dictum magis approbo. ut arg. in Auth. coll. 9. ut litigant. iur. (Nov. 124. c. 1. in f.) [23]) Sunt tamen de hoc argumenta plura et leges hinc inde [24]). — Sed aliud est hodie in actore nolente iuramentum calumniae praestare, ut observat consuetudo inter omnes, ut credo; nam statim eo nolente sacramentum subire, decima quantitatis in petitione comprehensae soluta ab eo et aliis quibusdam expensis praebitis, secundum iudicis voluntatem in causa et pro [25]) causae necessitate erogatis [26]), dimittitur et relaxatur cum suis pignoribus et cautione a iudicio, et non patitur aliam poenam. — Reus vero, qui recusaverit sacramentum subire calumniae, habebitur [27]) pro confesso in his, quae actor petierit; et, prout rei qualitas exegerit, iudex suam dictabit sententiam; ut Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. §. sin autem. 7. [28]) puta: si conveniatur actione ex emto, condemnabitur ad interesse; si actione in rem, condemnabitur in rem, quae petitur; vel aliter: si condemnandus esset ex causa proposita, si convinceretur, condemnabitur [29]). — Inde vero hic quaeritur, an reus possit poenitere suae

---

17) H. d. test. *Damas.* tit. 50. et *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. calumn. §. 5. pr.
G. add.: Actor contra. dicit enim, quia »prius habet deliberationem seu tempus ad »deliberandum, scilicet cedat vel contendat. »ut in Auth. illa offeratur." (ad Cod. de lit. cont. 3, 9.) Verum haec alio loco in marg. apposita fuisse videntur. Cf. pag. 47. vers. 16. et seq.

18) *an.* G. — B. P. om.

19) *ad hoc.* P. — Al. »adhuc." B. — »ad »deliberandum." G. — Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 5. num. 10. in v. de calumnia.

20) *nam h. a. i. d. approbari.* G. — Al. »nam h. a. i. d. probari." B. — »non debeat »h. a. i. reprobari." P.

21) Cf. *Damas.* tit. 51.

22) *tunc am. act. ips. iure.* P. G. — »ips. »iure am. act." B.

23) Cf. *Gloss.* ad l. 2. §. 6. Cod. de iureiur. propt. cal. d. 2, 59. in v. cadat.

24) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 76. pag. 319.

25) *pro.* P. G. — B. om.

26) B. G. male »erogantis" — P. »exi»gatis."

27) *habebitur.* P. — Al. »habetur." B. — — »habeatur." G.

28) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 79. 82. pag. 320. 322.

29) *si condemnandus — — condemnabitur.* B. P. — Al. G. »si condemnandus ex »causa proposita condemnabitur, ut, si »peto a te decem, quia promisisti, ego »dico contra per metum promisisse, tunc, »licet velis nolis, iurare debes de calu»mnia, non tamen condemnaberis. Quod »et si convictus esses, quod ex tali causa mi»hi promisisses, non ideo condemnaberis." (Cf. meliorem *Gloss.* ad l 2. §. 7. Cod. de iureiur. propt. cal. d. 2, 59. in v. rei qualitas.) »Item si cessi et mandavi tibi ius, quod ha»bebam in fundo Corneliano, oportebit subire »iuramentum calumniae, si veritatem scire

recusationis? Resp., posse, re tamen integra, quoniam humanitas iustae poenitudinis non est amputanda; ut Cod. de appell. 7, 62. l. si quis. 28. et arg. Dig. ad l. Corn. de fals. 48, 10. l. qui falsam. 19. (pr.) arg. Dig. de in ius voc. 2, 4. l. quamvis. 11. et arg. Dig. de act. emt. et vend. 19, 1. l. si sterilis. 21. §. ult.; item et alia ratione, quia, si habuerit occasionem, potius debebit iudex absolvere, quam condemnare; ut arg. Dig. de act. et obl. 44, 7. l. Arrianus.[30]) 47.; nam reus propter recusationem sacramenti calumniae semper condemnatur, et vix aut nunquam forte absolvitur[31]); quod non contingeret, si reus sacramentum calumniae faceret[32]); nam fieri poterit, quod actor non probabit vel reus elidet intentionem actoris per exceptionem oppositam et sic absolvetur. Vel potest dici, quod non liceat reo poenitere, quoniam semper, cum reus recusat subire sacramentum, credit se malam causam habere, et in hoc casu non est locus poenitentiae. Et de hoc plura argumenta et leges possunt induci[33]). Sed superior sententia humanior est. — Item quaeritur, an reus sic victus possit appellare[34])? Resp., dicunt quidam, quod non, quoniam condemnatus est propter contumaciam, et adhaerent illi verbo „pro confesso habetur"; alii vero dicunt, quod bene poterit appellare; quorum sententia melior est. ut arg. Dig. de appell. 49, 1. l. ult. §. 1.[35]) et arg. Cod. de reb. cred. et iureiur. 4, 1. l. generaliter. 12. §. sin autem is. 2.[36]) — Item quaeritur, an, si tunc reus voluerit, ut actor de aliquo interrogetur per sacramentum calumniae, debebit interrogari? Resp., minime.

§.[1]) Iuratur de calumnia in omnibus causis. ut Cod. de iureiur. propt. cal. §. 2. 2, 59. l. 1. et l. 2. circa princ.

Hic quaeritur, an in criminalibus sit iurandum de calumnia? Resp., dicunt quidam, utique, adhaerentes illi verbo „in omnibus causis", et alteri verbo „in „omnibus litibus etc." et arg. Cod. de fid. instr. 4, 21. l. ult. 21. et arg. in Auth. ut litigant. iur. §. si quis ex litigatoribus. coll. 9. (Nov. 124. c. 2.); alii vero dicunt, quod in criminalibus nequaquam debet iurari de calumnia, sumentes argu-

---

»me melius apparuerit et si res exegerit." (Cf. not. 34. ad h. part. §. 4.)

30) *Arrianus.* — P. »arriarius." — B. »amamus." — G. »habemus."

Cf. h. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 5. num. 1. in v. iussus. vers. vel forte poenituit.

31) Sp. add. B. G. »nisi esset talis petitio »actoris, quod dictum," (B. — Al. »ut dictum »est." G.) »a qua reus absolveretur, etsi" (G. — Al. »et." B.) »sacramentum calumniae »praestitisset et bene constaret de intentione »actoris." — P. omissis priorib verb. „etsi »sacram. — — actoris." — Cf. not. 29. ad h. §.

32) *faceret.* — P. G. — Al. »fecerit." B.

33) *pl. arg. et leg. poss. ind.* — »pl. arg. et »leg. possint ind." P. — »possunt pl. arg. et »leg. ind." G. — »pl. sunt arg. et leg. indu»ctae." B.

34) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 78. pag 320.

35) Cf. *Gloss.* in v. appellationis auxilium. vers. item nota. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. § 5. num. 1. ad Dig. de appell. l. creditor. §. iussus. »Pillius »ubi supra" (i. e. part. tert. — Cf. not. 1. ad h. part. pr.) »parte" (Fuerit »rubr." — Cf. not. 3. ad h part. §. 3.) »secunda ad f. indu»cit eund. §."

36) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 143. pag. 235.

1) B. inscr. »In quibus causis praestetur »sacramentum calumniae et an in criminali »causa iuretur de calumnia." — P. »In quib. »caus. sacr. cal. praestetur."

mentum ex eodem verbo, ubi dicitur „in omnibus litibus etc."; nam litis nomen complexivum est actionis in rem et in personam; ut Dig. de verb. sign. **50, 16.** l. litis. **36.** 2); item quia publica iudicia nihil omnino simile habent cum ceteris iudiciis, sed nec per actiones ordinantur. ut Inst. de publ. iud. **4, 18.** in princ. Verumtamen hanc ultimam partem sacramenti praestabunt in causa criminali, scilicet quod neque dederunt iudici neque dabunt etc. Sed melius est, ut iuretur de calumnia, tam in civili, quam in criminali causa 3).

Item in causis translatis ad alium 4) iudicem, scilicet vel per appellationem, vel per primi iudicis mortem, vel per aliam irrecusabilem occasionem, non iuratur de calumnia, quia sufficit semel fuisse iuratum apud primum iudicem. Sed hoc solum tunc iurabitur in causis delatis per appellationem, scilicet de dicenda veritate, et quod nihil dederunt iudici, neque dabunt, aut alteri pro eo, quolibet modo propter hoc. ut in Auth. ut litigant. iur. in princ. coll. **9.** (Nov. **124.** c. **1.**) Non est mirum, si hoc sacramentum apud iudicem praestetur, qui de appellatione cognoscit; quoniam esse potest, quod primum non dedissent vel promisissent iudici in principali negotio, sed modo forte huic daretur vel promitteretur, et essent multi, qui non crederent se de priori sacramento teneri apud istum iudicem. Sed quidam dicunt, quod translato iudicio ad alium iudicem ante triennium ex causa inevitabili, ut dictum est, iurabunt litigatores de calumnia apud istum iudicem, sicut iuratur in causis delatis per appellationem; ut arg. Dig. de damn. inf. **39, 2.** l. qui bona fide **13** §. si quis stipulaturus. **12.**; nam multi non crederent se teneri de priori sacramento apud istum iudicem. Quorum sententia laudabilior est, ut omnis evitetur suspicio 5) et malignandi removeatur occasio 6). — De causa intra triennium nondum finita nemo est qui dubitet, quoniam 7), si post agitetur in ea, iterum 8) iurabitur de calumnia, quia ipsius instantia periit et alia causa est. Idem est hodie 9) in omnibus causis, quae 10) tempore breviori finiuntur, quia brevius tempus secundum varias locorum consuetudines succedit in locum triennii, ut translato iudicio propter temporis cursum, si iterum agitetur, iterato 11) de calumnia iurabitur.

---

2) Cf. *Damas.* tit. 49. sub f.

3) *tam in civ. q. in crim. c.* B. P. (om. tamen v. »causa.") — Al. »tam in crim. q. in civ. c." G. H. d. test. *Tancr.* p. 3. tit. 2. §. 3. — Cf. *D. D. vet. coll.* §. 16. pag. 13. *Roger.* §. 42. pag. 101. *Hugolin.* §. 65. 66. pag. 304. et seq. et ibid. (ed. *Haenel.*) access. 3. §. 27. pag. 596.

4) *alium.* G. — B. P. om.

5) G. add.: »quod imperatori cordi fuit. »ut Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16."

6) Laudata haecce opinio, nisi ipsas has laudes a genuino contextu alienas esse censeas, ad eam iurisiurandi partem referri debet, de qua supra in appellationibus dictum est. Ceterum alii ista l. qui bona fid. §. si quis stipul. ita usi sunt, ut integrum calumniae iusiurandum iterandum esse putarent. Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 164. pag. 244. *Hugolin.* §. 86. pag. 324. et *Gloss.* ad ist. l. in v. iurandum. vers. item nota.

7) *quoniam.* Sic B. P. »qm̄." — Al. »quod." G.

8) *iterum.* P. G. — Al. »tm̄." i. e. tantum. B.

9) B. add.: »fere."

10) B. add.: »úque" — P. »nec."

11) *iterato.* P. — »iteratio." G. — »itera»bitur." B.

§. [1]) Videndum est igitur, an sacramentum de calumnia possint partes inter §. 3. se remittere [2])? Et certe non possunt [3]), quoniam non pro commodo singulorum, sed pro communi utilitate omnium inventum est. ut Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. §. sin autem abfuerit. 3. 4. item pactis privatorum iuri publico derogari non potest. ut arg. Dig. de pact. 2, 14. l. ius publicum. 38. et Dig. de reg. iur. 50, 17. l. neque pignus. 45. in f. — Quid, si non exigatur et sententiam iudex tulerit, an valebit talis sententia? Resp., dico eam valere. arg. Dig. de op. nov. nunc. 39, 1. l. de pupillo. 5. §. qui opus. 14. [4]) et Dig. de iureiur. 12, 2. l. iusiurandum. 34. §. qui iusiurandum. 4. [5]) Ergo, cum exigitur, debet praestari, alias autem non est necesse [6]). Sed sive exigatur a partibus, sive non, semper iudices moneant partes, ut de calumnia iuretur. — Sed obiicitur, nonne sacramentum calumniae remittitur patrono et parentibus, cum sacramentum defertur, et cum postulatur caveri nomine damni infecti? ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. si patronus. 16. et l. iusiurandum. 34. §. hoc ius. (in med. §. 4.) [7]) et Dig. de damn. inf. 39, 2. l. qui bona fide. 13. §. si alieno. 13. 14. et Dig. de obseq. a lib. praest. 37, 15. l. licet. 7. (§. 3.) Resp., quidam volunt dicere, hanc differentiam dumtaxat esse inter istud sacramentum de calumnia, et illud sacramentum, quod praestatur in delatione sacramenti et quando postulatur caveri de damno infecto, puta quia illud certis personis remittitur, ut dictum est. Verum, pro certo male et pessime dicunt, quoniam per legem domini Iustiniani hodie sacramentum calumniae nemini potest remitti in aliquo casu [8]).

Item quaeritur, an speciali [9]) privilegio a principe possit sacramentum calumniae remitti, ut non praestetur, vel impetrari, ut per advocatum praestetur? Resp., utique, quoniam ea, quae postea geruntur, prioribus derogant; ut Dig. de codicill. 29, 7. l. divi. 6. §. 2. ita tamen ut, si fuerit uni remissum, vel ut per advocatum praestetur concessum, alter semper eodem iure utatur. ut arg. Cod. de fruct. et lit. exp. 7, 51. l. ult. et Dig. quod quisque iur. 2, 2. l. 1. (pr. et §. 1.) et l. si quis iniquum. 3. (pr.) Sed princeps hoc ita [10]) facere potest, si nomina-

---

1) B. inscr. »An partes possint sibi re»mittere sacramentum calumniae." — P. »An »sacr. cal. remitti possit." — Cf. not. 3. ad h. §.

2) Cf. *Hugolin. D D.* §. 72. pag. 314. et seq.

3) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 2. num. 3. in v. secund. Pill. »ubi supra" (i. e. part. tert.) »rubr. quarta in princ." — Cf. not. 35. ad h. part. §. 1. et not. 14. ad h. §.

4) Cf. *Gloss.* in v. exigitur.

5) H. d. test. *Tancr.* part. 3. tit. 2. §. 6. in f.

Cf. *Gloss.* ad l. 2. §. 4. Cod. h. t. 2, 59. in v. remitti.

6) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 2. num. 4. et ibi *Io. Andr.* in v. dicit Pillius.

7) Secund. lect. hanc: »Hoc iusiurand. de »calumn. aeque patrono parentibusque re»mittitur." — Cf. *Gloss.* ad ist. §. 4. in v. exigatur. vers. tertio nota.

8) H. d. test. *Tancr.* part. 3. tit. 2. §. 6. vers. Et nota. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 2. num. 3. in ult. v. sed quia.

Cf. *Hugolin. D. D.* §. 74. pag. 316.

G. add.: »ut Cod. de iureiur. propt. cal. »l. 2." (Cf. not. 5. ad h. §.) »et in Auth. ibi »posito. Sed haec postea." (Haecce posteriora tria verba sensu carent.)

9) *speciali.* G. — Al. »principali." B. — P. h. l. plura om.

10) G. add.: »demum."

tim dixerit „hac lege non obstante." ut Dig. de legat. 3. (32.) l. si quis in principio. 22. (pr.) [11] — Item quaeritur, numquid, si ille, qui tale privilegium impetravit, nolit eo uti, an adversarius iurabit? Resp., minime, quoniam si impetravit, ut uteretur [12]), licet usus non sit, tamen edicto punitur. ut Dig. quod quisque iur. 2, 2. l. si quis. 3. (pr.) et arg. Dig. de calumniatorib. 3, 6. l. 3. (§. 1.) [13])

Hoc tamen quandoque fit hodie, quod sacramentum calumniae differtur usque ad sententiam, et interim iudices testes recipiunt et alias probationes omnes admittunt, sed ante sententiam compellunt partes de calumnia iurare, quod non est contrarium iuri [14]).

§. 4. §. [1]) Qui iurare debeant, videamus.

Iurant quidem principales personae, id est actor, qui petit, et reus, qui convenitur, si fuerint maiores et compotes mentis [2]): qui petit, dico, suo nomine, et qui convenitur, suo nomine similiter.

Sed iurabit tutor et omnis curator in causis pupillorum et adultorum et aliarum personarum, quae sub eis sunt [3]); — item iurabit actor in locum tutoris datus et per iudicem constitutus, et curator bonis datus, et similiter curator datus ventri; — item iurabit pater in causa filiifamilias minoris [4]); — item iurabit episcopus, archiepiscopus, et quaelibet religiosa persona in causis suarum divinarum domorum, puta orphanotrophus et brephotrophus, et alii rectores ecclesiarum et religiosorum locorum, et syndicus electus a suo collegio, et etiam oeconomus; — item actor vel syndicus constitutus ab episcopo in causa episcopatus [5]); — item actor vel syndicus constitutus ab universitate aliqua; — quoniam omnes supradictae personae [6]) legitimam gerunt administrationem; quod colligitur in Auth. ut litigant. iur. coll. 9. (Nov. 124. c. 1.) et Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. in princ. l. 2. §. sin autem. 1. 2 [7]) et arg. Dig. de curat. bon. dand. 42, 7. l. 2. [8]) — Sed quidam dicunt, quod si agatur causa alicuius civitatis vel universitatis aut municipii vel alicuius collegii, non sufficit, si iurent defensores vel syndici aut praelati

---

11) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 73. pag. 316. *Gloss.* ad l. 2. §. 4. Cod. h. t. 2, 59. in v. remitti. vers. item a principe hoc potest remitti.

12) *uteretur.* P. — Al. »iuretur." B. — G. h. l. plura om.

13) H. d. et l. test. *Io. Andr.* l. l. (cf. not. 8. ad h. §.) in ult. v. sed quia. sub f.

14) Cf. *Pill.* qu. 40. in f. — *Io. Andr.* l. l. (cf. not. 8 ad h. §.) in v. sed quia veremur. »Dixit — Pillius ubi supra parte" (rect. »rubrica." Cf. not. 3. ad h. §.) »quarta in f., »quod non erat contraria iuri consuetudo lo»corum habens, quod solum tempore sen»tentiae exigatur hoc iuramentum. Audivi »dominum meum" (Guidonem de Baisio), »qui »meo tempore assessor fuit Mediolani, quod »ibi iuramentum calumniae exigebatur solum »tempore sententiae et a victore. Et de hac »puto Pillium intellexisse, qui fuit de dioe»cesi."

1) B. P. inscr. »Quae personae possint »et debeant de calumnia iurare."

Cf. *Damas.* tit. 47.

2) *mentis.* G. — Ab. a B. P.

3) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 68. pag. 308. et seq.

4) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 165. pag. 244. *Hugolin.* §. 63. pag. 301.

5) Cf. *D. D. cod. Chis.* § 47. pag. 153. 154. *Hugolin.* §. 68. 69. pag. 308. et seq.

6) *personae.* P. G. — B. om.

7) Cf. *Gloss.* ad §. 2. in v. personae.

8) Cf. *Gloss.* ad §. 1. in v. rata habebuntur. vers. ult. item per hoc.

vel oeconomi ecclesiarum vel collegiorum; imo vel universitas vel maior pars aut idoneior iurabit. [9]) ut arg. Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. §. hoc etiam. 5. in f. [10]) Verumtamen non bene dicunt, quoniam satis videtur maior pars iurare, cum defensores aut consules [11]) vel actor seu syndicus universitatis aut syndicus electus a collegio vel praelati vel oeconomi ecclesiarum et aliorum religiosorum locorum iurant. ut arg. Dig. de condit. et demonstr. 35, 1. l. municipibus. 97. et arg. Dig. ad municip. 50, 1. l. municipes. 14. et arg. in Auth. de quaestore. coll. 6. §. cingulo. (Nov. 80. c. 1. vers. cingulo. et c. 2.)[12]) et arg. Cod. de re milit. 12, 36. l. tam collatores. 18. [13]) et arg. in Decretis (de consecr.) Di. 4. c. quaeris. 129. [14]) et arg. Dig. de libertis municipum. 38, 3. l. un. (§. 1.)

Sed hic occurrit fortis obiectio, quoniam clerici non debent iurare de calumnia, ideo, quia iurare prohibentur. ut Cod. de episc. et cler. 1, 3. l. cum clericis. [15]) 25. (§. 1. in f.) sed hoc intelligendum est de illis clericis, qui vacant sacris ministeriis; alioquin privilegio carent. ut Cod. de episc. et cler. 1, 3. l. generaliter. 52. [16]). (§. 1.) — Resp., dici potest firmiter argumento istius legis, quae dicit omnes principales personas debere de calumnia iurare [17]), quod clerici debeant istud sacramentum subire, et maxime ea ratione, quia reperitur clericum iurare debere. ut in Auth. hoc ius porrectum est. [18]) et in Cod. de his qui ad eccles. confug. 1, 12. l. praesenti. 6. [19]) et arg. C. 2. q. 4. (5.) c. omnibus. 19. in f. et lex praedicta „cum clericis etc." loquitur specialiter in sacramento iudicio sisti, vel loquitur specialiter in clericis Constantinopolitanis [20]). — Potest tamen in hoc casu satis laudabiliter distingui, utrum clericus conveniatur vel agat nomine suae rei propriae, aut de re ecclesiastica non pertinente ad spiritualia, aut conveniatur vel agat de spiritualibus. In primo casu iurabit ipse, de licentia tamen sui praelati, ut habetur in illo X. inhaerentes. [21]) et X. pervenit. [22]) et X. principium

---

9) Ita in *D. D. cod. Chis.* §. 166. pag. 244. ipse Pillius sensisse dicitur. Sed ista opinio Placentino potius tribuenda est. Cf. *Placentin. summ. Cod.* h. t. 2, 59. („— si procurator „agit vel defendit, principalis persona, ubi„cumque fuerit, iurabit. — — Quid ergo, si „causa civitatis, vel vici, vel monasterii aga„tur, numquid oeconomi, vel archipresbyteri, „vel decani sacramentum sufficit? Minime, „imo vel universitas, vel pars maior, vel ido„neior iurabit.") *Pill* qu. 1. *Hugolin. D. D.* §. 75. pag. 317. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 3. num. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. municipio, servatur.

10) Cf. *Gloss.* in v. vel a plurima.

11) *aut consules.* P G. — Ab. a B.

12) Cf. *Gloss.* in v. schema.

13) Vid. potiss. §. 2. in f.

14) Ex § 7. arg. petitum esse videtur.

15) *de episc. et cler. l. cum clericis.* — B. „d' scīs e. l. cum clericis." — P. „de scīs epīs. l. cum clericis." — G. „de episcop. et „cler."

16) *sed hoc intelligendum — — generaliter.* De his verbis cum Martini opinione coniunctis cf. *D. D.* l. l. in not. 28. ad h. §.

17) l. 2. pr. Cod. h. t. 2, 59.

18) ad l. 14. Cod. de sacros. eccl. 1, 2.

19) Vid. §. 4. verb. „de sua — — con„scientia satisfacere"

20) Cf. *Gloss.* ad l. l. 25. pr. Cod. de episc. et cler. 1, 3. in v. cum clericis. et ad §. 1. in f. in v. prohibentur.

21) c. 2. X. de iuram. cal. 1, 34. (35.) siv. c. 1. X. G. e. t. 2, 7. Honor. 2. — Cf. *Gloss.* in v. criminali. vers. sed hodie hoc non observatur.

22) c. 4 X. 1. de fideiussorib. 3, 18. et c.

etc. [23]) In secundo casu iurabit per advocatum, si voluerit, ut habetur in illo X. inhaerentes. [24]), vel per oeconomum, ut habetur in X. imperatorum. et in X. in pertractandis [25]). In tertio vero casu nullo modo iurabit, ut habetur in illo X. literas [26]). — Sed hodie indistincte clericus iurat de calumnia, de quacumque re agat vel pro qua conveniatur, sive fuerit coram civili iudice sive coram ecclesiastico [27]), adquisita licentia iurandi a suo praelato vel habita pro adquisita [28]).

[29]) Item in summa notandum est, quod simplex procurator in unico casu iurabit. ut Dig. de damn. inf. 39, 2. l. qui bona. 13. §. si alieno. 13. [30]) — Item procurator in rem suam factus in actione sibi concessa iurabit de calumnia, quoniam rem suam et suo nomine agit. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. qui stipendia. 9. [31]) et arg. Cod. de donat. 8, 54. l. illam. 33. [32])

Et nota, quod si aliquis litigantium ad iudicem venire nequiverit, occupatus forte morbo vel alio modo impeditus, praestet hoc sacramentum coram officialibus curiae directis ad eum cum parte adversa. Item mulier honestae vitae etiam absente adversario coram officialibus sacramentum calumniae praestabit. [33]) ut in Auth. ut litigant. iur. coll. 9. (Nov. 124. c. 1.) [34])

§. 5. §. [1]) Praestito a partibus calumniae sacramento [2]) et, si causarum natura

---

6. X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) siv. c. 2. X. G. de fideiuss. 3, 22. et c. 5. X. G. de iur. cal. 2, 7. Luc. 3. — Cf. *Gloss.* prim. ad h. c. 5.

23) *X. principium etc.* B. G. — P. h. l. plura om. — Haec decr. deperdita esse videtur.

24) Cf. *Gloss.* ad c. 1. X. G. h. t. 2, 7. in v. defensoribus.

25) c 5. 4. X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) siv. c. 4, 3. X. G. e. t. 2, 7. Eugen. 3.

26) c. 3. X. 1. e. t. siv. c. 2. X. G. e. t. Honor. 2. — al. Eugen. 3. — Cf. *Augustin.* not. r.

27) Sequentia, immixtis sp. add., vulg. sic leguntur: »nisi causa illa sit criminalis »vel spiritualis, adquisita licentia iurandi a »suo praelato vel habita pro adquisita, nam »constat, quod criminales causae ecclesiasti- »cae vel spirituales non tractantur in foro ci- »vili, sed in ecclesiastico dumtaxat."

28) Cf. *D. D. vet. coll.* §. 83. pag. 65. *Roger.* §. 86. pag. 118. *Hugolin.* §. 64. pag. 302. *Gloss.* ad c. 1. X. G. h. t. 2, 7. in v. inconsulto.

29) B. inscr. »Quo casu procurator iuret »de calumnia."

30) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 167. pag. 245. *Gloss.* ad l. §. si alieno. in v. debeo. vers. tu dic hic esse speciale — — secund. Io. et Pill.

31) Cf. *Gloss.* in v. rem suam.

32) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 10. pag. 130. *Hugolin.* §. 70. 71. pag. 312. 313.

33) P. G. add.: »et si aliquam" (G. »alte- »ram.") »partem abesse contigerit, subiectis »monumentorum" (G. »subiectis iuramento- »rum." et ad marg." al. suggestis iuramen- »torum clausulis.") »apud iudicem provinciae »vel defensorum" (G. »defensoribus.") „loco- »rum iurabit." — Vid. Nov. 124. c. 1.

34) B. add.: »§. Item si cessi vel manda- »vi tibi ius, quod habebam in fundo cor., »oportebit me subire sacramentum calumniae, »si veritatem scire me melius apparuerit, et »si res exegerit." — Cf. not. 29. ad h. part. §. 1.

1) B. inscr. »Incip. pars quarta. de pro- »bationibus." (G. »De probationib.") *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de probationib. »Pillius formavit hanc rubr. et est prima »quartae suae partis." — Verumtamen non solum ipse Pillius nullam quartae particulae mentionem fecit, sed etiam tali partitioni ea, quae alibi dicta sunt, refragantur. Cf. not. 3. ad h. part. pr. et not. 4. ad h. part. §. 18.

2) *calumniae sacramento.* P. G. — Al. »sa- »cramento calumniae." B.

exegerit, iterum hinc inde factis interrogationibus et responsionibus, quae confessiones [3]) dicuntur et appellantur acta, id est in actis coram iudice facta, ut Cod. de appell. 7, 62. l. a proconsulibus. 19., inducuntur probationes, puta instrumentorum et testium, et post haec sequuntur dilationes, causae examinatio, crebra iudicis circa advocatorum allegationes obiectio, suppletio, interlocutio et diffinitio sententiae, item appellatio, et post executio, si non tenet appellatio, vel si non sit provocatum; quae, largiente Domino, per singula prosequemur.

§. Inprimis igitur videndum est, quis probare debeat, et cui probetur [1]). §. 6.

Probare quidem debet actor, quod dicit; ut Cod. de edend. 2, 1. l. 1. et l. qui accusare. 4. et Dig. de probat. 22, 3. l. 2.; non reus, qui negat scilicet simpliciter factum; negantis enim factum per rerum naturam, id est per causarum consuetudinem, nulla est probatio; ut Cod. de probat. 4, 19. l. actor. 23. et Dig. de probat. 22, 3. l. 2.; est enim consuetudo altera natura. Secus autem, si negat ius vel excipit, tunc enim in se transfert onus probandi. ut Dig. de probat. 22, 3. l. 5. (pr.) et l. si pactum. 9. — Et non dico, quod reus non possit probare, sed quia non compellitur probare; semper enim onus probandi actori incumbit et non reo. ut Dig. de probat. 22, 3. l. 2. — [2]) Aliquando tamen reo mos geritur, ut probet, si vult, cum ea est negotii natura, ut ipsius possit audiri probatio. ut Dig. de probat. 22, 3. l. circa. 14. et Cod. de inoff. test. 3, 28. l. liberi. 28. [3]) — Item ex necessitate quandoque ab actore in reum transfertur primo probationis angustia. ut Dig. de probat. 22, 3. l. 5. §. ult. — Item transfertur ab actore in reum probatio, alias propter delictum, alias propter praesumtionis adminiculum, alias propter personae [4]) privilegium; quae omnia, lector, collige in Cod. de probat. 4, 19. l. 3. [5]) et Dig. de probat. 22, 3. l. cum de indebito. 25. (pr. et §. 1.)

Praeterea, quod supra dicitur, dicentem probare debere et non negantem, sic intelligo, si par sit conditio utriusque, id est, si alteri plus altero non credatur nec [6]) praesumatur. Sic ergo est illa regula breviter intelligenda, scilicet, nisi ex altera parte praesumatur; inquit enim sapiens: hanc regulam exaudio, nullo adhuc credito [7]). Igitur commodius sic dicitur: „ei incumbit probatio, qui

---

3) Cf. *Hugonis* dist. 86. (*v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 425.) „Qui confitetur, „aut confitetur aut non."

1) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probationib. pr. in v. probationum.

Cf. *Pill.* qu. 41. „an creditor amisso „pignore sibi a debitore dato debeat probare „amissionem, an debitor, quod in eo dolo „versatus sit creditor." — qu. 118. „an mi„nor agens, ut iterum sibi solvatur pretium „rei suae sine decreto iudicis venditae, te„neatur probare, se non factum ex eo locu„pletiorem, an vero incumbat onus reo pro„bandi contrarium." — qu. 119. „an rusticus, „qui longissimo tempore duos denarios ec„clesiae solvit, teneatur ostendere bona, ex „quibus solvat."

2) Sequentia summatim alleg. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 1. num. 9. in v. in eum.

3) Cf. *D. D. vet. coll.* §. 47. pag. 33. *Roger.* §. 16. pag. 82. *cod. Chis.* §. 60. pag. 163. *Hugolin.* §. 149. pag. 376.

4) *personae.* P. G. — B. om.

5) *l. 3.* G. (Cf. *Gloss.* in v. ostenderitis.) — Al. „l. 2." B. — „l. 4" P.

6) G. add.: „plus pro altero."

7) Irnerii verba, a Bulgaro repetita, ex *Placentini* summa Cod. h. t. 4, 19. noster hausisse videtur. — *Placentin.* l. l. „inquit *os au„reum*" (Bulgarus. — Cf. *v. Savigny. G. d. R.*

dicit, non ei, qui negat", quam „actori, non reo" [8]); nam reus semper probare compellitur, ut patet etiam ex supradictis, non actor, cum reus excipit, ut de facto, vel quasi excipit, ut de soluto, vel si quid aliud pro actore faciat.

Probare, inquam, debet actor, ut dictum est; actore enim non probante reus, etsi nihil praestiterit, obtinebit. ut Cod. de edend. 2, 1. l. qui accusare. 4. et Cod. de rei vind. 3, 32. l. ult. Interdum tamen, etiam actore non probante, reus se defendere vel suam innocentiam probando purgare compellitur. ut Dig. de op. nov. nunc. 39, 1. l. si priusquam. 15. et Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. ubi. 22. et tit. de abolitionib. 9, 42. l. ult. [9])

Quod dictum est „actore non probante", intellige „nec quasi probante," id est „nihil pro eo faciente," obtinebit [10]) reus, id est absolvetur, nihil ab eo praestito; nam, si pro actore praesumeretur, tunc quasi probaret, et sic condemnandus esset reus, nisi in contrarium probaret; quod quidem dupliciter fit, id est per praesumtionem et per religionem. — Per praesumtionem [11]), alias ratione naturae, vel pietatis, alias ex facto: — ratione naturae, puta filius, cum agit de inofficioso testamento [12]), non probat se non fuisse ingratum, quia pro eo praesumitur; sed heres scriptus hoc debet probare [13]); — item ratione pietatis, cum pater petit filium, dicens eum esse in sua potestate, filius debet se probare emancipatum. ut Dig. de probat. 22, 3. l. si filius. 8. — ex facto, quia praesumitur actor quasi [14]) probasset, si probet se retro possedisse; — item si est talis praesumtio, cui lex stet, quasi probat actor, et obtinebit, nisi reus in contrarium probaverit; licet quidam dicant, quod actor tunc directo probat [15]). — Per religionem [16]) obtinet actor, si non probet, sed quasi probet, ut si iurat, vel ei sacramentum a reo remittitur, vel si deferat et reus nec iurat nec refert. — Item si pro actore sit aliqua praesumtio saltem exilis, non probat, sed quasi probat; puta, quia unum testem tantum pro se induxit, defertur ei sacramentum a iudice propter talem praesumtionem; nam unus testis maximam inducit praesumtionem.

R. i. M. T. 4. pag. 75.): »hanc regulam exaudio, nullo adhuc credito." Cf. not. seq. 8. — *Odofred.* ad l. 2. Dig. de probationib. 22, 3. »Et hoc est, quod dicit Irnerius elegantibus »verbis, et habentes libros antiquos habent »interlineare domini Irnerii: »»ei, qui dicit, »»non ei, qui negat, incumbit onus probandi, »»nullo pro actore credito vel praesumto."" (Cf. *v. Savigny.* l. l. T. 4. pag. 390.)

8) *ei incumbit — — non reo.* Ex coni. — — Al. »ei incumbit probatio, non reo." B. G. — »actori incumbit, actori incumbit probatio, »non reo." P. — *Placentin.* l. l. post verba in not. 7. descripta: »ergo commode" (commodius?) »scriptum est: ei incumbit proba»tio, qui dicit, non ei, qui negat; quasi" (quam si?) »scriptum fuisset: actori incum»bit probatio, non reo."

9) Cf. *D. D. cod Chis.* §. 97. pag. 193. 194.

10) *obtinebit.* P. — Al. »obtinet." B. G.

11) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de praesumtionib. »Pillius non posuit hanc »rubr., sed de ipsa aliquid tractavit sub tit. »de probationibus."

12) *testamento.* G. — »t." P. — B. om.

13) Cf. *Gloss.* ad l. omnimodo. 30. Cod. de inoff. test. 3, 28. in v. arguantur.

14) *praesumitur actor quasi.* P. G. — Al. »p̄mitur actor cū." B.

15) Sp. add. »quibus assentio." G. — »quib. absencio." P. — »quib. assūptō." B.

16) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de iuramenti delatione. »Pillius — — quarta parte (cf. not. 1. ad h. part. §. 5.) rubr. 1. sc. de pro»bationib. ante medium satis de hoc tractat."

Cf. *Damas.* tit. 56. 57.

ut Dig. de dot. praeleg. 33, 4. l. Theopompus. 14.[17]) et arg. Dig. de iureiur. 12, 2. l. si duo. 13. (pr.) et Dig. quemadm. testam. aper. 29, 3. l. 1. (§. 2.)[18]) licet quidam velint dicere in contrarium. arg. Dig. de quaestionib. 48, 18. l. maritus. 20.[19]) sed ibi unus testis ideo non inducit praesumtionem, quia ancilla fuit prius torta, quam testis induceretur, et non erat incipiendum a tormentis; nam tunc pervenitur ad quaestionem, si opus est, cum aliqua praesumtio iudicem instruit. ut Dig. de quaestionib. 48, 18. l. 1. (pr. et §. 1.) vel aliter: ideo ibi[20]) contingit, quoniam testimonium liberti erat suspiciosum. — Dixi, unum testem maximam praesumtionem inducere. Sed refert multum, an aliquis conveniatur propter contractum proprium, vel conveniatur ob alienum, puta hereditarium: si propter proprium, unius testimonium praesumtionem inducit, ita quod ei deferatur sacramentum a iudice, ut dictum est: si vero propter alienum, secus, quia iniquum est aliquem de alieno facto iurare. ut Dig. rer. amot. 25, 2. l. Marcellus. 11. §. qui rerum. 1. 2. Sed quidam aliter distinguunt: utrum unius testimonium iuvetur fama publica vel alio adminiculo[21]), an non. In priori casu admittitur unius[22]) testimonium et inducit talem praesumtionem, ut sacramentum actori deferatur a iudice, nisi contrarium probetur, ut Dig. de redhibitione. 21, 1. l. quaero an. 58. §. ult. et arg. in Decretis Di. 86. c. tanta. 24.[23]); si vero nec fama, nec alio adminiculo iuvetur, unius testimonium nullo modo admittitur, nec praesumtionem inducit. Sed hanc ultimam distinctionem non multum approbat[24]).

Praeterea ad id, quod dicitur, „reus, etsi nihil praestiterit, obtinebit," valde opponitur[25]): nonne inopia probationum emergente, puta cum nulla ex parte actoris vel rei inducatur praesumtio vel probatio, per iudicem iureiurando res decidi solet? ut Cod. de reb. cred. 4, 1. l. in contractibus. 3. et arg. Cod. unde vi.[26]) 8, 4. l. si quando. 9. Resp., quod in illa „l. qui accusare.[27])" dicitur, est intelligendum, quando res non deducitur in iureiurando[28]); sed, cum nulla ex parte actoris vel rei inducitur probatio vel praesumtio[29]), ut in his legibus cavetur, tunc inspecta persona actoris et rei, inspecta etiam re, de qua agitur, prout iudex prospexerit[30]), defert sacramentum nunc actori, nunc reo, causa tamen cognita, ut ibi dicitur; ergo vel modicum pro eo oportet esse vel facere, cui a iudice defertur sacramentum. Quae vertantur in causae cognitione, index

---

17) Cf. *Gloss.* in v. quantitas. et in v. detur.

18) Cf. *Gloss.* in v. suspectae fiant.

19) Cf. *Gloss.* in v. a quaestionibus.

20) *ideo ibi.* P. G. — Al. „ü." (ubi.) B.

21) *adminiculo.* P. — Al. „modo." G. — B. om.

22) *unius.* P. G. — Al. „unũ." B.

23) Cf. *Gloss.* in v. sed filius.

24) *approbat* (Prudentia iuris). B. G. — Al. „approba." P.

25) *valde opponitur.* B. P. — Al. „oppo„no." G.

26) *l. in contractib. et arg. Cod. unde vi.* P. — Al. „l. 1. et l. in contr. et arg. C. u. v." G. — B. om.

Cf. *Gloss.* ad l. l. 3. in v. decidi oportet.

27) l. 4. Cod. de edend. 2, 1.

28) *iureiurando.* B. P. — Al. „iusiuran„dum." G.

29) *probatio vel praesumtio.* G. (Cf. h. pag. vers. 23.) — Al. „praesumtio." B. — „pro„batio." P.

30) *prospexerit.* P. G. — Al. „perspexe„rit." B.

studiosus diligenter considerabit; et ea omnia satis compilata poterit invenire in distinctione domini Alberici [31]), quae incipit: „in contractibus etc.[32])"

Istud nempe iusiurandum, quod in iudicio defertur a iudice actori vel reo propter probationum inopiam, nuncupatur a quibusdam iudiciale, a iudice; et illud dico iudiciale; et non est referendum, nec refertur; sed retractari potest. ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. admonendi. 31. et non credo, quod ex hoc actio oriatur.

Item est aliud iuramentum, quod in iudicio parti a parte defertur; hoc, iudice approbante delatum, appellatur necessarium, et regulariter referri potest, ut Cod. e. t. 4, 1. l. generaliter. 12. §. omne. (pr. sub f. et §. 1.), nisi in quibusdam casibus, ut Cod. de fideicomm. 6, 42. l. ult. et Dig. rer. amot. 25, 2. l. Marcel-

---

31) *Alberici.* — P. »alb'is." — B. »alb'ti." B. — G. »Alberti." — Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 145.

32) Huius distinctionis in libro manuscr. Paris. 4603. (cf. *v. Savigny.* l. l. et pag. 418. 420. num. 81.) verba sunt haec: »In contra»ctibus bonae fidei et stricti iuris, nec non in »maleficiis et in ceteris causis actori incum»bit probandi necessitas. Quod in accusa»tionibus quoque obtinet. Quaedam tamen »crimina sunt, in quibus accusatori tota pro»bandi necessitas non indicitur. ut Cod. ad l. »Corn. de fals. 9, 22. l. ubi. 22. et de abolit. »9, 42. l. fallaciter. 3. In praedictis tamen »casibus, inopia probationum emergente, »per iudicem iureiurando rem decidi oportet, »causa cognita. In causae autem cognitione »vertitur, ut interdum reo, interdum actori »iusiurandum deferatur. Si nulla subest pro»batio vel praesumtio legitima, cui aestima»verit iudex credi oportere, reo sacramento »delato et praestito vel remisso absolutio se»quatur. ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. admo»nendi. 31. et de edend. 2, 13. l. praetor. 4. »(§. 3.) et Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. ult. 21. »de iur. delib. 6, 30. l. ult." (§. 10.) »et in »Auth. ut iur. litigant. §. si vero." (Nov. 124. c. 2. vers. si autem datum.) »et de fid. in»strum. §. oportet. §. si tamen quispiam." (Nov. 73. c. 8. c. 4.) »Interdum etiam iusiu»randum actori deferri oportet, causa co»gnita, scilicet propter praesumtionem, ubi »aestimaverit iudex ei credi oportere, ut in »Auth. de fid. instrum. §. si vero." (Nov. 73. c. 7.) »et de collatorib. §. super hoc." (Nov. 128. c. 23.); »cum quia reus non fecit, quod »facere debuit, id est procuratorem non con»stituit, ut in Auth. de collatorib. §. si quis »autem." (Nov. 128. c. 24.); »cum propter vim »eius, qui convenitur, ut Cod. de vi et vi »arm. 8, 4. l. si quando. 9.; cum propter ho»nestatem personae, praesertim si res vel »summa petita modica sit, ut Dig. de re »milit. 49, 16. l. non omnes. 5. §. a barbaris. »6. et de legitim. tute. legati." (Fuerit arg. Dig. de legitim. tutorib. 26, 4. l. legitimos. 5. §. 1. Cf. *Gloss.* ad Dig. de iureiur. 12, 2. l. admonendi. 31. in v. exacto iureiurando. vers. maxime si res petita est modica.); »tum »propter munus, quod quis evitare cogita»tur" (conatur?) »et utilitatem adversarii, ut »in Auth. ut hi, qui obligatas se habere per»hib. res min. §. ut autem." (Nov. 72. c. 3.); »tum propter diligentiam, ut Cod. de bon. »auctorit. iud. possid. 7, 72. l. ult.; tum propter »temeritatem vel improbitatem temere liti»gantis, ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. »13. §. sive autem. 6; tum propter absentiam, »ut in ead. l. §. sin autem. 3. et" (e. t.) »l. »sancimus. 15.; tum propter inficiationem, ut »in Auth. de trient. et semiss. §. studium." (Nov. 18. c. 8.); »tum propter beneficium acto»ris impetratum et negligentiam rei. ut Cod. »de iur. dom. impetr. 8, 34 l. ult. (§. 3. 5.)"

Cf. *Hugolin. D. D.* §. 189. pag. 396.

lus. 11. §. 1. (cum seq. 2. 3.) et Dig. de iniur.[33] 47, 10. l. lex. 5. §. hac. 8.; et non retractatur[34]; et ex eo actio et exceptio datur, ut Cod. de reb. cred. et iureiur. 4, 1. l. actori. 8. et Dig. e. t. 12, 2. l. si duo. 13. §. si quis. 3.; puta, vel in factum, vel utilis ex eo contractu. — Et nota, quod sacramentum relatum non refertur.

Ergo reus, cui defertur, debet vel solvere, vel iurare, vel referre, ut Cod. e. t. 4, 1. l. delata. 9.; quoniam manifestae turpitudinis et confessionis est, nolle iurare nec sacramentum referre. ut Dig. e. t. 12, 2. l. manifestae. 38. — Sed hodie per Iustinianum recusari permittitur. ut Cod. e. t. 4, 1. l. generaliter. 12. §. 1. (2.)[35]

Et sciendum est, quod ille, qui defert sacramentum, non appellabit; licet relator possit appellare. ut Cod. e. t. 4, 1. l. generaliter. 12. §. 2. (3.) Sed Iohannes Bassianus[36] dicebat, quod relator non potest appellare, quando refert, alias vero in omni casu appellabit[37]; cuius opinio magis est approbanda.

Sed cum recusatur sacramentum relatum, si iudex iniuste recusatum prospexerit, sic causam dirimet, quasi volente[38] eo sacramentum sit recusatum[39] et non ex iusta causa, ut Cod. e. t. 4, 1. l. generaliter. 12. §. 1. (2.); puta, quia feret sententiam[40] pro eo, qui retulit[41] secundum conditionem sacramenti illati.

Hoc tamen non est praetermittendum, quod iusiurandum tale debet referri, quale delatum fuerit, nisi persona vel causa aliud inducat.

Et si de qualitate iuramenti inter partes fuerit dubitatum, per iudicem formabitur. ut Dig. e. t. 12, 2. l. iusiurandum. 34. (§. 5. 8.)

Item illud est sciendum, quod sacramentum delatum vel illatum, antequam praestetur, revocari potest, ut Cod. e. t. 4, 1. l. si quis. 11. §. ult.; et postea deferri non debet sic revocatum. ut Cod. e. l. princ.

Et haec sacramenta praestanda sunt ante sententiam et non postea. ut Cod. e. t. 4, 1. l. generaliter. 12. §. omne igitur. (pr. sub f. et §. 1.)[42]

Illud quoque sciendum est, quod, sive actor, sive reus deferat iusiurandum, prius de calumnia iurare debet, antequam ille, cui delatum est, subire cogatur, ut Cod. e. t. 4, 1. l. delata. 9. et Dig. e. t. 12, 2. l. iusiurandum. 34. §. cum quis. 4. et Dig. de probat. 22, 3. l. cum de indebito. 25. §. in omnibus. 3.; nisi ra-

---

33) *de iniur.* (B. G. „de iur. iur." — P. ist. leg. om.) Coni. nostram tuetur *Gloss.* ad l. delata. 9. Cod. de reb. cred. 4, 1. in v. referat. vers. et nota.

34) *retractatur.* G. — Al. „retractetur." B. — „retractabitur." P.

35) Cf. *Gloss.* in v. recusare.

36) *Ioh. Bass.* — B. „job." — P. „io." — G. „Ioan."

37) Cf. *Gloss.* ad l. l. generaliter. §. 2. (3.) in v. detulit.

38) *volente.* B. P. — Al. „nolente." G. — Vid. *Spangenberg.* not. 46. ad l. l. generaliter. — Sed cf. not. seq. 39. et *Gloss.* ad l. l. §. 2. in v. existimaverit. et in v. volente.

39) G. add.: „quasi dicat, ferat sententiam contra eum iudex, quasi ex voluntate „sit recusatum." — Eadem fere verba etiam *Damasus* legisse videtur. Cf. *Wunderlich.* not. 9. ad *Damas.* tit. 57.

40) *q. feret s.* — P. „q. ferret s." — B. „q. ferūt s. — G. „refertur sententia."

41) *retulit.* G. — Al. „intulit." B. — „iurabit." P. — „detulit." *Damas.* tit. 57.

42) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 125. pag. 217.

tio personae varietatem inducat [43]), puta in patrono et in parente, quibus iusiurandum de calumnia remittitur [44]), ut Dig. e. t. 12, 2. l. si pat. 16. et l. iusiurandum. 34. §. hoc ius. (in med. §. 4.) [45]); excepto, ubi propter rem iuratur [46]). Secus, cum sacramentum refertur; quia non est ferendus actor, si conditioni [47]), quam ipse detulit, velit nunc sibi de calumnia iurari. ut Dig. e. t. 12, 2. l. iusiurandum et ad. 34. §. qui ius. (§. 4. et seq.) [48])

§. 7. §. [1]) Colligitur ex superioribus, quis debeat probare. Igitur, cui probetur, videamus.

Probandum est iudici et ei fides est facienda, et non adversario. ut Cod. de test. 4, 20. l. eos. 5. [2])

Et fit probatio quandoque per testes, quandoque per instrumenta, et quandoque per testes et instrumenta, ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. in exercendis. 15. et Cod. de test. 4, 20. l. 1. (2.) [3]); fit etiam per confessiones partium, ut Cod. de confess. 7, 59. l. un. et Dig. e. t. 42, 2. l. 1.; item quandoque per violentas praesumtiones. ut Cod. ad l. Iul. de adult. 9, 9. l. quamvis. 30. [4]) et Auth. si quis. (ad l. 30.) et l. si qui adulterii. 34. [5])

Et notandum est, quod eandem vim in causis exercendis obtinet tam fides testium, quam instrumentorum. ut Cod. e. t. 4, 21. l. in exercendis. 15. Ergo pariter possunt vox viva et mortua. Sed hic intelligo instrumenta, puta [6]), quae in scriptis continentur, cum alias instrumenta dicantur omnia ea, quae instruunt. ut Dig. de fid. instrum. 22, 4. l. 1. [7]) — Reperiuntur tamen casus, ubi vox viva potentior est. ut Dig. de hered. instit. 28, 5. l. 1. §. ult. 5. et l. quotiens. 9. (§. 2.) et Dig. quemadm. test. aper. 29, 3. l. 1. §. ult. [8]) Et hoc idem [9]) habetur in testibus ab eadem parte inductis et in chartis ab eodem prolatis. Et sic est magis credendum vivae voci, quam mortuae. ut in Auth. de fid. instrum. §. si

---

43) *inducat.* P. G. *Damas.* tit. 57. — Al. »inducit." B.

44) Num remitti possit, hoc loco noster haud quaesivit. Cf. h. part. §. 3. pag. 51. vers. 11. et seq.

45) Cf. not. 7. ad h. part. §. 3.

46) *Damas.* tit. 57. sub f. add. »Dig. e. t. »12, 2. l. quotiens. 14." — Cf. *Gloss.* ad h. l. in v. quotiens propter rem.

47) *conditioni.* B. P. *Damas.* tit. 57. sub f. — Al. »super conditione." G. — Cf. var. lect. l. l. 34. §. 7.

48) Vid. §. 7. — *Damas.* h. l. »ait." 6. 7.

1) B. inscr. »Cui sit facienda probatio."

2) Cf. *Gloss.* in v. iudiciariae.

H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probationib. pr. in v. probationem.

3) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 211. pag. 406.

4) Cf. *Gloss.* in v. ream.

5) Cf. *Gloss.* in v. publicabunt. et in v. convictum.

6) *puta.* G. — Al. »publica." B. P.

7) Sp. add. »Dictum est autem instru»mentum, quia per id instruimur. Instru»mentorum quaedam sunt publica, quaedam »privata. Publicum instrumentum tribus mo»dis dicitur etc." — Ita *Placentin.* summ. Cod. tit. de fid. instrum. 4, 21. sed ibi post v. »trib. mod. dicit" add. haecce: »alias for»ma" (et utilitate, alias forma?) »et non uti»litate, alias utilitate et non forma. Lectoris »diligentia sibi quaerat exempla."

8) *et l. quot. et Dig. quemadm. test. ap. l. 1. §. ult.* G. — »et l. quot. et Dig. q. t. a. l. 1." P. — B. om.

9) *idem.* P. G. — B. om.

vero. coll. 6. (Nov. 73. c. 3.) — Item in multis potentior est vox mortua, quam viva, ut Cod. de nupt. 5, 4. l. imperialis. 23. [10]) et Cod. de test. 4, 20. l. testium. 18. et Cod. si min. se maior. 2, 43. l. si alterius. 3. et Cod. de non num. pec. 4, 30. l. generaliter. 13. et Dig. de probat. 22, 3. l. census. 10.; item in emphyteusi et in donatione ultra quingentos aureos [11]), ut Cod. de iur. emphyt. 4, 66. [12]) et Cod. de donat. 8, 54. [13]); item in testamento caeci. Sic ergo magis est credendum mortuae voci, quam vivae. — Haec sic sunt intelligenda, ut omnis evitetur contrarietas. Ubi dicitur, eandem vim obtinet tam fides instrumentorum, quam testium depositiones, subaudi: imo et maiorem, ut in multis casibus reperitur. Item, quod dicitur, quod plus valent testes, quam scriptura, speciale est in testamentis. Et quod dicitur in Auth. de fide instrum., intellige mortuam vocem comparationem literarum, et vivam vocem ipsos testes; et sic magis creditur ibi testibus, quam collationi. [14])

§. [1]) Et quia probationis duae sunt species principaliter, scilicet testimonia §. 8. et instrumenta [2]), et dignior est probatio [3]) per testes, quam per instrumenta, ideo primitus pauca de testibus, quae magis ad causarum usum frequenter occurrunt, sub compendio inseramus.

Sciendum est igitur, quod testes, qui non excusantur, nec iure possunt reiici, utique coguntur. Omnes enim admittuntur, nisi expressim prohibeantur; est enim prohibitorium edictum de testibus. ut Dig. de test. 22, 5. l. 1. (§. 1). [4])

Sunt quidam, qui, licet excusentur et non debeant cogi, volentes tamen admittuntur, ut est socer contra generum et e contrario, et alii quidam. ut Dig. e. t. 22, 5. l. lege Iulia etc. 4. quam legem intelligo locum habere tam in civilibus, quam in criminalibus causis. [5]) ut arg. Dig. de accusat. 48, 2. l. 2. (pr.) et Cod. de excusat. 5, 62. l. humanitatis. 23. Sed plus dico, quod in causis pecuniariis denunciandum est testimonium personis, quae in dicta lege continentur, maxime quia veritas aliter sciri non potest. arg. Dig. e. t. 22, 5. l. ob carmen. 21. (§. 1.) et arg. Dig. de munerib. et honorib. 50, 4. l. ut gradatim. 11. §. quotiens. 2. Hoc idem [6]) intelligo in omnibus his, qui inviti non cogendi sunt, ut sunt senes,

10) §. 1. sub f. »dum tamen dotalibus »omnimodo instrumentis non sine scriptis »tale probetur coniugium."

11) *aureos*. B. P. — Al. »solidos." G.

12) G. add. »l. 1. in princ."

13) G. add. »l. sancimus." 34.

14) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de instrumentor. editione. Cf. not. 40. ad part. 1. §. 3.

1) B. inscr. »De testibus." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. in rubr. de teste. »Pillius »in quarta parte" (cf. not. 1. ad h. part. §. 5.) »ponit rubr. de testibus, et quatuor post il»lam, sc. de ipsorum productione, de iura»mento, de fide, et de subscriptis in instru»mento."

2) *testim. et instrum.* P. — »testimonium »et instrumentum." G. — »instrumenta et te»stimonia." B.

3) Hunc vers. »§. et dignior est probatio." alleg. *Bonaguida*. part. 3. tit. 7. de titulo sive interrogatorio faciendo contra testes.

4) *Pill.* qu. 13. »an pupillus maior factus »testimonium perhibeat de his, quae in pu»pillari aetate viderit." Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 35. in v. sabbathina. et in v. omnes. vers. Pillius ubi supra.

5) Cf. *Gloss.* ad l. 4. Dig. de testib. 22, 5. in v. denuncietur. vers item nota.

6) *idem*. P. G. — B. om.

valetudinarii, et quidam alii. ut Dig. e. t. 22, 5. l. inviti. 8. — Sunt et alii, qui excusantur et compellendi non sunt, volentes tamen secundum quosdam admittuntur, ut patroni in causis, in quibus patrocinium praestiterunt [7]), et quidam alii. ut Dig. e. t. 22, 5. l. mandatis. 25. [8]) Alii dicunt, quod nec volentes admittuntur durante officio. ut Cod. de assessorib. 1, 51. l. ult. Sunt tamen, qui dicunt, quod isti tales non sunt cogendi, sed neque volentes admittuntur, nisi de consensu utriusque partis, ut in Auth. e. t. §. quoniam vero. (Nov. 90. c. 8.); quod mihi verius videtur.

Et notandum est, quod liberti non admittuntur aliquo modo contra patronos, ut Cod. e. t. 4, 20. l. adversus. 12.; sed nec pro eis. ut Cod. de quaestionib. 9, 41. l. pridem. 6.

Item infames omnes repelluntur. ut Dig. e. t. 22, 5. l. 3. §. penult. et qui sint et intelligantur infames, reperitur etiam in Decretis C. 6. q. 1. c. infames. 17. Sed non omnes infames repelluntur, ut Dig. e. t. 22, 5. l. quaesitum. 13.; quoniam non prohibentur testimonium dicere, si iudex perpenderit eos esse integri fructus. — Item periuri repelluntur et non sunt recipiendi aliquo modo, ut in Decretis C. 6. q. 1. c. quicumque. 18. et C. 22. q. 5. c. parvuli. 14.; quoniam ipso iure sunt infames et ideo a testimonio penitus repellendi. ut Cod. de transact. 2, 4. l. si quis maior. 41. [9]) et in Decretis C. 3. q. 5. c. constituimus. 9. et C. 6. q. 1. c. infames. 17. et in Lombar. tit. de testib. l. 4. [10]) et tit. de periuriis. l. ult. [11]) in quibus capitulis cavetur, quod semel periurus non potest esse testis, nec etiam iurator in causa alterius, et quod periurus est infamis. — Item sciendum est, quod excommunicati repelluntur similiter, nam sicut periuri eiiciuntur propter infamiam periurii, ita et excommunicati propter infamiam anathematis; nam omnes anathematizati sunt infames, ut in Decretis C. 6. q. 1. c. infames. 17., et a testimonio repelluntur. ut in Decretis (C. 3.) [12]) q. 4. c. nullus. 6. Sed hoc intelligendum est de his, qui sunt nominatim excommunicati [13]).

Illud etiam sciendum est, quod in re sua vel causa nullus idoneus testis invenitur [14]), ut Dig. e. t. 22, 5. l. nullus. 10.; nam in re propria submoverunt omni-

---

7) Sp. add.: »id est in illis, in quibus pa»trocinati sunt, testimonium non dicunt, sed »nec contra eos fortassis." B. — »i. illis, qui »patrocinati sunt, testimonium non dicunt, »sed quia hoc contra eos fortassis." P. — »id est illos vel pro illis, quibus patrocinati »sunt, testimonium dicunt, et tamen pro eis, »sed non contra eos fortassis." G. — Cf. *Placentin.* summ. Cod. h. t. 4, 20. »sed neque »patroni causarum illis, quibus patrocinati »sunt, testimonium dicunt; forte nec contra »eos."

8) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 470. pag. 550.

9) Cf. *Gloss.* in v. infamia.

10) *Lomb. tit. de test.* (2, 52. in *vol. gloss.* — al. 51. *Lindenbrog.*) *l. 4.* — Hanc l. 4. (»Ut »qui semel periuratus etc." ut in l. c. parvuli.) a Pillio allegatam esse testatur *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 29. in v. parvuli. — B. P. G. »l. 3." male.

11) *tit. de periuriis.* (2, 59. siv. 58. — Cf. not. 10.) *l. ult.* »Ut qui se periuraverit aut in»famis erit, postquam poenitentiam acceperit, »inculpabilis esse videtur." et ibi *Gloss.* »No. »hic periurium infamare. Facit l. si quis ma»ior. Cod. de transact."

12) *C. 3.* B. P. G. om.

13) G. add. »vel anathematizati."

14) *invenitur.* B. P. — Al. »intelligitur." G.

bus iura facultatem dicendi testimonii, ut Cod. e. t. 4, 20. l. omnibus. 10., et, ut intelligo, sive sit res sua in totum, sive in partem; non enim debet testis adhiberi, quem in aliquo negotium [15]) contingit, puta principaliter vel secundario, nisi in testamentis, nam tunc per consequentiam permittitur legatariis [16]), ut Dig. de testament. 28, 1. l. qui testamento. 20. (pr.) et Inst. de testament. 2, 10. §. legatariis. 11. [17]); sed hoc tunc verum esse credo, quando de iuribus testamenti dubitatur; secus, si de legato sit quaestio. — Sed quae intelligitur causa vel res propria? Resp., cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet vel spectat. ut Dig. quand. appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. in propria causa. 11. — Secundum hoc igitur venditor non poterit ferre testimonium emtori super rem, quam vendidit, de qua modo quaestio sibi movetur. Quid ergo est, quod dicitur Dig. fin. regund. 10, 1. l. eos 12.? [18]) — Nec obstat, quod dicitur, quod singuli de universitate et singuli de collegio et de ecclesia aliqua possunt ferre testimonium pro universitate, pro collegio et pro ecclesia; et haec est ratio, quoniam causa illa non est singulorum, sed universitatis. ut arg. Dig. de in ius voc. 2, 4. l. sed si. 10. §. 3. [19]) (4.) et arg. Dig. quod cuiusq. univers. nom. etc. 3, 4. l. si municipes. 2. et l. sicut. [20]) 7. (§. 1.) et arg. in Decretis C. 14. q. 2. c. super prud. 1. [21]) et arg. in X. de testib. c. cum nuncius [22]).

Item unus solus testis non debet audiri, ut secundum eum iudicetur. ut Cod. e. t. 4. 20. l. iurisiurandi. 9. (§. 1.) et in Decretis C. 6. q. 2. c. 1. et 2. et c. placuit. 3. [23]) et C. 33. q. 2. c. admonere. 8. [24]) Sed quandoque unus solus testis admittitur et secundum eum iudicatur, puta, quando alius ob hoc non laeditur et maxime in iurisdictione voluntaria. ut in Decretis de consecr. Di. 4. c. parvulos. 110. et C. 2. q. 5. c. quanto. 8. [25]) et C. 1. q. 1. c. dominus declaravit. 87. (§. 2.) Sed non ita in iurisdictione contentiosa, licet alias per eum quandoque multum praesumatur. ut Dig. de dote praeleg. 33, 4. l. Theopompus. 14. et arg. Dig. de iureiur. 12, 2. l. si duo. 13. (pr.) [26]) — Cautum tamen habetur in legibus, quod unius testimonio statur, ut Dig. de probat. 22, 3. l. cum probatio. 7. et Dig.

---

15) *quem in aliquo negotium.* Ex coni. — Al. „quem in aliquo negocio." B. P. — „in „aliquo negocio, quod." G.

16) *legatariis.* B. — Al. „legatarius." P. G.

17) Sp. add. „multa quidem his secunda„rio liceret, quae principaliter non licet, ut „in praedictis." B. — „multa quidem secun„dario liceret, ut in praedictis." P. — G. post verb. „Inst. de testament.": „Legatariis multa „quidem principaliter non licent, quae se„cundario licent, ut in praedictis." — Cf. *Gloss.* ad l. cum probatio. 7. Dig. de probat. 22, 3. in v. videtur. vers. not. ergo.

18) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 78. in v. dic, quod non. verb. „obstat secund. Pill. Dig. fin. reg. „l. pen." — Cf. *Gloss.* ad h. l. in v. dominus fuit.

19) *§. 3.* B. P. — Hod. §. 4. et sic G.

20) *l. si munic. et l. sicut.* Ita scribendum esse puto. — Al. „simul et l. sicut." P. — „simul et l. si con." B. — „l. sicut et l. si." G.

21) Cf. *Gloss.* in v. Stephani. vers. sed numquid.

22) c. 11. X. 1. h. t. 2, 13. siv. c. 12. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

23) c. 1. 2. 3. Gratiano duce iungenda sunt.

24) vers. quoniam nec evangelium etc.

25) Cf. *Gloss.* in v. responderit.

26) Cf. h. part. §. 6. pag. 57. vers. 1. 2.

de testib. 22, 5. l. servi responso. 7. et arg. Dig. de re militar. 49, 16. l. non omnes. 5. §. a barbaris. 6. et Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. ult. 21. et arg. Dig. de reb. auctor. iud. possid. 42, 5. l. ult. 27) (15. §. 1.) et Dig. de noxalib. 9, 4. l. quotiens. 21. §. praetor. 2.; sed hoc, si argumenta vel indicia rei, de qua quaeritur, non deficiant. ut Dig. de aedil. ed. 21, 2. l. quaero. 58. §. ult. — Item unus testis admittitur solus et ei creditur, puta, cum de instrumento aliquo dubitatur et omnes testes mortui sunt vel absunt, in quo casu stabitur sacramento tabellionis, qui composuit instrumentum; quoniam scripturae veritas, si res poposcerit, ut dictum est, per ipsum debet probari auctorem.[28]) ut in Auth. coll. 6. de fid. instrum. §. si vero moriantur. (Nov. 73. c. 7. §. 1.) et Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. si quis decurio. 21.[29]) — Et ad haec est argumentum, quod legitur in Decretis C. 20. q. 2. (3.) c. praesens clericus. 4.[30])

Illud nempe sciendum est diligenter in testibus, utrum sint locupletes vel egentes, et an inimici ei, adversus quem producuntur, vel amici ei, pro quo inducuntur, ut Dig. e. t. 22, 5. l. 3. (pr.); nam intimus amicus proferentis et valde inimicus eius, contra quem inducitur, omnino repellitur; et sic intelligo legem illam et Cod. e. t. 4, 20. l. si quis. 17. Aliquando tamen testis inimicus, si fuerit summae opinionis, non reiicitur, sed admittitur, ut arg. Dig. de quaestionib. 48, 18. l. 1. §. praeterea. 24. 25.; et hoc idem intelligo in teste amico. Attamen in teste inimico utendum est tali distinctione: utrum inimicitiae sint capitales et graves, an leves. Propter capitales et graves repellitur, sicut dicitur de tutore et curatore, qui excusantur propter capitales inimicitias, ut Inst. de excusat. tutor. 1, 25. §. inimicitiae. 11.[31]); propter leves inimicitias non repellitur. Si vero testis odiosus esse dicatur ei, contra quem producitur, eo quod lis criminalis inter eos movetur et coepta sit, non recipitur eius testimonium, nisi prius iudicetur de causa; si autem aliter odiosus dicatur, admittitur et procedit eius attestatio. Et tempore disputationum servabuntur huiusmodi quaestiones, ut in Auth. e. t. §. si vero. (Nov. 90. c. 6.); et sic relinquetur cognitioni iudicis, an fides postea[32]) sit adhibenda eis, vel non. ut Dig. de quaestionib. 48, 18. l. 1. §. divus. (22. et seq. 24. 25.)

Item, si obiiciatur testi, quod sit servus, is autem liberum se affirmet, recipitur quidem eius testimonium, sed habita disputatione, si servus apparuerit, respuitur testimonium eius. ut in Auth. e. §. e. — Idem per omnia credo, si aliquid ei obiiciatur et ipse negaverit. — Verum, si libertum se dicat, priusquam testetur, instrumentum libertatis ostendat[33]), nisi iuraverit se alibi habere, quo facto recipitur; sed nisi monstraverit, eius testatio reiicitur. ut in Auth. e. §. e.

---

27) ult. sc. ant. tit. de privilegiis creditorum.

28) *auctorem*. — B. P. G. male „actorē." — „actōē."

29) Cf. *Gloss.* in v. auctorem.

30) Cf. *Gloss.* in v. patrem.

31) Sp. add. „Item adimitur legatum propter capitales inimicitias. ut Dig. de adim. „vel transf. legat. 34, 4. l. 3. §. ult. Item aufertur legatum legatario propterea," (G. add. „quod vocavit testatorem in ius, movens ei „status controversiam.") „ut Dig. de his quib. „ut indign. 34, 9." (G. add. „l. si inimicitiae." — Vid. h. l. 9. §. 2.)

32) *postea*. P. G. — B. om.

33) *priusq. test. instrum. libert. ost.* B. P. — Al. „prius instrum. libert. ost., quam testimonium ferat et antequam iuret." G.

Propter paupertatem repellitur quis. ut in Auth. t. e. §. 1. (Nov. 90. c. 1. §. 1.) Sed pauperem hic intelligo illum, qui habet minus quinquaginta aureis. arg. Dig. de accusat. 48, 2. l. nonnulli. 10. — Pauperes autem interdum admittuntur, si sunt bonae famae, opinionis et fidei; non enim tam facultatibus, quam fide testis idoneus aestimari potest. arg. Inst. de suspect. tut. 1, 26. §. ult. et in Auth. e. §. 1. (Nov. 90. c. 1. §. 1.) [34] — Verum quandoque et egens et locuples repellitur, puta si lucri causa aliquid facile admiserint. ut Dig. e. t. 22, 5. l. 3. (pr.)

Item testimonium, ut sit admittendum, carere debet suspicione, et propter personam, a qua fertur, quod sit honestae et bonae famae, item propter causam, puta, quod neque gratiae, aut lucri, aut inimicitiae causa sit. ut Dig. e. t. 22, 5. l. 3. (pr.)

Praeterea notandum est, quod nec is modo admittitur, qui antea in eadem causa in eum, scilicet reum conventum, suum testimonium dixit; nam modo in eadem continuata causae cognitione [35]), nec super iisdem capitulis, nec super aliis est modo iterum contra eum recipiendus; quoniam functus est officio suo. ut Dig. de testib. 22, 5. l. produci. 23. [36]) Nec obstat, quod dicitur in Cod. de testib. 4, 20. l. ult.; ibi enim volente eo, contra quem proferuntur, adducebantur, quoniam recusabat depositiones iam factas; secus, si nollet concedere, ut iterum adducerentur, et sic depositiones quasi modo factas accipiet. Et ita intelligo l. illam „produci etc.", licet quidam alio et alio modo intelligant [37]).

Item sciendum est, quod domestica testimonia repelluntur. ut Cod. e. t. 4, 20. l. etiam. 3. Sed quae sunt domestica? Resp., forte liberti et mercenarii, qui una cum domino in domo morantur. ut arg. Dig. de poen. 48, 19. l. respiciendum. 11. § furta domestica. 1. [38]) Sed et aliarum personarum fortassis domestica sunt. ut Cod. de his qui ad eccles. confug. 1, 12. l. ult. 6. (§. 5.) [39]) et arg. Dig. de iurisdict. omn. iud. 2, 1. l. qui iuris. 10. Item domesticum testimonium intelligitur eius, cui imperari potest. ut Dig. e. t. 22, 5. l. idonei. 6. Et hac ratione credo, quod testimonium uxoris intelligatur domesticum. Domesticum testimonium etiam dici potest omnium illarum personarum, quae ex domestica necessitate in domo cum patrefamilias habitant. ut in Decretis Di. 81. c. cum omnibus. 27. [40])

Item sciri oportet, quod testes, qui non excusantur, compellendi sunt testimonium dicere. ut Cod. e. t. 4, 20. l. si quando. 19. [41]) Verumtamen in causis ecclesiasticis nemo testis ex ordine compellitur; nam Romana ecclesia neminem consuevit compellere ad perhibendum testimonium veritati. ut in X. quamvis si-

---

34) Cf. *Gloss.* in v. divitiarum.

35) *in ead. cont. causae cogn.* P. — »in »ead. causae cont. cogn." B. — »in ead. causa »cont. cogn." G.

36) Cf. *D. D. vet. coll.* §. 18. pag. 14. *Roger.* §. 66. pag. 109.

37) Cf. *Gloss.* ad l. l. produci.

38) Cf. *Gloss.* in v. vel mercenarius.

39) *Ioh. Bass.* ad h. l. »Colonum, ascripti»tium et libertum domesticos vocat, ideoque »non possunt esse testes." (Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 450.) — *Gloss.* in v. domestica. in f. »prosunt haec ad id, »quod habetur infra de testib. 4, 20. l. etiam. »3."

40) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 11. in f.

41) Cf. *Gloss.* in v. si quando invitos.

mus [42]). Item non habetur in sacris ordinibus [43]), quod testes sint cogendi, sed potius admonendi.

Illud etiam notandum est, quod testes [44]) non debent esse artifices ignobiles, vel ignoti, aut vilissimi, vel nimis obscuri, et, si de eis dubitetur, possit facile sciri de eorum vita atque conditione, ut in Auth. de testib. §. 1. (Nov. 90. c. 1.) et per alios dico testes, non per eosdem, quoniam non iurant inde dicere veritatem. Artifices hic intelligo, qui praesunt publice vilissimis mercimoniis plurium rerum vilissimarum [45]). Sed quod in illo §. de huiusmodi testibus cautum habetur, abrogatum est hodie per generalem consuetudinem; quoniam iudices bene huiusmodi testes admittunt, nisi fuerint infames; et non repelluntur [46]) propter aliquod artificium vel vilitatem aut obscuritatem aut ignobilitatem, nisi sint servi vel mercenarii producentis [47]), ut dictum est.

Item qui falsa vel varia testimonia dixerunt vel utrique parti prodiderunt, competenter puniendi sunt poena legis Corneliae; nec eis fides [48]) habebitur. ut Dig. de testib. 22, 5. l. qui. 16. et tit. ad l. Corn. de fals. 48, 10. l. eos. 27. (pr. et §. 1.) Illud verbum „prodiderunt etc." sic potest intelligi, puta, quia consilio fraudis dicunt id [49]), quod non multum obsit uni [50]), nec similiter prosit alteri, et hoc faciunt de conscientia utriusque [51]) partis; vel, quod verius videtur, „prodiderunt", scilicet suum testimonium, ita quod iverunt ad unum et dixerunt ei id, quod multum proderat, postea iverunt ad alium et dixerunt similiter, et hoc faciebant consilio fraudis, ut testes fierent, quasi sic decipiendo utrumque possint postea alterum quem vellent prodere [52]). Verumtamen puniuntur ipsi, nec erit eis fides adhibenda, ut dictum est.

Item notandum, quod in duobus casibus debent testes rogari, ut testes fiant, puta in testamentis, et quando scriptum profertur debitum et solutio affirmatur facta coram testibus, vel aliquid sibi solutum esse quis coram testibus profiteatur. Tunc enim testes debent rogari et specialiter ad hoc assumi, ut testes fiant, et debent esse non minus quinque, ut in Auth. de testib. §. et licet. (Nov. 90. c. 2.) et Cod. e. t. 4, 20. l. testium. 18.; licet quidam dicant, quod sufficiant duo [53]). Idem

---

42) *X.* (B. »ex. t.") *quamvis simus*. 13. X. 1. h. t. 2, 13. (haud recept. in coll. Gregor.) Alexand. 3. Vintoniensi episc. »— quemlibet »— — ad perhibendum testimonium veritati »Romana ecclesia minime cogere consuevit."

43) *ordinibus*. — »ordibus." B. P. — Al. »canonibus." G.

44) *Ill. et. not. est q. t.* P. — Al. »Illud et. »non est praetermittend. q. t." G. — »Item." B. reliq. om.

45) Cf. *Gloss.* ad Nov. 90. c. 1. in v. vilissimarum.

46) *repelluntur*. P. G. — Al. »repelleban»tur" B.

47) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 96. in v. artifex.

Cf. pag. 65. vers. 22.

48) G. add. »in aliquo."

49) *id*. P. G. — B. om.

50) *uni*. P. G. — B. om.

51) *conscientia utriusque*. — »conscia utriusque." B. — »consensu utriusque." P. — »consensu unius." G.

52) H. d et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 89. in v. prodidit.

53) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 213. pag. 408. *Gloss.* ad Nov. 90. c. 2. in v. assumantur. vers. et quia indefinite.

forte intelligi potest regulariter, ut, ubicumque testium numerus [54]) exigitur, testes debeant rogari [55]) et specialiter assumi. ut in Auth. de fid. instrum. §. si quis igitur. (Nov. 73. c. 1.) et arg. Cod. [56]) quemadm. testam. aper. 6, 32. l. 2. et arg. Dig. depos. 16, 3. l. 1. §. si pecunia. 36. In aliis sane omnibus casibus etiam non rogati testes admittuntur. ut Dig. e. t. 22, 5. l. ad fidem. 11.

§. [1]) Nunc igitur diligenter est investigandum, quando et quomodo quis de- §. 9.
beat et possit suos testes producere.

Dantur nempe a iudice testium productiones. Datur nempe prima testium productio, datur et secunda, sed et tertia quandoque. Sic ergo ter potest litigator testes producere. Et non obstante, si concluserit, id est productioni renunciaverit, poterit adhuc quartam productionem habere, sed ita, si nec per se, nec per alium didicit testificata, sacramento tamen ab eo prius dato, quod nullo modo percunctatus est attestationes et neque per dolum vel fraudem aliquam petit hanc quartam productionem. Quod sacramentum adhuc fieri non vidi. Si vero testificata didicit, denegabitur quarta productio, etiamsi divina iussio hoc praeceperit. Si autem semel aut bis testes produxerit et attestationes tractaverit vel eas didicerit aliquo modo, non poterit ulterius uti aliqua testium productione, etiamsi imperator praeceperit, nisi forte in casu, puta ad confirmationem suorum testium, vel ad improbandum testes adversarii. ut in Auth. de testib. §. quia vero. (Nov. 90. c. 4.) [2]) — Sed quidam putant hoc verum esse, quando prius renunciavit et postea didicit [3]); alioquin, licet testificata didicerit, dummodo non concluserit, non prohibetur uti testium productione. Secundum hoc itaque videtur, quod litigator possit interesse depositionibus suorum testium et adversarii et eas audire, et non prohibeatur ea ratione testes adhuc producere; et arg. Dig. ad l. Iul. de adult. 48, 5. l. si postulaverit. 27. §. quaestioni. 7. et Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. iudices. 18. et in Auth. de testib. §. et hoc vero. (Nov. 90. c. 9.) [4]) — Ve-

---

54) i. e. pluralis, licet indefinitus. Cf. infr. l. l. Cod. quemadm. test. ap. et Dig. depos. etc. — Paulo aliter *Gloss.* ad Dig. de divort. 24, 2. l. nullum. 9. in v. libertum. in f. »Item »rogati debent esse eo ipso secundum quos»dam, quod certus numerus exigitur, sicut »est in testamentis." — et ita *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 91. (»In »codicillis vel in donatione causa mortis ad»mittuntur fortuiti. Cod. de codic. 6. 36. l. fin. »§. fin.") »quae lex destruit dictum Pillii, qui »dixit e. t. in f., quod forte, ubicumque requi»ritur certus numerus testium, debent esse »rogati."

55) *ut ubicumque — — rogari.* B. P. — Al. »nisi certus testium numerus non exiga»tur et tunc testes non debeant rogari." G.

56) Ita scribendum. — Al. »ff." B. P. — G. om.

1) B. inscr. »Qualiter et quando sit fa»cienda testium productio." — P. »Qualit. »fac. sit t. p." — G. »De testium multiplici »productione." — Cf. not. 1. ad h. part. §. 8.

2) Cf. *Gloss.* in v. non habebit. vers. item quid si post publicationem.

3) Sp. add. »ut in Novell. tit. de testib. §. »quia vero." — Cf. h. Nov. 90. c. 4. verb. concludente et editum accipiente.

4) Sp. add. »Et sic non prohibentur par»tes uti testium productione, nisi, ut dictum »est, quando productorum testium testificata »aliquo modo didicerunt. Et notandum est, »quod, quamvis litigator didicerit testificata »suorum testium, vel adversarii, et ex ordine »prohibeatur postea uti aliquorum testium

rum omissis nunc omnibus, quae a legum doctoribus in hoc casu scripta reperiuntur [5]), istud obtinet hodie, quod testes iurant sub praesentia utriusque partis, et attestationes non audiuntur, nisi cum fuerit productionibus renunciatum et attestationes fuerint a iudice postea publicatae.

Et haec vera sunt, quando testes in iudicio producuntur. Cum vero extra iudicium petuntur, id est antequam iudicium inchoetur, quod fieri potest et conceditur, puta, quia timetur, ne testes moriantur vel recedant, tunc debent iurare et testimonium ferre utraque parte praesente, vel alterutra, si altera fuerit requisita et non venerit, et attestationes audiente. ut in Auth. de testib. §. et hoc vero. (Nov. 90. c. 9.) [6]) Et non prohibetur litigator, qui testes sic produxerit, licet eorum testificata didicerit [7]), uti eorundem testium productione vel depositione, si de eorum scriptura dubitetur, vel aliorum. — Sed nec in casu isto consueverunt litigatores audire suas attestationes, nisi post earum aperturam publice factam.

In summa notandum est, quod si testes aliunde petantur, iudex debet illuc, puta ad iudices locorum, litigantes vel eorum procuratorem cum suis literis, continentibus et unde et super quibusnam capitulis testes sint petiti, transmittere, ut coram partibus vel eorum procuratore testes petitos iurare faciant dicere veritatem pro utraque parte, et, eorum testimoniis non editis, attestationes in scriptis redigant et signent et transmittant ad iudicem cogniturum de causa. Et consueverunt iudices facere iurare huiusmodi procuratorem, quod super toto illo facto nihil falsi committet ad damnationem [8]) vel laesionem partium. ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. iudices. 18. et in Auth. de testib. §. quoniam multae. (Nov. 90. c. 5.) — Sed in causa criminis testium praesentia et non testimoniis est utendum. ut in Auth. e. §. quoniam. (Nov. 90. c. 5.) et Dig. e. t. 22, 5. l. 3. (§. 3.)

Amplius sciendum est, quod in omni iudicio, ubi numerus testium maior non exigitur, sufficiunt duo.

§. 10. §. [1]) Videamus igitur, qualiter et quando testes iurare debeant.

Sane iurare debent post litem contestatam et non ante, nisi in casu, ut dictum est [2]).

»productione, tamen ad suorum testium con»firmationem vel ad improbandas depositio»nes testium partis adversariae poterit te»stes producere. ut in Auth. de testib. §. quia »vero. et §. quoniam vero." — Hanc repetitionem et explicationem ad marg. aliquis apposuisse et cap. 8. (»§. quoniam vero." B. G. — Ab. a P.) male addidisse videtur.

5) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 137. 345. pag. 228. 487. *Gloss.* ad Nov. 90. §. quia vero. c. 4. in v. quartam testium productionem.

6) Cf. *Gloss.* in v. praesentem. H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 7. num. 1. in v. et bene.

7) P. add. »tutius est pignori incumbere, »quam in personam agere." — G. »melius »enim est pignori incumbere, quam in per»sonam agere. In fideiussorem." — Ista alio loco in marg. apposita esse videntur. Cf. not. 20. ad part. 1. §. 1. pag. 5. in f.

8) *damnationem.* (i. q. laesionem.) B. P. — Al. »damnum." G.

1) B. P. inscr. »Qualiter et quando testes »iurare debeant." (§. 10. 11. 12.) — Cf. not. 1. ad h. part. §. 8. et not. 8. ad §. 11.

2) Cf. h. pag. vers. 6. et seq.

Item iurare debent se prorsus vidisse et audisse et sub eorum praesentia solutum vel gestum esse [3]) negotium, ut Cod. de testib. 4, 20. l. testium. 18. et in Auth. de fid. instrum. §. si quis. et §. oportet. (Nov. 73. c. 1. 8.) et in Auth. coll. 1. const. 1. §. si quis hinc. [4]); salvo eo, quod dicitur, quoniam in quibusdam testes ex auditu admittuntur, ut Dig. de probat. 22, 3. l. penult. [5]) et Dig. de aq. pluv. arc. 39, 3. l. in summa. 2. §. idem. 8. et in Decretis C. 26. q. 6. c. is qui in infirmitate. 8. et C. 22. q. 5. c. hoc videtur. 8. [6]); item in parentelae casu, ut in Decretis C. 35. q. 6. c. de parentela illa. 5. et c. de parentela. 8.

Item iurare debent dicere totam, quam noverint [7]), veritatem pro utraque parte, ut arg. in Auth. de testib. §. 1. in f. (Nov. 90. c. 1. in f.) [8]) et arg. Cod. de edend. 2, 1. l. 2. [9]); nisi in casu, ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. si duo. 13. §. idem Iulianus. 2. [10]) et arg. Cod. de transact. 2, 4. l. ubi. 40. [11]) et Dig. de pet. hered. 5, 3. l. si quis libertatem. 7. in f. [12])

Item iurare debent utraque parte praesente, vel alterutra, dum tamen altera sit requisita, et absit, vel nolit venire. ut Cod. de testib. 4, 20. l. si quando. 19. [13]) Debet ergo per iudicem altera pars inquiri [14]), quando altera pars vult suos inducere testes, ut veniat et illos iurare videat et audiat. Quae si venerit, videbit testium depositiones, id est sacramenta iuratorum testium; et tunc protestabitur, si aliquid velit contra eos dicere et obiicere, expellendo tunc eos, si tales fuerint [15]), vel reservando quaestionem de eis [16]) tempore disputationis. Et si inventa fuerit et venire contemserit, vel minime sit inventa, iudex in actis testes recipiet [17]); et non audebit ultra quindecim dies illos in iudicio detinere, ut Cod. de testib. 4, 20. l. si quando. 19.

et faciet illos iurare, sicut iuris et consuetudinis est, in hunc modum [18]): „ego testis iuro, quod de lite et controversia tali, quae vertitur inter talem et „talem, dicam et manifestabo totam veritatem pro utraque parte, quam inde scio, „iudici vel eius notario, quando ab eis inquisitus fuero per sacramentum, super „quocumque capitulo illius litis interrogabor, et si non fuero interrogatus et sci-

---

3) *solut. v. gest. esse.* — P. »solut. esse v. g. e.“ G. — Al. »gesum esse.“ B.

4) *hinc.* Fuerit »§. hinc.“ — Vid. Nov. 1. (c. 1. §. 1. si quis.) c. 2. hinc. §. 1. vers. si vero.

5) Vid. l. arbiter. 28.

6) Cf. *Gloss.* in v. indicavit.

7) *quam noverint.* G. — »q. novert“ P. — B. om.

8) Al. (in Auth. gloss.) c. 2. — Cf. *Gloss.* in v. veritatis.

9) Cf. *Gloss.* in v. exhiberi. vers. et no. hic, quod iudex.

10) Cf. *Gloss.* in v. probare.

11) Ad verba »quae data probantur“ eadem fere addi possunt, quae in Gloss. ad Dig. loca not. 10. 12. recepta sunt.

12) Cf. *Gloss.* in v. admittat.

13) Cf. *Gloss.* in v. noluerint.

14) *inquiri.* (i. q. perquiri.) B. P. — Al. »requiri.“ G.

15) G. add. »ut repelli debeant.“

16) B. add. »si tales fuerint.“

17) *Pill.* qu. 47. »an testium productio facta, citata parte et non reperta, valeat“

18) Sp. add. »Et tempore disputationum »servabuntur contra testes omnes quaestio»nes.“

B. inscr. »De iuramento testium.“ — G. in ipso contextu: »Forma iuramenti testium.“

„vero aliquid inde, totum iudici manifestabo, quod [19]) obsit vel prosit alicui par- „tium, et ita dicam veritatem pro una parte sicut pro alia, et in dicendo verita- „tem non commiscebo falsitatem studiose, et quod scivero per visum vel auditum „aut per firmum, dicam illud, sicut scivero, et non alio modo, et non dimittam „amore, pretio, vel precibus, aut timore alicuius, quod veritatem inde non di- „cam; et pro hoc testimonio reddendo pretium non recepi, nec conveni recipere, „et si recepi, iudici manifestabo." — Item consueverunt testes iurare, si inde dubitetur, dicere de aetate et de conditione suae personae, item, si sunt socii litigantium, vel participes rei, de qua agitur. — De hoc sacramento excipitur, quod testes possint accipere et recipere sumtus victualium ab illis, qui eos introducunt, et etiam expeditionem itineris faciendi; quod quidem a lege permittitur. ut Cod. de testib. 4, 20. l. quoniam. 11. et Cod. de appell. 7, 62. l. eos qui 6. §. si quis. 2. et Dig. de testib. 22, 5. l. 3. §. Gabino. 4.

§.11. §. Sed hic quaeri potest, an compellendus sit dicere quis, super quo capitulo suos testes producat. Resp., non credo. Argumentum tamen reperitur in contrarium. ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. si duo. 13. §. idem Iulianus. 2. [1]) — Item an, cum quis duos vel plures testes produxit, cogendus sit dicere, si plures velit inducere. Resp., non video; licet quoddam argumentum in contrarium inveniatur [2]).

Et sciendum est, quod, antequam testes interrogentur vel intrent secretarium iudicis, titulus scribitur a partibus, quo continetur, quomodo et qualiter, et in quibus et [3]) de quibus capitulis sui testes vel adversae partis interrogentur; et iudici porrigitur, qui alteri parti statim illum ostendit, ut scribat suum, si vult; quoniam omnia edenda sunt, quibus usurus est quis in iudicio, ut supra dictum est [4]). Sed quando sibi cavent advocati [5]), talem titulum non conficiunt, propter adversariorum calliditatem, ne aliquid contra haec cum suis testibus machinentur, sed verba solummodo dicunt in aure [6]) iudici, et si non possunt in aure [7]), dicunt ut melius possunt. Item consuetudo est in quibusdam locis de tali titulo, ut, qui eum dat, ibi scribat, qualiter testes adversarii interrogentur, et non, qualiter sui. — Sed bonus [8]) et discretus iudex interrogando testes non debet inspicere ordinem scripturae tituli, sed primum debet simpliciter interrogare de eo, quod testes sciunt et dicere volunt per se, et postea considerat scripturam, et de eo, quod in fine est, interrogat prius, et quandoque de eo, quod est in medio, sicque subtiliter scrutatur omnia, et inquirit, quae testes dicunt, si possunt esse vera vel verisimilia, et comminatur testibus et reprehendit eos circa constantiam vel inconstantiam dictorum. — Item, si perspexerit eos circa fidem suae testationis vacillare, aut fraude vel falsitate non carere, poterit eos eiicere vel ad eru-

---

19) *quod.* G. — »quid" P. — B. om.

1) Cf. *Gloss.* l. l. not. 10. ad §. 10.

2) Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 3. num. 3.

3) *et.* P. G. — Al. »vel" B.

4) *ut supra dictum est.* P. G. — Al. »ut »dictum est." B. — Cf. part. 1. §. 3. pag. 13. vers. 7. et seq.

5) *quando s. c. a.* B. — Al. »quandoque »s. c. a. quod." P. G.

6) *aure.* B. P. — Al. »aures." G.

7) *in aure.* P. — Al. »audire." B. — G. om.

8) *Sed bonus.* H. vers. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 7. num. 3. in v. adhibita. »Pill. rubr. tertia." Cf. not. 1. ad h. part. §. 8.

endam veritatem tormentis subiicere, ut Dig. e. t. 22, 5. l. 2. et Cod. e. t. 4, 20. l. nullum. 14. (in f.); nisi sint presbyteri, qui citra quaestionis iniuriam debent testimonium ferre. ut Cod. de episc. et cler. 1, 3. l. presbyteri. 8.

Illud quoque sciendum est, quod iudex potest refrenare testium multitudinem, ut Dig. e. t. 22, 5. l. 1. (§. 2.); quod sic est intelligendum, ut, si dati sunt testes duo vel tres super uno capitulo, ubi a lege certus numerus non adiicitur, et adhuc, qui rationem dicant et probent [9]), totidem introducantur, et velit pars iterum plures ad idem probandum introducere, recte tunc iudex refrenabit productionem eorum. Verumtamen raro vidi factam testium refrenationem; imo, quotoscumque [10]) volunt dare partes, iudices recipiunt.

Et post haec compellunt partes ad renunciandum, et sic publicant et legunt utraque parte praesente testium depositiones, et partibus ad exemplandum tribuunt per advocatos vel per fideles [11]) tabelliones.

Item et ex tunc conceditur partibus, ut, si viderint expedire, suos inducant testes ad reprobandos testes partis adversae, vel, si opus fuerit, ad confirmationem attestationis suorum testium, ut superius est diligenter expositum. [12])

§. Post haec quidem instrumenta producuntur a partibus, si habent et si § 12.
cognoverint expedire; quae parti adversae sunt edenda, prout superius continetur. [1]) Et fit ex eis plenissima probatio, si aliud non impediat. Quibus si fuerit aliquid obiectum, permittitur alicui, contra hoc suas probationes afferre.

Postmodum super his omnibus sequitur partium allegatio et advocatorum subtilissima disputatio, et super hinc inde obiectis responsio, et, cum his fuerit renunciatum, diffinitivus calculus a iudice promulgatur.

§. [1]) Verum antequam de sententia diffinitiva hic aliquid inseratur, utilissi- §. 13.
mum dicendum occurrit, ut in foro certantibus plenior pateat copia disputandi et iudicibus uberior iudicandi praeparetur facultas, quibus testibus potius [2]) sit fides adhibenda vel quanta. [3]) Unde sciendum, quod testes quandoque producuntur ab una tantum parte, quandoque a diversis, et ubi ab una vel ab utraque parte, quandoque concordant, quandoque discordant.

Ubi tantum ab una parte producuntur testes, siquidem concordant et negotii qualitas et iudicis motus cum his concurrerit, sequenda sunt omnia testimonia. ut Dig. de testib. 22, 5. l. ob carmen. 21. §. ult. Si vero sibi contraria dicant, licet impari numero, credendum est tantum, quod naturae conveniat negotii et quod

---

9) *adhuc qui rat. dic. et prob.* — B. »adhūc »qui roē dicat et probet̄.« — P. »ad hoc quod »dicant approbent.« — G. »adhuc quid dicant »cvm probaur.«

10) *quotoscumque* G. — Al. »quantoscum»que.« B. — »quantumcumque.« P.

11) *fideles*. B. — »alios fidos.« P. — »alios »suos.« G.

12) Cf. h. part. §. 9. pag. 67. vers. 18. et seq.

1) Cf. part. 1. §. 3. pag. 13. vers. 11. et seq.

1) B. P. inscr. »Quibus testibus sit fides »adhibenda vel non.« — Cf not. 1. ad h. part. § 8.

2) *quib testib. potius* P. G. — Al. »et quib. »testib.« B.

3) *Pill.* qu. 76. »an testibus sit creden»dum, qui dictum affirmant nullam allegando »scientiae causam.« Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 60. in v. de hoc.

omni caret suspicione, confirmabitque iudex ex motu sui animi, quae rei aptiora et vero proximiora compererit. Non enim ad multitudinem testium [4]) respici oportet, sed ad sinceram eorum fidem. ut Dig. de testib. 22, 5. l. ob carmen. 21. §. ult. Imo, si astu contraria dicere videantur, etiam puniendi sunt a iudice. ut in Auth. de testib. §. si vero quidam aperte (Nov. 90. c. 3. sub f.) — Aliud autem legitur in scripturis diversis ab eadem parte prolatis; tunc enim una detrahit [5]) fidem alteri. ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. scripturae. 14. [6]) — Quid, si tantum duo fuerant testes ab una parte producti, qui ad invicem contradicunt? Resp., neutri stabitur, quoniam quilibet est solus in dicto suo. — Item, quid si unus verisimiliora et magis apta negotio dixerit, numquid eius testimonium valebit quantum ad praesumtionem saltem, ut debeat iusiurandum deferri? Resp., utique in reo; nam etsi nihil probasset actor vel quasi, reus debeat absolvi, ut superius notatum reperitur. [7]) ut Cod. de edend. 2, 1. l. qui accusare. 4. et Cod. de rei vind. 3, 32. l. ult. Sed quid dicemus in persona actoris? Resp., dicunt quidam, quod unus testis non inducit praesumtionem. ut Dig. de quaestionib. 48, 18. l. maritus. 20. Ego tamen in contrarium sentio, adhibita distinctione, quae in hoc casu superius denotatur. [8])

Si vero ab utraque parte testes inducantur, si quidem concordantes reperiantur, erit id, quod dictum est, quando ab eadem parte tantum inducantur. Si autem contrarii reperiantur, iudex ex motu sui animi scire poterit, quibus potius fides adhibenda sit, ita tamen, ut potius sit credendum ingenuo quam libertino, seniori quam iuniori, honorato quam inferiori, masculo quam foeminae, ut arg. Dig. de fid. instrum. 22, 4. l. ult. et arg. Dig. de senatorib. 1, 9. [9]) l. 1. et arg. Dig. de stat. hom. 1, 5. l. in multis. 9.; item potius veridico quam mendaci, potius morigerato [10]) et vita emendatiori quam luxurioso et prodigo, et magis nobili quam ignobili, item magis diviti quam pauperi, et magis alii quam valde amico vel inimico, ut supra dictum est [11]). ut Dig. de testib. 22, 5. l. 3. (pr.) et arg. Dig. de dol. 4, 3. l. non debet. 11. et arg. Dig. solut. matr. 24, 3. l. si cum. 22. §. eo tempore. 5. 6. et arg. Dig. de nup. l. si fuero. [12]) — Sed non intelligas, ut his,

---

4) *testium.* G. — B. »tm̄.“ — P. om.

5) *una detrahit.* P. — »detrahit.“ B. — Al. »iura detrahunt.“ G.

6) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 138. pag. 230. *Gloss.* ad l. l. scripturae. in v. scripturae. sub f. vers. an autem idem in testibus. et *Gloss.* ad l. ob carmen. Dig. de testib. in v. impari numero. vers. in instrumentis autem.

7) Cf. h. part. §. 6. pag. 56. vers. 4. et seq.

8) Cf. h. part. §. 6. pag. 56. vers. 24. et seq.

9) *Dig. de senatorib. l. 1.* — B. »ff. ad sena. »l. 1.“ — P. »ff. de se . . . l. 1.“ — G. om. — Lectionem nostram tuetur *Gloss.* ad l. l. ult. Dig. de fid. instr. in v. et morem.; nec non *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. num. 4. »Dig. de sena. l. 1. ibi: quia maior etc.“ — Ceterum *Tancr.* part. 3. tit. 12. istam l. om.

10) G. add. »quam rebelli, potius frugi.“

11) Cf. h. part. §. 8. pag. 64. vers. 13. et seq.

12) *ff. de nup. si fuero.* B. P. — Al. »Dig. »de nup. l. si studioso.“ G. — Fuerit Dig. de nupt. 23, 2. l. palam. 43. §. non solum. 4. 5. Cf. *Gloss.* ad h. §. in v. egit. et ad l. 3. §. lege Iulia. 5. Dig. de testib. 22, 5. in v. palam. — Vitiosam lect. receperunt *Tancr.* part. 3. tit. 12. et *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. num 4. »Dig. de nup. si pater.“

qui superantur, omnino fides subtrahatur [13]), sed quia in dubiis magis creditur potioribus. [14]) — Quid autem, si omnes testes sunt eiusdem conditionis et fidei? Resp., sta [15]) pluralitati, ut pluribus credatur. ut arg. in Auth. t. de testib. §. et licet. (Nov. 90. c. 2. 3. sub f.) et arg. Dig. de arbitr. 4, 8. l. item. 17. §. penult. et ult. et l. diem. 27. §. si plures. 3. et arg. Dig. de ventr. inspic 25, 4. l. 1. [16]) (pr.) et Cod. de vend. reb. civit. [17]) 11, 31. l. ult. et arg. Dig. quemadm. testam. aper. 29, 3. l. sed si maior. 6. — Sed quid, si per omnia [18]) aequalitas interveniat? Illis potius credendum est, qui ad humaniorem sententiam declinant, ut arg. Dig. de pact. 2, 14. l. maiorem. 8. et arg. Cod. qui bon. ced. poss. 7, 71. l. ult., vel qui declinant in partem favorabilem [19]), scilicet his, qui loquuntur pro libertate, pro dote [20]), pro testamento, pro pupillo, pro vidua, pro orphano, pro fisco, pro ecclesia, vel pro alia persona vel re favorabili [21]). ut arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. inter. 38. (pr.) et Dig. de inoff. test. 5, 2. l. si pars iudicantium. 10. (pr.) et arg. Dig. de reg. iur. 50, 17. l. in ambiguis pro do. 85. (pr.) et arg. Cod. quand. imperat. int. pup. et vid. 3, 14. et arg. Cod. de sacros. eccles. 1, 2. l. autepenult. [22]) 21. — Quid ergo, si par causa favoris hinc inde concurrat? item quid, si plures fuerint ex una parte, graviores ex altera? item quid, si pauciores sint pro favorabili, plures autem contra eiusdem bonitatis et honestatis? Resp., haec prolixitatem generant et iudicem dubium reddunt; unde tutius est ei pro reo iudicare. ut arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. inter pares. 38. (pr.) — Item quid, si contra reum omnes dicere videantur, sed quidam gravius, quidam mitius? Resp., id, quod mitius est, erit servandum. ut arg. Dig. de arbitr. 4, 8. l. diem. 27. §. si plures. 3. et arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. inter pares. 38. §. si diversis. 1. et l. duo. 39. et arg. Dig. de legat. 2. (31.) l. Sempronius. 47.

Illud quoque non est praetermittendum, quid de diversitate testium sit intelligendum, puta, quia videntur dicere etiam adversa. Quid enim, si diversitas fuerit in tempore vel in loco? ut puta, unus dicit se interfuisse, vel vidisse „iam „sunt viginti anni", alius dicit: „iam sunt triginta anni"; vel unus dicit, hoc factum esse in tali loco, alius dicit, in alio loco; numquid propter haec videntur contrarii? Resp., nequaquam, nisi tale sit factum, quod non recipiat alterationem [23]),

---

13) *subtrahatur*. B. et sic *Io. Andr.* Cf. not. seq. 14. — Al. »detrahatur." P. G.

14) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. num. 4. in v. per totum.

15) *sta*. B. — Al. »stabitur." P. G.

16) *l. 1*. P. — Al. »l. 2." B. G. et ita *Tancr.* part. 3. tit. 12.

17) *vend. reb. civit.* — P. »uñ. re civi." — B. »rei. uñ. cuu." — *Tancr.* l. l. et *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. num. 5., nec non G. hanc l. om.

18) *per omnia*. P. G. — Al. »omnis." B.

19) *favorabilem*. B. — Al. »favorabiliorem." G. — »favorem." P. — Cf. seq. not 21.

20) *pro dote*. P. G. — B. om.

21) *pro alia pers. v. re fav.* — P. »pro alia »pers. v. pro re fav." — B. »aliqua pers. v. »pro re fav." — G. »pro alia pers. fav." — Cf. h. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. num. 7. in v. favorabili.

22) *l. antepenult.* P. G. et *Tancr.* part. 3. tit. 12. — Al. »l. penult." B. — Ex utroque loco arg. desumi poterat.

23) *rec. alterationem.* (i. e. iterationem. Cf. not. *Burmann.* ad *Quintilian.* de instit. orat. lib. 10. c. 1. T. 2 pag 882. in v. ita lectio non cruda etc.) Ita scribendum esse videtur. — Al. »rec.

ut interfectio [24]), vel nisi dicerent, se simul vidisse, sicut dicebant sacerdotes, qui accusabant Susannam [25]).

§.14. §. [1]) Restat, ut videamus de testibus subscriptis in instrumento, quando dicunt pro instrumento vel [2]) contra instrumentum.

Unde sciendum est, quod, si omnes testes in instrumento scripti contra instrumentum testentur, fides instrumenti cassatur in eo [3]) iudicio. Nam cum ex ipsa testatione fides instrumento debeat haberi, merito, his instrumento obviantibus, vivae voci, non mortuae credendum erit. ut in Auth. de fid. instrum. §. si vero. (Nov. 73. c. 3.) et arg. Dig. quemadm. test. aper. 29, 3. l. 1. in f. — Sed quid, si alii testes, et non illi, qui sunt scripti in instrumento, contradicant instrumento? Resp., stabitur instrumento et in nullo ei derogabitur. ut arg. Cod. de ed. div. Hadr. toll. 6, 33. l. ult. et arg. Dig. de probat. 22, 3. l. census. 10. [4]) — Item quid, si etiam unus testis, qui est scriptus in instrumento, diceret pro instrumento, et omnes alii, qui essent ibidem scripti, contradicerent? Resp., magis creditur instrumento, quam omnibus testibus, qui contradicunt; et ad hoc potest induci et aptari verbum illud, quia magis est credendum mortuae voci, quam vivae, ut arg. Dig. de probat. 22, 3. l. census. 10. cum suis concordantiis; item et alia ratione, quoniam semper invenitur in lege, magis debere credi instrumento, quam testibus. [5]) — Idem est, si unus vel plures testes scripti in instrumento dicant [6]): „ita est, sicut continetur in instrumento," et omnes alii dicant: „non „est ita, nec ita fuit dictum, sicut ibi continetur." Et hoc potest videri et colligi in scholaribus, quoniam dicit multa magister in die in scholis, et maior pars scholarium iuraret [7]), quod numquam dixit, et tamen verum est, quod ea dixit.

Item notandum est, quod probatio, quae fit per negationem [8]) contra publicum instrumentum, non facile [9]) est admittenda, sed omnino respuenda, nisi forte, ut dictum est, omnes testes scripti in instrumento contradicerent expressim. Sed huic valde contradicit l. Dig. quemadm. test. aper. (29, 3.) 1. (in f.) Resp., ibi

---

»altercationem." P. — »rec. tractationem." B. — »decipiat in rationem." et ad marg. »det turpi actui." G. — *Durant.* (cf. not. seq.) »factum irreiterabile."

24) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 6. num. 17. in v. fuisse.

25) In sacr. bibl. de Susann. et Daniel. v. 54. 58.

1) B. inscr. »De testibus subscriptis in »instrumento." et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de instrumentor. editione. et e. t. §. 8. num. 9. in v. Pillius. Cf. not. 1. ad h part. § 8. — P. »Quando testibus vel po»tius instrumento credatur."

2) *vel.* P. G. — Al. »et." B.

3) *in eo.* B. (Al. »meo." G. — »nto." P.) et sic h. d. test. *Tancr.* part. 3. tit. 13. §. 6. »in illo." nec non *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrum. edit. §. 8. num. 9 »in illo." Cf. *Io. Andr.* in v. Pillius. (De rubr., quam Io. Andr. allegavit, vid. not. 1. ad h. part. §. 8.)

4) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrum. edit. §. 8. num. 13. et ibi *Io. Andr.* in v. Pillius.

5) Cf. h. part. §. 7. pag. 61. vers. 7. et seq. — *Hugolin. D. D.* §. 217. pag. 410.

6) *Idem est, si unus r. pl. — — dicant.* P. G. — Al. »Item si est unus v. pl. — — qui »dicant." B.

7) *iuraret.* P. — »iurare." G. — Al. »inde »iuret." B.

8) *negationem.* B. P. — Al. »abiuratio- nem." G.

9) *facile.* P. G. — B. om.

tabulae non erant publicae, sed privatae, et ideo non est mirum, si suspectae habeantur. vel aliter: licet essent publicae, tamen ideo suspectae habentur, quia videtur solennitas, quae exigitur in testamento, deesse; nam si non sunt septem testes rogati in testamento, inefficax est testamentum. vel: licet tabulae sint ibi suspectae, non tamen inefficaces. vel forte in testamentis aliud est, quia ibi quandoque plus valet testis quam scriptura.

Sed quid, si tabellio concordet cum instrumento, et omnes testes [10] dissentiant ab instrumento? Resp., quandoque magis esset credendum instrumento quam testibus, et quandoque magis testibus quam instrumento. Verbi gratia, in primo casu, forte longum pactum est insertum in instrumento, vel plures conditiones et variae et implicitae sunt appositae; tunc magis credendum est instrumento, quam testibus, dicentibus: „non est ita." Sed in secundo casu, ut si [11] forte fuerit pecunia numerata coram testibus, et testes omnes concordent de quantitate pecuniae, et instrumentum et tabellio aliud dicant; potius crederem testibus, quam instrumento et tabellioni [12]. — Sed quid, si tabellio dicat: „non recordor, quod „fecerim hoc instrumentum", vel dicat: „non feci hoc instrumentum", an propter hoc derogabitur fidei scripturae? Resp., non credo, quoniam tabellio potest hoc dicere propter malitiam.

Sed quia de his omnibus non potest aliquis certam formam dare seu doctrinam, ideo lex haec omnia inspectioni et arbitrio iudicis committit [13]; tu enim scire potes, quanta fides testibus sit adhibenda.

Item notandum est, quod statur publico [14] instrumento, si prima facie apparuerit sine vituperatione visibili. ut Cod. de ed. div. Hadr toll. 6, 33. l. ult. Et si prima facie suspectum [15] apparuerit, proferens debebit ei fidem facere per testes omni exceptione maiores, alioquin tamquam falsarius puniendus erit. ut Cod. de probat. 4, 19. l. iubemus. 24. [16]

---

10) *testes.* P. G. — Al. »alii." B.

11) *ut si.* G. — »aùsi." P. — »ubi." B.

12) *et tabellioni.* P. — Ab. a B. — G. h. l. plura om.

13) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrum. edit. §. 9. num. 1. in v. in fine.

14) *publico.* P. G. — Ab. a B.

15) *apparuerit sine vituperatione — — suspectum.* G. — B. P. om.

16) *Pill.* qu. 95. „an instrumentum in to- »tum falsum praesumatur, si in parte ipsius »reperiatur mendacium." Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrum. edit. §. 9. num. 11. in v. venerealis.

Sp. add. »Quando iudex partibus deferre »debeat sacramentum." (Ita inscr. B. et similit. P. — G. om.)

»Super eo, quod dictum est supra in »hac parte fere circa principium" (pag. 56. vers. 26. et seq. — En quartam particulam!), »quod unus testis praesumtionem inducit, ex »qua sacramentum defertur a iudice: Sed »tunc, quando super contractu primo fuit »facta convictio" (B. »conuīctō." — P. G. »conventio."), »occurrit frequenter in causis »satis utilissima quaestio nec umquam prae- »termittenda: ut ecce, actor ad probandum, »quod intendit, inducit pro se tantum unum »testem, nulla alia praesumtione vel indicio »pro eo faciente; eiusdem opinionis et hone- »statis et dignitatis est actor et reus; actor, »quod intendit, affirmat, et reus inficiatur; »quaeritur, cui magis sit sacramentum defe- »rendum, actori vel reo? Et videtur, quod »in hoc casu non plus debeat credi actori,

§.15. §. [1]) Testium depositionibus lectis et publicatis et instrumentis hinc inde prolatis et editis, insurgunt vicissim causarum patroni, qui gloriosae vocis confisi munimine lapsa erigunt, fatigata reparant et causarum dirimunt ambigua facta [2]). Unde sciendum est, quod pars actoris primo [3]) debet iudici fidem facere et ostendere, qualiter actio proposita sibi competat et in sua causa locum sibi vindicet; item, si testibus, vel instrumentis, vel aliis legitimis modis, vel saltem per adversarii confessionem, suam probavit intentionem sive fundavit, et suorum debet testium consonantiam facere, et eorum dicta confirmare, et partis adversae testificata infringere, sicut melius poterit legibus et argumentis; item respondere debebit subtilius quam poterit obiectis et oppositis ex parte adversa. Rei autem pars debet sic allegare, ut inprimis ostendat et probet, si potest, quod actio proposita locum non habeat, et, si competit, debet monstrare, si protestatam exceptionem probavit, ex qua debeat actio elidi agentis, et sic per singula dicere, qualiter reus sit absolvendus et non condemnandus. E contra actor, si potest, debet ostendere, si rei exceptionem possit elidere sua replicatione, et sic per singula dicere et allegare, qualiter contra reum pro eo [4]) debeat iudex sententiam ferre. Quibus hine inde sic peroratis subtiliter, renunciatur allegationibus, et post fertur [5]) sententia, nisi interveniat arbitralis seu amicabilis compositio. — Sed quid, si non fuerit allegationibus renunciatum et iudex sententiam tulerit, an valebit? Resp., credo, quod sic. [6])

»quam reo, vel e contrario. Resp., distinguitur, utrum reus conveniatur ex facto alieno, »id est hereditario vel alio, an conveniatur »ex proprio, id est ab eo contracto; in primo »casu dubitare debet et ideo sacramentum »est deferendum actori, qui non dubitat et »melius debet scire; sed in secundo casu ita »praesumitur et creditur reum scire nego»tium, sicut actorem, et sic non esset magis »credendum uni, quam alteri, et ideo neutri »est sacramentum deferendum; actore ergo »non probante reus obtinebit. Sed addo in »hoc casu, quia, si summa vel res petita »fuerit modica, confidenter poterit iudex »sacramentum deferre actori. ut arg. Dig. »de legitim. tutorib. 26, 4. l. legitimos. 5. »(§. 1.)"

Ipsum Pillium aliquam eorum, quae supra dicta sunt, particulam incongruo loco, ne dicam augere, sed iterare potius et paullulum immutare voluisse nemo crediderit. Quid vero de quarta particula sentiendum sit, diximus in not. 1. ad h. part. §. 5.

1) B inscr. »De allegatione partium." — P. »Quod sit advocatorum officium." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de disputationib. et allegationib. advocator. »Pillius sui operis parte 4. posuit rubr., qualiter »advocati debeant allegare et quis primo." et in add. ad lib. 1. p. 4. in rubr. de advocato. »Pill. p. 4. ponit de advocatis, qualiter de»beant allegare et quis incipere." Cf. not. 1. ad h. part. §. 5.

2) *facta*. B. P. — Al. »fata." G. — Cf. var. lect ips. l. advocati. 8. Cod. de advoc. divers. iudicior. 2, 7.

H. l. test. *Io Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de disputationib. etc. §. 5. pr. in v. advocati.

3) *primo*. P. — Al. »inprimis." B. G. — Cf. not. 1. ad h. §.

4) *contra reum pro eo*. Ex coni. — Al. »contra eum pro eo." P. — »reum quam pro »reo." B. — »contra eum." G.

5) *post fertur*. P. — Al. »post feratur." G. — »profertur." B.

6) Ista in f. tit. de allegationib. dicta esse testatur *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de

§. [1]) Quoniam omnium controversiarum finis est sententia diffinitiva, de qua §.16. superius fecimus mentionem [2]), ut Dig. de arbitr. 4, 8. l. qualem. 19. et Dig. de re iud. 42, 1. l. 1., et vocatur haec sententia plenissima diffinitio, ut Cod. de iureiur. 4, 1. l. penult. §. 1. (l. pen. pr.), ideo nunc de ea quaedam breviter supponamus. Unde videndum est, quando et quomodo et ubi debeat sententia ferri.

Sane diffinitiva sententia debet [3]) ferri partibus praesentibus, si de causa iudici liqueat; et tunc etiam prima die iudicii ferri poterit; sed et una parte absente, id est contracto eremodicio, et quandoque pro praesente contra absentem, et quandoque pro absente per contumaciam contra praesentem [4]); nam absentis contumacia vel absentia repletur Dei praesentia. ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. si autem ex gestis. (in med. §. 2.) et §. sin autem reus. 3. et §. cum autem eremodicium. 4. — Sed haec vera sunt in civilibus causis, secus vero in criminalibus. — Contracto tamen eremodicio ita debebit sententia ferri, si absens fuerit citatus tribus edictis vel uno peremtorio pro omnibus, ut Dig. de iud. 5, 1. l. et tertium. 70. et l. nonnumquam. 72., per intervalla triginta dierum in unaquaque vocatione. Et hoc obtinet hodie iudicio meo tam in reo, quam in actore, licet in Authentico dicatur tantum de actore [5]). ut Dig. de fer. 2, 12. l. ult. [6]) Et haec citatio hodie etiam delegatis [7]) permittitur. ut in Auth. de litigios. §. omnem vero. Coll. 8. (Nov. 112. c. 3.) [8]) — Sed numquid in peremtorio, quod appellatur unum pro omnibus, dabuntur omnes induciae trium edictorum? Resp., credo, quod dari non debeant. — Item quaeritur, an iudex possit etiam has inducias coarctare? Resp., utique pro arbitrio suo. ut arg. Dig. de iud. 5, 1. l. nonnumquam. 72. et arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. 2. [9])

Item ferri debet sententia diebus licitis, id est non feriatis. ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1. (pr.) Sed et die feriato ferri potest de consensu partium. ut Dig. e. l. 1. (§. 1.) — Item ferenda est in loco honesto et statuto a iudice. ut Cod. de sentent. et interl. 7, 45. l. cum sententiam. 6.

---

renunciatione et conclus. in rubr. et in pr. ad v. §. fin.

Sp. add. »Ut autem uberior allegationum »et iudiciorum copia praeparetur, inferius »posita lector studiosus diligenter rime»tur, ibique materiam allegandi pro utraque »parte sibi quaerere poterit utilem et copio»sam."

1) B. G inscr. »De sententia diffinitiva." et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de sententia etc. »Pillius quarta sua parte" (cf. not. 1. ad h. part. §. 5.) »rubr. penult. po»suit de sententia diffinitiva." — Al. »De sen»tentiis, et quando et qualiter fieri debeant" P.

2) Cf. part. 1. §. 9. pag. 19. vers. 1. et h. part. 3. §. 12. pag. 71. vers. 28.

3) *Sane* — — *debet.* P. G. — Al. »sane »diffi. §. Sciendum est diffinitivam sententiam »debere." B.

4) B. add. »quia contumacia habetur pro »praesentia. u. et quando agi oportet. aut. »que in pro." — Vid. Cod. ubi de crim. ag. oport. 3, 15. Auth. qua in provincia.

5) Cf. part. 2. §. 19. pag. 41. vers. 21. et seq.

6) Cf. *Gloss.* ad Nov. 112. c. 3. in v. cautione. »nam non debet etc." (actori licere, quod reo non permittitur.) »ut Dig. de reg. »iur. 50, 17. l. non debet. 41. (pr.) et de fer. »l. fi.: secundum Io."

7) G. add. »iudicibus."

8) Cf. *Gloss.* in v. praesenti lege permittimus.

9) Cf. part. 1. §. 1. pag. 5. vers. 16 17.

Et continere debet absolutionem vel condemnationem, ut Cod. e. t. 7, 45. l. praeses. 3. et Dig. de re iud. 42, 1. l. 1.[10]), vel id, quod pro eo habeatur[11]). ut Dig. de arbitr. 4, 8. l. quod tamen. 21. §. si arbiter. 1.[12]) et arg. Dig. de re iud. 42, 1. l. in summa. 59. (pr. et §. 1.) et l. ait praetor. 5. (§. 1.)

Item non est ferenda sub conditione. lata tamen tenet. ut Dig. quand. appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. biduum. 5.[13])

Item nec contra solitum ordinem iudiciorum, ut Cod. de sent. et interl. iudic. 7, 45. l. prolatam. 4.; nam in qualibet sententia servandus est ordo solitus iudiciorum et legum. ut Cod. de his qui ad eccles. confug. 1, 12. l. praesenti. 6. §. cum. 3. 4. Ordo solitus est, ut iudex prius de causa cognoscat, quam pronunciet; item ut prius reus citetur, quam contumaciter condemnetur[14]); item ut complectantur in sententia[15]) allegationes hinc inde, quoniam merita causarum partium assertione panduntur. ut Cod. si per vim vel al. mod. 8, 5. l. ult.; — et hoc confirmat sapientissimus Salomon, cum dicit in proferendo iudicium: „haec di„cit: filius meus vivit et filius huius mortuus est; et illa e contrario: tu men„tiris, imo filius meus vivit et tuus mortuus est."[16]) — item[17]), quod omnia praecedant, quae praecedere debent, et sequantur, quae sequi debent.

Ferenda est namque[18]) a suo iudice; alioquin non tenet. ut Cod. si non a compet. iud. 7, 48. l. ult. et in Decretis C. 9. q. 2. c. 1. et C. 11. q. 1. c. penult. et C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 9.) et Cod. de iurisd. omn. iud. 3, 13. l. 1. et Cod. de pedan. iudicib. 3, 3. l. 1.

Item non debet ferri a iudice infame. ut Dig. de off. assess. 1, 22. l. 2. licet sit secus in arbitrio. ut Inst. de except. 4, 13. §. ult.[19]) et Dig. de arbitr. 4, 8. l. Pedius. 7. (pr.) — Item nec a servo ferenda est, ut Dig. de arbitr. 4, 8. l. Pedius. 7.; nisi forte, cum sententiam dicit, gerat se pro libero sine dolo malo. ut Dig. de off. praetor. 1, 14. l. Barbarius. 3. et Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. 2.[20])

---

10) Cf *Gloss.* in v. absolutione.

11) *habeatur*. P. G. — Al. »habetur." B.

12) Cf. *Gloss.* in v. fecisse.

13) Cf. *Gloss.* in v. sub conditione.

14) B. add. »item ut prius lis contestetur, »quam iuretur de calumnia, ut Cod. de iure»iur. 2, 59. l. 2.; item ut prius actor iuret de »calumnia, quam reus, ut in praedicta lege; »item, *ut principali quaestioni et civili mote* »*et in adul. criminal*." (Fuerint haec: »ut »principali quaestioni civili motae cum inci»dat criminalis,") »prius cognoscatur de cri»minali; item ut libellus offeratur; item ut »prius lis contestetur, quam feratur senten»tia diffinitiva, ut Cod. de his qui ad eccl. »confug. 1, 12. l. praesenti. 6. §. 3. (4 pr.)"

15) *complect. in sent.* — »complectentur »in sententia." P. — »complectantur in suam »sententiam." B. — »comprehendantur in »sententia." G.

16) 1. *Reg.* c. 3. v. 23.

17) G. add. »attendere debet index."

18) G. add. »sententia."

19) Cf. *Gloss.* ad seq. l. Dig. in v. ignominiosus.

20) Cf. *Gloss.* in v. depulsus.

B. add. »Item ferri debet sedendo et de »die usque ad vesperas. ut in Auth. de iudi»cib. Coll. 6. §. sedebunt." (Nov. 82. c. 3.) » — »nec obstat, quod dicitur Dig. de fer. 2, 12. l. »more. 8., quia lex illa loquitur in contracti»bus vel in dilationibus dandis. — et Cod. »de postul. 2, 6. l. quisquis. 6. in f. et in Auth. »ut ab illustrib. Coll. 5. prim. resp." (Nov. 71.

In summa notandum est, quod ex ordine omnis sententia debet ferri in scriptis; alioquin non tenet, ut Cod. de sent. ex peric. recit. 7, 44. l. ult.; salvo eo, quod dicitur de brevibus litibus, ut in Auth. de mandat. princ. (Nov. 17. c. 3.) — breves lites intelligo usque ad quinquaginta solidos, ut Cod. de defens. civit. 1, 55. l. 1.; vel usque ad duos aureos, ut arg. Dig. de dol. mal. 4, 3. l. si oleum. in f. (9. §. 3. cum seq. l. 10.); vel usque ad quinque, ut Dig. de bon. damnat. 48, 20. l. divus. 6. — item, quod dicitur in episcopo, quando cognoscit inter laicum actorem et clericum reum, ut in Auth. ut cler. ap. propr. episc. Coll. 6. (Nov. 83. pr.) — item, quod dicitur de furto iudicis, qui ante quinquaginta dies de provincia fugiens captus reducitur. ut in Auth. ut iudic. sin. quoq. §. necessitatem. (Nov. 8. c. 9.) — In his tribus casibus potest iudex ferre sententiam sine scriptis. Sed credo, quod iudex melius et cautius fecerit, si quamlibet sententiam in scriptis tulerit, ne forte in causa appellationis possit inde dubitationis quaestio suboriri.

Amplius sciendum est, quod iudex debet per se legere sententiam et recitare, et non debet hoc alteri committere, ut Cod. de sent. ex peric. recit. 7, 44. l. 2.; alioquin non tenet, ut Cod. e. t. l. 1.; nisi sit iudex illustris quocumque modo, ut Cod. e. l. 2., cui conceditur, per alium, puta per quemlibet, qui literas noverit et legere sciat, suam sententiam recitare, ut in eadem lege habetur.

Et curare debet iudex, ut certam ferat sententiam; et certam debet ferre, ut Inst. de act. et ob.[21]) 4, 6. §. curare. 32., quamvis fuerit incertum petitum; nam sententia lata sine certa quantitate non tenet, puta, si iudex dixit: „solve, „quod accepisti", et incertum erat, quod acceperat[22]). ut Cod. de sent. quae sin. cert. quant. 7, 46. l. ult.

Item notandum est, quod omnis iudex a primordio litis usque ad recitationem sententiae diffinitivae debet semper habere sacras scripturas coram se positas vel saltem in ipsa prolatione sententiae, ut Dei praesentia motus, maturiori consilio et providentia[23]) litem dirimat, sciturus, quod non magis iudicat, quam iudicabitur. ut Cod. de iud. 3, 1. l. rem non novam. 14. (pr.) Sed quid, si haec solennitas defuerit, an sententia lata valebit? Et credo, quod non. ut arg. Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. cum et iudices. 2. (pr.) Et sciendum, quod ista talis depositio sacrarum scripturarum habetur loco iuramenti et dicitur iudiciale iusiurandum, et ita est observandum ab omnibus iudicibus, ac si corporaliter evangelia Dei tangerentur[24]). ut Cod. de iud. 3, 1. l. rem non novam. 14. (pr.)[25]) — Movetur hic quaestio de iudice, qui tactis evangeliis iuravit cognoscere et diffinire secundum ius, et tunc sententiam tulit non habitis vel positis coram se sacris scripturis, an valebit eius sententia? Resp., credo, quod sic, quoniam satis suf-

---

c. 1. Cf. *Gloss.* in v. sedere.) „et Cod. de off. „civil. iud. 1, 45. l. 1."

21) *et ob.* B. P. — Ab. a G.

22) *quod acceperat.* B. — Al. „quod accepisset." P. — „quid accepisset." G.

23) *providentia.* B. — Al. „prudentia." P. G.

24) *corp. evang. Dei tang.* Ita scribendum esse videtur ex var. lect. his: „corporalis dī „evangelia dī tangerentur." B. — „evangelia „corporaliter tangantur." P. — „corporaliter „ad sacra evangelia iurarent." et in marg. „al. iuretur." G.

25) Cf. *Gloss.* in v. iusiurandum.

ficit sacramentum, quod corporaliter praestitit, maxime quia dicitur, quod depositio talis ita est observanda, ac si evangelia corporaliter tangerentur [26]). Ergo si tactis evangeliis iuravit secundum ius diffinire, sufficit [27]).

§.17. §. [1]) Lata sententia appellari potest statim vel infra decem dies. Si res poposcerit iudicata, statim potest appellari, voce sola, non scripto libello. ut Cod. de appell. 7, 62. l. litigatoribus. 14. „Illico" [2]) intelligo, id est eodem die et coram actis, ut Dig. e. t. 49, 1. l. a sententia. 5. §. ult., vel, quod melius est, ipso acto iudicio [3]), puta adhuc iudice sedente ibi [4]). ut arg. Dig. de rest. i. int. 4, 1. l. divus. 7. (pr.) Quod cum non fecerit litigator, debet hodie infra decem dies libellum appellatorium concipere et iudici dare; quod tempus decem dierum est numerandum a die latae sententiae [5]). ut in Auth. de appell. et intra quae. Coll. 4. (Nov. 23. c. 1.) Sed hoc intellige, quando iudicatum est contra praesentem. Si vero contra absentem, dum tamen non per contumaciam, tunc quidem computatur spatium decem dierum post scientiam, id est postquam scivit absens esse sententiam contra se latam. ut arg. Dig. pro soc. 17, 2. l. sed et socius. 17. §. 1. et arg. Cod. qui adm. ad b. p. poss. 6, 9. l. 2. et arg. Inst. de excusat. tut. 1, 25. §. qui excusare. 16. [6]) — Item in omnibus [7]) causis, tam minoribus quam maioribus, potest appellari, dum tamen non [8]) in iudicio possessorio. Et non debet iudex hoc ad iniuriam sibi aestimare [9]). ut Cod. e. t. 7, 62. l. et in maioribus. 20. et Cod. si de moment. poss. 7, 69. l. un. [10]) — Et sciendum, quod qui appellavit, potest poenitere et libellum appellatorium recuperare. ut Cod. de appell. 7, 62. l si quis libellos. 28. Idem intelligo, si appellavit illico, voce tantum.

[11]) Libellus appellatorius sic commode concipitur: [12]) „Ego B. [13]), sentiens

---

26) Cf. *Gloss.* ad l. 2. pr. Cod. de iur. propt. cal. d. 2, 59. in v. propositis.

27) H. d. et l. test. *Io. Andr. D. spec.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia etc. §. 5. pr. in v. totum.

Pill. qu. 108. »an iudex secundum alle»gata et probata, an secundum conscientiam »iudicare teneatur."

1) G. inscr. »De appellationibus." — P. »De appellatione et quomodo appellandum »sit." — B. »Quo tempore sit appellandum." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de appellatione. »Pillius posuit hanc rubr. et est »ultima quartae partis." Cf. not. 1. ad h. part §. »5., not. 11. 12. 16. ad h. §. et not. 1. ad §. 18.

2) Cf. *Gloss.* ad l. l. litigatoribus. in v. illico.

3) *acto iudicio.* B. — Al. »actu iudicii." P. G.

4) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de appell. §. 6. num. 1. in v. dixit Tancr.

5) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l §. 5. pr. in v. die.

6) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 343. pag. 486.

7) *Item in omnib.* Hunc vers. alleg. *Bonaguida.* part. 2. tit. 31. de apostolis etc. et tit. 32. de forma apostolor. etc.

8) *non.* P. G. — B. om.

9) *aestimare.* G. — »extimare." B. — »existimare." P. — »fieri existimare." l. l. et in maiorib. Cod. de appell.

10) Cf *Gloss.* in v. fuerit. et in v. effectum.

11) P. inscr. »Qualiter appell. libellus sit" (concipiendus.)

12) B. inscr. »Qualiter sit facienda ap»pellatio."

13) »b." B. — Al. »mar." P. — »Marti»nus." G.

„me gravatum, a sententia, quam vos, domine B.[14]), tulistis inter me et Lu„cium, Senenses consules" — vel „Senensem potestatem" — „appello et apo„stolos instanter peto. Dat. tertio idus Februarii." — Quae appellatio iudici, qui sententiam tulit, est porrigenda, et tenetur eam recipere, et punitur in triginta pondo auri, si non receperit. ut Cod. e. t. 7, 62. l. a proconsulibus. 19. et l. quoniam. 21. et l. iudicibus. 24. — Nam post appellationem interpositam debet statim ille, qui appellat, apostolos instanter et saepius petere. ut Dig. de libell. dimiss. 49, 6. l. un. (§. 2.) licet iudex etiam non petente appellatore debeat illos sine aliqua dilatione dare. ut Cod. de appell. 7, 62. l. eos. 6. §. ult. — Sed forte tempus, infra quod dari debeant, est statutum a lege, puta triginta dierum. ut Cod. e. t. 7, 62. l. iudicibus non. 24.[15]) et sic melius et cautius est, ut in libello appellatorio apostolorum petitionem inserat, ut dictum est. — Sed quid, si appellans apostolos petierit, et iudex non dederit? Resp., non nocebit ei, si per iudicem steterit, dum tamen instanter et saepius fiat apostolorum petitio. ut Dig. e. t. 49, 6. l. un. (§. 2.)

Apostoli autem dicuntur et appellantur literae dimissoriae, et mittuntur ad eum, qui de appellatione cogniturus est. ut Dig. de libell. dimiss. 49, 6. l. un. (pr.) Quae literae in hunc modum recte concipiuntur:[16]) „B.[17]) iudex suo amico „dilecto V.[18]) iudici salutem. Noverit docta prudentia vestra, Lucium Titium a „sententia, quam tuli inter ipsum et Iohannem, vos[19]) appellasse, quapropter „eum ab observatione mei iudicii absolvens, ad vos eundem cum his literis di„missoriis" — vel „apostolis" — „remitto."

Item notandum est, quod appellanti debet iudex dare omnia acta et gesta apud se, cum refutatoriis partium, et opinionis exemplum, id est sententiam, et suas literas, quae apostoli dicuntur. ut Cod. de appell. 7, 62. l. a proconsulibus. 19. et l. iudicibus. 24. Refutatorias literas partium has intelligo, puta, quod litigatores debent scribere vel subscribere, quod in actis et in sententia nihil est minus plene vel contrarie dictum, imo in veritate omnia ibi plenarie continentur, quae apud istum iudicem sunt acta vel gesta[20]).

§.[1]) Expositum est supra, qualiter sit procedendum utroque, id est tam §.18.

---

14) »b." B. — Al. »iudex scocie." P. — »iudex Scote." G.

15) Cf. *Gloss.* in v. gesta. et in v. cum relatione.

16) B. inscr. »de literis dimissoriis."

17) *B.* — »bencinerie." B. — Al. »Sco»tus." P. G.

18) *V.* Sic B. — Al. »magnotino." P. — »Moguntino." G.

19) *vos.* B. — Al. »ad vos." P. G.

20) Praeter ista *Pill.* qu. 26. »an advoca»tus promittens patrocinium in causa, hono»rario convento, etiam in causa appellatio»nis obligatus intelligatur." — qu. 43. »an »sententia appellationis per imperatorem lata »parte non citata valeat." — qu. 124. »an »episc. Bononiensis, a cuius sententia fuit »appellatum ad archiepisc. Ravennatem, pos»sit, si archiepisc. Ravennas fiat, eandem »causam in appellationis instantia iudicare."

1) B. inscr. »De reo absente qualiter sit »procedendum." — P. »Quod iudicis officium »reo non veniente."

Dubitari potest, an ea, quae sequuntur, (§. 18. 19.) ipsi Pillio tribuenda sint. Quod enim *Io. Andr.* de ultima huius libri rubr. dixit (cf. not. 1. ad h. part §. 17.), eo magis refragari videtur, quia in *add. ad D. sp.* lib. 2.

actore quam reo, praesente et causam agente; nunc autem videamus, quid iuris sit, si reus abfuerit et noluerit venire [2]).

Unde sciendum est, quod, cum reus abest, actione in rem conventus, de re mobili vel immobili, quam suo nomine possidet, debet legitime citari, sicut in parte proximiori [3]) notatum reperitur [4]). Qui cum fuerit sic legitime citatus, et noluit venire, aut est lis contestata vere, aut quasi contestata, aut nullo modo est contestata.

Si est lis contestata vere, aut liquet iudici de causa, aut non. — Si liquet ei de causa, tunc poterit diffinitivam sententiam ferre, etiam pro absente, si videat eum meliorem causam habere, cum eius absentia Dei repleatur praesentia, vel contra eum, si apparuerit obnoxius, et eam executioni mandare; et reus sic absens, per contumaciam condemnatus, nequaquam poterit appellare. ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin autem reus. 3. 4. — Si vero non liquet ei de causa, tunc mittendus est actor in possessionem rei petitae. Reus vero rediens etiam infra annum nequaquam poterit possessionem recuperare, sed salva erit ei de proprietate quaestio [5]). ut Cod. quom. et quand. iud. 7, 43. l. consentaneum. 8. [6])

Item si lis est quasi contestata, ut per colonum, per servum, per procuratorem, inscio domino, ut Cod. ubi in rem act. exerc. etc. 3, 19. l. 2., mittetur actor in possessionem, reservata reo tamen de proprietate quaestione. — Quod locum habet in eo, qui convenitur nomine rei immobilis, quam alieno nomine possidet; quo casu potest statim ante litem contestatam dominum in iudicium no-

---

p. 1. tit. de *contumacia,* in recensu scriptorum, qui hanc rubricam posuisse dicuntur, Pillii nomen haud commemoratum est. Verumtamen cum in libro manuscripto, quo Io. Andr. utebatur, rubricae passim parum apte appositae fuerint (cf. not. 1. ad part. 2. §. 7.), et totus §§. 18. et 19. contextus, perinde ut in ed. G., cum tit. de appell. coniunctus esse potuerit; profecto eam solam ob causam, quod *Io. Andr.* nullam rubricae ad h. l. referendae mentionem fecit, istam particulam, de cuius argumento noster se dicturum esse professus est (cf. part. 1. §. 9. pag. 19. vers. 2. et seq.), spuriam dicere nequaquam licet.

2) Cf *D. D. vet. coll.* §. 37. pag. 25. *Roger.* §. 8. pag. 77. *cod. Chis.* §. 2. pag. 126. *Hugolin.* §. 106. 142. 330. pag. 340. 371. 476.

Praeterea ipse *Pill.* qu. 19. „an certo „loco promittens vagando per orbem ubique „repertus possit conveniri." (Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de compet. iudicis aditione. §. 1. num. 30. in v. sequenti.) — qu. 86. „an non creditor possit propria auctoritate „bona sui debitoris capere, ut sibi satisfiat, „sine licentia iudicis, cum illius copiam non „haberet." — qu. 87. „an creditor supra di„ctus sibi ius dicens creditum suum amittat „et quomodo."

3) *in parte proximiori.* B. P. — Al. „in su„periori." G.

4) Si ipse noster secundam part. (§. 19.) h. l. proximiorem esse dixit, tres tantum libri particulas admitti posse facile patet. Cf. not. 1. ad h. part. 3. §. 5.

5) *de propr. qu.* P. G. — Al. „qu. de „propr." B.

6) Cf. *Gloss.* in v. transferre. vers. si vero non liquet. et *Gloss.* ad l. l. properandum. 13. §. 3. Cod. de iud. 3, 1. in v. audiatur.

Sp. add. „Et hoc in casu poterit iudex „praesentis allegationes cum omni subtilitate „audire et diffinitive sententiare pro praesente „contra absentem, vel etiam pro absente, si „cognoverit eum meliorem causam habere. ut „Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin „autem reus. 3. 4. et Cod. quom. et quand. „iud. 7, 43. l. consentaneum. 8."

minare; et certum tempus a iudice diffinitum ei dabitur, intra quod domino absenti vel praesenti possit denunciare; qui si non venerit, mittetur actor in possessionem, ut dictum est — Idem est, si conveniatur nomine rei mobilis, quam alieno nomine possidet, secundum quosdam, re tamen prius deposita, vel idonea cautione praestita praesenti, si persona sit suspecta, quae dominum nominat. ut Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. si fideiussor. 7. §. ult. [7]) et Dig. de off. praesid. prov. 1, 18. l. senatus. 16. — Et haec vera sunt in his, qui colonario nomine possident, ut colonus, inquilinus, et in his, qui nullum ius in re habent [8]), ut commodatarius et cui precario concessa est res. Sed emphyteuta et superficiarius [9]), qui habent ius in re, nominando dominum in iudicium non se liberant, imo defendere coguntur respectu iuris, quod habent; sicut enim utiliter agunt suo nomine, ita et defendere debent. [10]) ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. in speciali. 73. §. superficiario. 1. (et l. 74. 75.) [11])

Si autem lis nullo modo est contestata, mittendus est actor in possessionem, reus vero infra annum veniens et cautionem de lite exercenda exponens, recuperat possessionem, restitutis prius actori omnibus expensis, quas ibi fecit. ut in Auth. de exhib. et introd. (Nov. 53. c. 4.) [12]) Sed post annum non admittitur ad possessionem, sed tantum ad quaestionem proprietatis. ut Cod. de praescr. 30 vel 40 ann. 7, 39. l. si quis. 8. (§. 3.) — Sed in hoc articulo ultimo quaeritur, qualiter missus in possessionem possideat? Resp., dicunt quidam, quod intra annum non possidet, sed anno elapso possessor efficiatur ex secundo decreto, et poterit abinde praescribere et usucapere; vel, quod melius est, statim possidet civiliter et naturaliter, licet eam reo intra annum venienti ad iudicium restituat [13]).

[14]) Cum autem quis de debito vel re aliqua personali actione convenitur, et absens fuerit legitime citatus et nolit venire, si est lis contestata, et liquet iudici de causa, poterit iudex diffinitivam ferre sententiam, ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. (§. 3.); et eam executioni mandabit, primo loco per res mobiles rei absentis condemnati vel confessi, secundo autem per res immobiles pignori capiendas, ultimo loco per nomina et iura, si mobiles deficiunt et immobiles. ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin autem reus. [15]) 3. et Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo. 15. §. in venditione. 2. Et haec distrahi poterunt statim,

---

7) *l. si fideiussor. §. ult.* G. (Cf. *Gloss.* ad l. 2. Cod. ubi in rem act. etc. 3, 19. in v. immobilem.) — Al. »sciendum.« B. — »sci.« P. Sed hic locus (l. 15. §. 1.) alia ratione in his quaestionibus allegari solebat. Cf. *Gloss.* ad l. l. 2. in v. quolibet modo. vers. item emphyteuta.

8) *in his qui n. i. i. r. habent.*" P. (»in his »qui n. i. iure habent." G.) — Al. »in hic »qui n. ius habet in re." B.

9) *et cui precario — — superficiarius.* — P. et similit. G. — B. om.

10) Cf. *Gloss* ad l. 2. Cod. ubi in rem act. etc. 3, 19. in v. quolibet modo.

11) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 140. pag. 369.

12) Cf. *Gloss.* ad §. 1. in v. occurrerit.

13) *reo — — restituat.* P. G. — Al. »restituat intra annum, si veniat ad iudicium." B. Cf. *Gloss.* ad l. l. 8. §. 3. Cod. de praescr. 30. v. 40. a. in v. possessor.

14) B. inscr. »De reo absente per contumaciam." — P. »Qualiter debeat iudex sententiam executioni mandare."

15) *reus.* P. G. — B. om.

eccl. conf. 1, 12. l. ult. 6. (§. 4.) et in Auth. de exhib. et introd. reis. (Nov. 53. c. 4. §. 1.) — Haec autem distinctio mihi non placet, nec est approbanda iudicio meo.

Item consuevit hic quaeri, an missus in possessionem causa servandae rei propter contumaciam absentis, lite non contestata nec debito liquido, possit impetrare possessionem ex secundo decreto? Item an, si reus multo tempore extiterit in sua contumacia, et nolit venire et iudicium suscipere, debeat iudex iubere rem distrahi et ex pretio actori satisfieri? Resp., non credo, sed lucrabitur fructus rei, propter contumaciam fugientis. ut arg. Dig. ex quib. caus. in poss. eatur. 42, 4. l. Fulcinius. 7. §. ult. Sed quid, si res sit talis, ex qua fructus non provenit? item, quid, si usu consumitur, vel non utendo perit et servando servari non possit?

§. 19. §. [1]) Dictum est, quid iuris sit, si abest reus ante litem contestatam vel post litem contestatam. Nunc videamus de actore. — Si quidem actor lite abest contestata, ut reus multiplici dilatione fatigetur, et ventum sit iam prope finem triennii, puta hodie prope finem termini, quo iudices tenentur causas dirimere secundum varias consuetudines civitatum et locorum, reo postulante debebit iudex hodie absentem citare tribus edictis, vel uno pro omnibus [2]), per intervalla triginta dierum, ut supra invenitur expositum [3]), et finietur causa infra annum et tres menses, vel infra brevius tempus pro locorum consuetudine [4]). Quo sic vocato et non veniente audiet iudex allegationes rei praesentis, et inquisita veritate legitimam poterit ferre sententiam, scilicet diffinitivam [5]), si ei liqueat de causa, alioquin legitimam, id est interlocutoriam, latam super expensis restituendis et absolutione observationis iudicii et cautionum, quae secundum leges fiunt. ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. (§. 2.) [6]) — Et haec locum habent, etsi lis non sit contestata. Collige, quod iudex potest ferre diffinitivam [7]) sententiam non obstante, quod lis non sit contestata, et hoc propter contumaciam absentis, quoniam contumacia habetur pro praesentia. ut arg. in Auth. ut omnes obed. §. si igitur. (Nov. 69. c. 2. 3. pr.) et arg. Cod. ubi in rem act. 3, 19. l. 1. [8]) et arg. Cod. ubi quis de curiali. [9]) 3, 23. l. ult. [10]) Sed quidam asserunt in contrarium [11]), assignantes in his legibus specialitatem: quibus magis assentio. — Sed actor intra annum veniens non audietur, nisi prius impendia litis, quae reus fecerit, inferat. — Et si post haec omnia sic peracta et observata iterum eremodicium commiserit, ipso iure perdit actionem et cadit ab ea. ut in Auth. de litigios. §. omnem vero. Coll. 8. (Nov. 112. c. 3. §. 2.) [12])

---

1) B. inscr. „De actore absente post litem „contestatam." — P. „Quod sit officium iudi„cis auctore non veniente."

2) G. add. „peremtorio."

3) Cf. part. 2. §. 19.

4) Cf. *D. D. vet. coll.* §. 36. pag. 25. *Roger.* §. 6. pag. 76. *Hugolin.* §. 93. pag. 331.

5) *legitimam — — diffinitivam.* P. — Al. „legitime poterit ferre sent. sc. diff." G. — „poterit iudex diff. ferre sent." B.

6) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 101. pag. 337.

7) *diffinitivam.* P. („indiffinitivam." G.) — B. om.

8) *l. 1.* Fuerit l. 2. verb. „tanquam lite „— contestata." Cf. *Gloss.* ad Nov. 69. c. 2. pr. in v. si vero. vers. item not. quod h. auth. facit.

9) *u. q. de curiali.* Sic G. „u. q. de curia." — Al. „u. q. de co artatur." B. — „u. q. „decorticatur." P.

10) *Gloss.* in v. sententiam. „— falsa est „nota, quam quidam hic faciunt, quod sen„tentia ante litem cont. fertur."

11) Cf. *Hugolin. D. D.* §. 337. pag. 482.

12) B. „Finito libello secundum pillium. „Referamus grā deo secundum matheum."

TANCREDI BONONIENSIS

ordo iudiciarius.

Ordo iudiciarius. [1]

Assiduis postulationibus me, carissimi socii, iam dudum inducere studuistis, ut ordinis iudiciarii libellum, quo actor ad agendum, reus ad defendendum, et iudex ad causam audiendam, examinandam ac diffiniendam instrui valeant, vestrae componerem caritati. Desideriis itaque vestris satisfacere cupiens, rem mihi arduam, sed vobis et posteris fructuosam aggrediar, quam primo Richardus [2] Anglicus, ad instar cuiusdam compilationis, leges et canones sub paragraphis [3] inducendo et pro utraque parte in singulis articulis allegando tractavit, postmodum Pillius Medicinensis [4], legum doctor [5] egregius, civili ordine, paucos tamen canones inducendo, ad modum summae scribendo perfecit, quem pro sui sapientia et doctrina in pluribus imitari dispono, in his praecipue casibus, quibus secundum ius civile est in foro ecclesiae procedendum et ubi leges sacris canonibus non repugnant; in ceteris vero sacros canones saecularibus legibus praeferendo, quod poscitis, secundum statuta canonica adimplere studebo. Invocato igitur nomine Domini nostri Iesu Christi, eiusque pariter suffragio postulato, ad praemissae rei tractatum accedo [6].

---

1) B. Bs. »Incipit ordo iudiciarius magi»stri Tancredi." (B. add. »Bononiensis.") — L. 1. »Incip. o. i. mag. Tancreti Bonon. ca»nonici." — L. 2. »Incip. libellus Trenqueti." — L. 4. »Incip. o. i. mag. Tancreti." — F. 2. Ham. »Incip. o. i. Tancreti." — M. 1. »Incip. »iudiciarius de iure canonico et legali." — M. 2. »Incip. novus ordinarius Tancreti." — *Io. Andr. ad D. sp.* »Tancr. in ordine iudicia»rio." Cf. not. seq. ad h. Tancr. prooem. 6. sub f., not. 4. ad part. 1. tit. 2., not. 2. ad part. 1. tit. 4., et not. 3. ad part. 2. tit. 6.

2) *Richardus.* Bs. F. 1. 2. — »Ricardus." B. L. 1. 2. — Al. »R." Bi. M. 1. 2.

3) *sub paragraphis.* Codd. T.; et h. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis. »leges et canones pro utraque parte »sub paragraphis allegando." — Rf. 2. »sub »certis paragraphis."

4) *Pillius Medicinensis.* — „Pilius Medici„nensis." Codd. T. — Al. »Pillius Medicen." L. 4 — »Pillius Modicen." Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1. — »Pillius Mediolanen." M. 2. — »Pi»lius mediocris." Ed. 1. — »Pileus." Ed 2. 4. — »Pilaeus Mutinensis." (in marg. »al. P. »Modilensis.") Ed. 3. — Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 271. et seq.

5) *legum doctor.* — Rf. 1. 2. »legista et »doctor."

6) Omissa Tancredi praefatiuncula, B.B. »Quoniam ad imitationem maiorum in minimis »imminet correctio facienda, idcirco ego Bar»tholomaeus Brixiensis libellum iudiciarium" (al. »ordinis iudiciarii." L. 3.) »quondam a ma»gistro Tancredo compositum duxi pro viribus »reformandum. Notandum est igitur, quod iu»diciorum ordo, quamvis in pluribus ..." (Cf. pag. 2. vers. 2.) — *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis. vers. tertius Tancr. libellus. »Et hoc sciendum, quod B.B. hunc libel»lum solum in antiquarum compilationum al»legationibus reformavit, reliqua" (Ita recte

*** 7)**

Iudiciorum siquidem ordo, quamvis in pluribus attendatur, sicut ex subsequentibus titulis apparebit, in his tamen consistit praecipue, ut primo iudex competens adeatur et per literas vel per nuncium reus citetur, libellus reo venienti porrigatur et, si voluerit, induciae deliberatoriae sibi dentur, litis contestatio super re petita fiat, iuramentum tandem calumniae praestetur, partes super ipso negotio interrogentur, testes et instrumenta producantur, producti publicentur et super his postmodum disputetur, demum per diffinitivam sententiam negotium terminetur; quae omnia per manum publicam vel, si publica non potest haberi persona, per duos doctos viros diligentissime redigantur in scriptis, per quae, si fuerit super praedictis orta contentio, possit veritas declarari; alioquin pro iudicis non praesumetur processu, nisi quatenus legitimis constiterit documentis; sicut expresse traditur in constitutione Lateranensis concilii Innocentii tertii c. quoniam contra falsam assertionem [8]).

[9]) Dividitur libellus iste in quatuor partes: in prima tractatur de personis, quae debent consistere in iudicium [10]); in secunda instruuntur actor et reus et iu-

---

edd. Mediol. Norimb. — Al. »aliqua." Francof. — Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 5. pag. 114. not. 54.) »ponens ad literam, omisso »tamen Tancredi prooemio." et ad lib. 1. p. 1. in rubr. de iud. delegato. »Sit autem no»tum, quod, ubicumque allego Tancr. in or»dine iudiciario, submittere possem B.B.; »quod omitto propter id, quod dixi in pro»oem. vers. tertius Tancr. libellus."

7) Hal. et Rf. 2. inscr. »De ordine iudi»ciorum." (Al. »De ord. iudiciario." F. 2.) — Rectius *Io. Andr. ad D. sp.* prooem. in v. plurimis. vers. tertius Tancr. libellus. »tracta»tus incipit a iudice ordinario." Cf. not. 1. ad part. 1. tit. 1.

8) c. 3. X. 4. de probat. 2, 6. siv. c. 11. X. G. e. t. 2, 19. — *Gloss. T.* »Dicit magister in »principio, quod de processu iudicis non est »praesumendum, nisi quatenus legitimis do»cumentis constiterit. ut X. G. de probat. c. »quoniam contra. in f. Sed numquid correcta »sunt iura, quae dicunt, quod semper prae»sumitur pro his, quae a iudice sunt facta? »X. G. de elect. 1, 6. c. bonae memoriae. 23." (c. 8. X. 3. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) »et X. G. de »renunc. 1, 9. c. in praesentia. 6." (c. 4. X. 2. e. t. Clem. 3. — Cf. *Richter.* in ed. corp. iur. can. not. 40. ad h. c.) »et X. G. de probat. »2, 19. c. post cessionem. 7." (c. 1. X. 3. e. t. 2, 11. Innoc. 3.) »et X. G. de re iud. 2, 27. c. »sicut. 16." (c. 6. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.) »et »Inst. de fideiuss. 3, 20. (21.) §. ult. et C. 2. »q. 7. (6.) c. hoc etiam placuit. 37. Ar. So»lutio: Semper creditur sententiae iudicis, »ubi constat de processu causae; sed, ubi »revocatur in dubium de processu iudicis, »non est praesumendum de isto ordine, nisi »probetur per acta; nam et victores non ali»ter potirentur sententiis, nisi eas ostenderint »recte latas. in Auth. de his qui ingred. ad ap»pell. §. illud." (Nov. 49 c. 1. § 1.) »Si acta »sunt perdita, probetur perditio, et sufficit; »vel et probetur processus causae per legi»timos testes. arg. X. G. de privil. 5, 33. c. »cum olim. 12." (c. 2. X 3. e. t. 5, 16. Innoc. 3.) »et X. G. de testib. 2, 20. c. Albertus. 43." (c. 2. X. 4. e. t. 2, 7. Innoc. 3. ante conc. Lateran. a. 1215.) »et X. G de sent. et re iud. 2, »27. c. sicut. 16." (c. 6 X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.) — Cf. *Gloss.* ad l. c. 11. X. G. de probat. 2, 19. in v. praesumatur. et *Augustin.* not. ult. ad id. c. 3. X 4. e. t. 2, 6.

9) Hal. inscr. »In quot partes libellus di»vidatur." — M. 1. »De partib. huius libelli." — M. 2. »Divisio libelli."

10) *iudicium.* B. L. 1. 2. A. E. — Al. »iu-

dex in praeparatoriis ad iudicium et de his, quae praecedunt litis contestationem; in tertia de litis contestatione et omnibus, quae sequuntur in iudicio usque ad diffinitivam sententiam; in quarta de sententiis, sententiarum exsecutionibus, appellationibus et restitutione in integrum.

*

De iudicibus ordinariis. [1]

P. 1. T. 1. Iudicum alii sunt ordinarii, alii delegati, alii arbitrarii, ut C. 2. q. 6. §. quod de arbitris. (ad c. 33.), de quorum singulis breviter pertractemus. Videamus igitur, quis dicatur iudex ordinarius, quis possit esse ordinarius iudex, et quod sit eius officium.

§. 1. §. [2]) Ordinarius iudex est, qui in ecclesiasticis ab apostolico, sicut primates, archiepiscopi, episcopi, in saecularibus ab imperatore, ut duces, marchiones, comites, totalem alicuius provinciae vel loci accipit [3]) iurisdictionem. — Et nota, quod dominus papa iudex est ordinarius singulorum. ut X. 3. de elect. 1, 6. c. cum nobis olim. 4. [4]) — Item consuetudo tribuit ordinariam iurisdictionem, dummodo sit praescripta. [5]) ut Cod. de emancip. 8, 49. l. 1. et l. ult. [6]) X. 1. de excess.

»dicio.« Bs. et Hal. ex superadd. corr., L. 3. et Rf. 1. 2.

1) *De iudicib. ord.* Vulg. — Al. »De iudice »ordinario.« Ham. F. 1. — »De iudicum divi»sione.« Hal. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de off. ordinarii. »Tancr. sup. rubr. »prima.«

2) Hal. inscr. »Quis dicatur iudex ordina»rius.«

3) *totalem . . accipit.* Bs., codd. B.B. et Rf. 1. — Al. »totalem . . accepit.« B. — »totalem » . . accipiunt.« L. 1. 2. — »qui totalem . . »accipiunt.« Rf. 2.

4) *c. cum nobis olim.* (c. 19. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) Rf. 1. »c. cum nob. ol., u. d., quod »sedes apostolica caput est omnium ecclesia»rum et Romanus pontifex iudex est ordi»narius singulorum etc. Similiter et Roma »omnium est communis patria. Dig. ad muni»cip. 50, 1. l. Roma. 33.« (De hac l. ipse noster al. l. dixit. Cf. part. 2. tit. 1. §. 2.) — Istud c. cum olim., cui Raymundus verba ad regulam propositam pertinentia detraxerat, B.B. quidem retinuit, (quod etiam in *Durant. spec.* lib. 1. p. 1. tit. de off. ind. §. 1. Tancredo duce fieri notavit *Io. Andr.* in v. olim.), sed auctor Rf. 2. om., substitutis his: »C. 9. q. 3. §. »cuncta per orbem. (c. 17.) u. d., quod ad do»minum papam appellatur ab omnibus, ab »ipso autem ad neminem. Et Romana eccle»sia caput est et magistra omnium ecclesia»rum Domino disponente. ut X. G. de for. »comp. 2, 2. c. licet. 20.« (Gregor. 9.) »Ad »idem X. G. de privil. 5, 33. c. antiqua. 23.« (c. 5. conc. Lateran. a. 1215. siv. c. 6. X. 4. de privil 5, 12.) »u. d., quod Romana ecclesia »super omnes alias ordinariae potestatis ob»tinet principatum. Similiter et Roma . .« (ut in Rf. 1.)

5) M. 2. add. »et in contradicto iudicio »obtenta.« — Ham. »vel in contrario i. o.« — Ed. 2. 4. »vel in contradictorio i. o.« — Ed. 3. »vel in contradicto i. o.«

6) *Azo. lectur. in Cod.* ad l. 1. 1. »lex, i. e. »consuetudo municipii.« *Id. summ. Cod.* e. t. »num. 2. »Qualiter« (emancipatio) »fit? Et qui»dem apud iudicem competentem ordinarium, »forte et extraordinarium, . . vel apud eum, »cui ex consuetudine hoc competit ut e. t. l. »1. et l. ult.« — Cf. *Gloss.* ad ist. l. 1. in v. si lex. et ad l. ult. in v. consuetudine.

Post l. ult. Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »X. 3. de arbitr. 1, 25 c dilecti. 1.« (c. 4. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.) »u. d., quod, licet foe»minae a publicis removeantur officiis, valet »tamen sententia, a regina Franciae lata, cum

praelat. 5, 27. c. ad haec. 2. [7]) X. 3. de institut. 3, 7. c. cum venissent. 3. [8]) — Item universitas eligendo sibi dominum vel praelatum tribuit iurisdictionem. arg. X. 1. de off. iud. ord. 1, 23. c. cum ab ecclesiarum praelatis. 3. [9]) in Auth. de defensorib. civitat. §. 2. (Nov. 15. c. 1.) [10]) Cod. de iurisd. omn. iud. 3, 13. l. ult. [11]).

§. 2. §. [12]) Sequitur, quis possit esse iudex. Et dicendum est, quod omnis, qui non prohibetur.

»illius terrae consuetudo habeat, ut tales »foeminae praecellentes in suos subditos iu»risdictionem exerceant." — Cf. *Gloss.* ad h. c. 4. in v. consuetudinem.

7) c. 2. X. G. e. t. 5, 31. Alexand. 3. — Ibi *Gloss.* in v. consuetudines. »Arg., quod iu»risdictio archidiaconi potius ex consuetudi»ne, quam ex iure iuvatur. .. et intellige, »quod hic dicit, de consuetudine praescripta."

8) c. 6. X. G. e. t. 3, 7. Innoc. 3. — Rf. 2. om. — Ibi *Gloss.* in v. communi. »de iure »communi institutio personarum et custodia »vacantium ecclesiarum spectat ad archidia»conum, .. nisi consuetudo repugnet, ut hic »videtur ad fin. c."

9) c. 3. X. G. e. t. 1, 31. Alexand. 3. — Ibi *Gloss.* in v. ecclesiastica sententia. »gene»raliter traditur, quod quilibet praelatus col»legiatae ecclesiae, licet subsit episcopo, est »tamen iudex ordinarius in plebe sua, et ha»bet iurisdictionem cognoscendi et excom»municandi, ut hic dicit. .. et illum dico »praelatum hoc facere posse et talem iuris»dictionem habere, qui est electus a collegio »sive universitate."

10) Ibi *Gloss.* in v. circulum. »Fiebat enim »quidam circulus hominum, et ex his duo »quaerebant ceteros, conferendo bonitatem »singulorum, ut meliorem eligerent."

11) *Azo. lectur. in Cod.* ad h. l. ult. verb. qui profess. aliq. seu negot. exercere noscuntur. »Non dicit de discipulis eorum. .. Ma»gistri ergo possunt consules eligere, quia »ipsi exercent professionem. Sic et faciunt »fabri in terra ista et alia corpora, quia eli»gunt ministeriales suos, sub quibus possunt »conveniri, vel etiam sub potestate, ut dicit »l. ista." et ibid. ad verb. tam in publ. quam in privatis. »sc. pertinentibus ad praedictam »professionem seu negotiationem; secus, si »de adulterio vel simili causa; illa enim sub »potestate tantum debet examinari." — *Id. summ. Cod.* ad e. t. num. 7. »Item consensus »eorum, qui sunt de eadem professione vel »negotiatione, iudicem possunt facere ordi»narium. .. ut h. t. l. ult." — Cf. *Gloss.* ad h. l. in v. pertinet.

Rf. 1. 2. om. Nov. 15. et l. ult., sed add. »Similiter, si cives eligant sibi aliquem in de»fensorem, dant ei iurisdictionem sui. ut »Dig. quod cuiusc. univ. nom. 3, 4. l. 1. §. »quibus autem permissum est corpus habere »collegii, societatis, sive cuiuscumque alte»rius eorum nomine, proprium est ad exem»plum reip. habere communem arcam et »*communem defensorem* et actorem sive syn»dicum, per quem, tamquam in rep., quod »communiter agi fierique oporteat, agatur et »fiat. * *" — Fuerint, qui istis maxime verbis: »communem defensorem", ab ipso Dig. loco alienis et ex glossa aliqua (cf. *Gloss.* ad h. l. 1. §. 1. in v. syndicum.) receptis utendum esse censerent, immiscentes scilicet eos defensores, de quibus in Nov. 15. dictum est. — Aliter autem *Gloss. T.* ad h. l. »Arg. »est et facit ad propositum magistri in hunc »modum: ex quo creant sibi syndicum vel »actorem, iam concedunt ei potestatem de»fendendi eos; eodem modo, qui eligunt ali»quem in episcopum, videntur ei dare iuris»dictionem."

12) *Hal.* inscr. »Quis possit esse iudex

Prohibetur mulier, ut C. 3. q. 7. §. tria. (ad c. 1.)[13] C. 33. q. 5. c. mulierem. 17. X. 3. de arbitr. 1, 25. c. dilectus. 1.[14] Dig. de iud. 5, 1. l. cum praetor. 12. §. 1. (§. 2. in f.)[15] arg. Dig. de reg. iur. 50, 17. l. 2.; — item servus, ut C. 3. q. 7. §. tria. (ad c. 1.) X. 2. de rescript. 1, 2. c. sciscitatus. 9.[16] Dig. de recept. 4, 8. l. Pedius. 7.[17]; — item furiosus vel indiscretus, ut C. 3. q. 7. §. tria. (ad c. 1.) Dig. de postul. 3, 1. l. 2.[18]; — item infamis, ut in eisdem concordantiis et X. 2. de rescript. 1. 2. c. ult.[19]; — item minor viginti quinque annis, quoniam in minori aetate nemo debet eligi ad aliquam dignitatem saecularem vel ecclesiasticam, ut Dig. de munerib. et honorib. 50, 4. l. ad rempublicam. 8. X. 1. de elect. 1, 4. c. cum in cunctis. 16.[20]; delegatus esse potest, ex quo decimum octavum compleverit annum, sed non ante, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. quidam consulebant. 57.[21]; — item prohibetur excommunicatus esse iudex, quia nec per se nec per alium esse potest in iudicio[22], ut X. 1. de iud. 2, 1. c. intelleximus. 9.[23] X. 2. de off. iud. deleg. 1, 12. c. prudentiam. 3.[24] X. 3. de probat. 2, 11. c. 1.[25] C. 24. q. 1. c. audivimus. 4.[26]; — item prohibentur omnes, qui sunt con-

---

„ordinarius." — Ham. „Q. p. e. iudex." — M. 2. „Q. p. e. ordinarius." — Bi. „Q. p. e. iud. „ord. vel vicarius."

13) Rf. 2. post transcriptum h. l. contextum: „ut Dig. de off. praetor. 1, 14. l. Barbarius Philippus. 3:", ad probandum sc. ea, quae in f. ist. §. tria. de servo, dum putaretur liber, sententiam dicente tradita sunt.

14) *c. dilectus.* (Ita codd. T., plerique B.B. et L. 4. — Al. „dilecti." L. 3., ut vulg. in ipsa decret.) 4. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3. — Rf. 2. om. — Ed. 1. „Contra X. de arbitr. dilecti." Cf. not. 6. ad h. §. sub f.

15) Rf. 1. 2. hanc l. om.

16) c. 13. X. G. e. t. 1, 3. Coelestin. 3.

17) Rf. 1. 2. hanc l. om.

18) Rf. 1. 2. hanc l. om.

19) siv. c. sciscitatus. Cf. not. 16.

20) c. 7. (§. 2.) X. G. e. t. 1, 6. Alexand. 3. Ante seq. Hal. inscr. „In qua aetate quis „possit esse iudex delegatus."

21) B.B. add. „Quid iuris sit de hoc, no„tatur X. G. de off. iud. del. 1, 29. c. cum vi„cesimum. 41." Gregor. 9. — Rf. 2. „Istud „hodie corrigitur per decretalem novam X. „G. de off. iud. del. c. cum vicesim., u. d., „quod minor octodecim annorum, nisi habeat „viginti annos, non potest esse delegatus, „nisi in duobus casibus, sc. si partes con„sentiant in ipsum, vel si delegatio fuerit „facta a principe; ab alio non teneret."

22) *quia nec per se .. iudicio.* Vulg. — Al. „quia per se non potest stare in iudicio, „quamvis per alium possit." L. 4.

23) c. 7. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3. — Rf. 1. add. „X. 1. de off. ordinar. 1, 23. c. quaesitum. „2." Alexand. 3., quem locum, in coll. Gregor. haud receptum, commemorat Innoc. 3. in c. per tuas. 14. X. 3. de sent. et excomm. 5, 21. siv. c. 40. X. G. e. t. 5, 39. — Inde nonnulli codd. Rf. 2. „X. de off. iud. ord. quaesitum." M. 1. 2.; et F. 2. abrasis, ut videtur, aliis literis: „X. de „off. ord. quaesitum. cessionem.", ex duorum locorum permutatione. Cf. seq. not. 25.

24) c. 21. X. G. e. t. 1, 29. Coelestin. 3. — Rf. 2. add. „§. sexta. 2."

25) *c. 1.* siv. c. post cessionem. 7. X. G. e. t. Innoc. 3. — Codd. B.B. „X. de probat. c. „1."; sed in E. add. „post cessionem."

Rf. 2. add. „Et plus hodie dicit decreta„lis nova X. G. de except. 2, 25. c. exceptio„nem. 12." (Gregor. 9.) „u. d., quod iudex ex „officio suo potest repellere publice excom„municatum, licet adversarius non obiiciat „excommunicationem. Ratio decretalis est, „ne cogatur quis in periculum animae suae „excommunicato communicare."

26) *C. 24. q. 1. c. audivimus.* — Rf. 2. „Item

sanguinei actoris, vel inimici rei, vel aliqua alia iusta causa suspecti. ut C. 3. q. 5. c. quia suspecti. 15. Quae autem sint causae suspicionis et quot, et quando iudices recusari possint et quando non, plene notatum invenies infra in titulo de recusationibus iudicum. [27])

Et haec omnia, quae dicta sunt de qualitate iudicum, locum habent tam in ordinariis, quam in delegatis.

§.3. §. [28]) Officium cuiuslibet iudicis latissimum est. [29]) — Debet enim omnia, quae ad causam pertinent, diligenter inquirere et ordinem rerum plena inquisitione discutere, ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11. [30]); — tutum locum ad litigandum partibus assignare, ut C. 2. q. 2. c. ult. [31]) X. 3. ut lite non cont. 2, 3. c. accedens. 4. [32]) et de appell. 2, 19. c. ex parte. 5. [33]); — omnem timorem debet a testibus [34]) removere, ut C. 3. q. 8. [35]) (9.) c. hortamur. 20.; — dilationes, secundum quod expedire viderit, moderari, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. [36]) Dig. de re iud. 42, 1. l. 2. [37]) Dig. de iud. 5, 1. l. nonnumquam.

»prohibetur haereticus, ut C. 24. q. 1. c. au»divimus. in f., u. d., liquido constat * *.“

27) Cf. part. 2. tit. 6.

28) F. 1. inscr. »De officio cuiusque iu»dicis.“ — Hal. Ham. M. 2. »D. o. cuiuslibet »iud.“

29) M. 2. ad marg. add. »ut Dig. de iu»risd., omn. iud. 2, 1. l. 1., u. d., ius dicentis »officium latissimum est.“ — Ed. 3. »ut Dig. »de iurisd. o. i. 2, 1. l. 1. et Dig. de pet. he»red. 5, 3. l. ult. et Dig. de minor. 4, 4. l. in »causae. 13. §. 1.“

30) Rf. 1. 2. post verba h. c. transcripta add. »Ad idem Cod. de iud. 3, 1. l. iudices. 9., »u. d. * *.“

31) *C. 2. q. 2. c. ult.* Ita libri manuscr. — Al. »C. 3. q. 9. c. penult.“ Ed. 2. 3. 4. — Cf. *Gloss.* ad c. 4. C. 33. q. 2. in v. etiam locus.

Rf. 1. add. »X. 3. de rescript. 1, 2. c. cum »dilecta. 12.“ (Innoc. 3.) »u. d., . . mandat pa»pa quibusdam iudicibus, ut partibus tutum »locum assignent, ut secure possint negotium »terminare.“ — Auctor Rf. 2. (test. Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1.) hoc c. omisisse videtur, eam sc. ob causam, quia in c. cum dilecta. (sub f.) 22. X. G. de rescr. 1, 3. rescissa sunt verba haec: »convenientes in loco competenti et »tuto.“ — M. 2. et libri ed. priorem Rf. sequuntur, sed in not. ad Ed. 2. 3. 4. lector ad antiquiorem comp. remittitur.

32) c. 4. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3.

33) c. 47. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. — In Rf. 1. et in M. 1. ex comp. 3. enotata sunt haec: »de app. ex parte., u. d., quod cum »guerra esset inter Anglicos et Wallenses, »et multi citati ab una provincia in aliam »transire non auderent, nec coram iudicibus »comparere, causas suas etiam illustrissi»mas“ (Sic L. 4. — Al. »iustissimas.“ M. 1.) »relinquebant indiscussas vel transactiones »faciebant nequissimas et damnosas; manda»vit papa, ut locum tutum partibus assigna»rent; quod si non fecerint, licet appellatio »in commissione sit inhibita, licite poterit »provocari.“ — Rf. 2., omissis iis, quae a Raym. rescissa sunt: »d. app. ex p., u. d., »quod dom. papa mandavit iudicibus . .“ — In M. 2. utraque lectio composita est in hunc modum: »de app. ex p., quod cum guerra . . »damnosas. de app. ex p., u. d., dom. papa »mandavit . .“

34) *testibus.* Vulg. — Al. »testibus par»tium.“ L. 4. M. 1. — »partibus et a testibus »partium.“ Bi. F. 1. 2.

35) *q. 8.* Ita codd. T. et B.B. — Al. »q. 9.“ Rf. 1. 2.

36) c. 5. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

37) *Gloss. T.* »Casus. Dicitur in pr., quod »iudex non debet observare semper statutum »tempus a lege, quia in personalibus actio-

72. [38]) C. 5. q. 3. c. si aegrotans. 1. [39]); — item incidentes quaestiones per interlocutoriam sententiam terminare, et ipsas interlocutorias, si expedire viderit, revocare, ut Dig. de sent. et re iud. 42, 1. l. quod iussit. 14. [40]) X. concilii [41]) Lateranensis Innocentii tertii c. cum cessante. 36. [42]); — item per diffinitivam sententiam negotium diffinire, et sententiam suam, si ordinarius est vel a principe delegatus, executioni mandare. ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. quaerenti. 5. [43]) — Et etiam in multis aliis consistit iudicis officium, quae ex sequentibus titulis dilucide apparebunt.

De iudicibus delegatis. [1]) T. 2.

Quoniam iudices delegati saepe constituuntur ab ordinariis [2]), ideo, postquam tractavimus de ordinariis iudicibus, consequenter tractemus de iudicibus delegatis. Videamus igitur, qui sint iudices delegati [3]), et quae sit eorum potestas sive iurisdictio, et qualiter eorum iurisdictio finiatur [4]).

»nibus ita est, quod condemnatis datur quadrimestre tempus. ut Cod. de usur. rei iud. »7, 54. l. 2. et 3. Modo quaeritur, an iudex »possit aliquando ex causa istud tempus prorogare, aliquando abbreviare; et dicitur, »quod sic, habito respectu ad qualitatem cau»sae, nec non personae obsequium; v. g. »aliqua lis est inter patronum et libertum ra»tione obsequii ei debiti, patrono scilicet; »prorogare potest, si lata est sententia con»tra patronum, et abrogare, si lata est sen»tentia contra libertum." (Cf. *Gloss.* ad h. l. 2. in v. obsequio.) »Sed ponamus, quod ali»menta constituta essent alicui; ista causa »favorabilis est; et petita fuerint alimenta, et »lata sit sententia contra petentem alimenta, »in isto casu potest prorogari tempus, ut fiat »supplicatio contra istam sententiam, vel, si »minor sit, in integrum restituetur; coarctari »autem tempus non potest."

38) Ex *Gloss. T.* »Nota ex hac lege, quod »induciae sunt arbitrariae; quod non est in»telligendum de induciis datis a lege."

39) Ed. 3. add. »Ad idem X. G. de sent. »et re iud. 2, 27. c. quod ad consultationem. »15." (c. 5. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.)

40) Post verba hui. l. Rf. 1. 2. add. »ut »Dig. de re iud. 42, 1. l. iudex. 55." (Al. »l. »Paulus. 42." M. 1. — »l. iudex. cum l. seq." Ed. 3.)

In marg. Ham. recentius add. »Si iudex »ordinarius tulit sententiam, quae nulla sit, »bene potest eam corrigere, Cod. quom. et »quand. iud. 7, 43. l. 4.; quod est contra opi»nionem quorundam; sed delegatus non, »Dig. de actōnib. l. 4." (Fuerit l. 4. Cod. de accusat. 9, 2. Verum ipsa haec l. 4. et ista prior l. 4. Cod. quom. et q. iud. permutato ordine appositae esse videntur. Cf. *Gloss.* ad l. 4. Cod. quom. et q. iud. in v. commisit. et ad l. 4. Cod. de accus. in v. eundem.), »quia »semel pronunciando functus est officio etc. »X. G. de off. deleg. 1, 29. c. in literis. 9." (c. 14. X. 1. e. t. 1, 21. Alexand. 3.)

41) *X. concilii.* (ut saepius.) — »ex. con." L. 2. — Al. „ex concilio." B. Bs. L. 1.

42) c. 4. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 60. X. G. e. t. 2, 28.

43) c. 26. X. G. e. t. 1., 29. Innoc. 3.

1) *De iudicib. del.* Vulg. — Al. »De iudice »del." L. 4. Bi. F. 2. Ham. — Cf. not. 4. et 41. ad h. tit.

2) *ordinariis.* Vulg. — Al. »ordinario." B. L. 2. A.

3) F. 1. add. »quod eorum officium." Cf. not. seq. 4.

4) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de iudice deleg. pr. in v. potestas. »Tancr. in »suo ordine iudiciario rubr. secunda posuit »solum tria membra, sc. primum, quintum

§. 1. **§. Delegati iudices sunt, quibus una vel plures causae ab eo, qui ordinariam habet iurisdictionem vel a principe delegatam, delegantur vel committuntur.**

§. 2. **§. Officium delegati in multis consistit, sicut supra in titulo proximo de iudice ordinario dictum est.**

Potestas est, quia, ex quo causa sibi commissa est, etiamsi simpliciter, extenditur ad omnia, sine quibus causa explicari non potest. ut X. 1. de off. et pot. iud. deleg. 1, 21. c. praeterea. 6. [5]) X. 2. e. t. 1, 12. c. quaesitum. 2. [6]) Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. 2. [7]) — Item excommunicatum actorem absolvere potest, quamvis non sit ei hoc specialiter demandatum. ut X. 2. de off. iud. deleg. 1, 12. c. prudentiam. 3. §. sexta [8]). — Item punire potest contumacem vel iurisdictionem suam impedientem, ut X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. quaesitum. [9]) 2. X. 3.

»et sextum." (*Durant.* »1. quid sit delegatus. »..5. quod sit delegati officium, iurisdictio »seu potestas. 6. quibus modis finiatur.")

Rf. 2. post v. finiatur. add. »et quae sit »differentia inter iudices delegatos a principe »et iudices delegatos ab alio." Cf. not. 41. ad h. tit.

5) c. 5. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

6) Haud recept. in coll. Greg. Cf. not. 11. ad *Pill.* part. 2. §. 18. — Rf. 1. »ubi ponitur »talis casus: quaesitum fuit a papa, utrum »delegatus posset mandare ordinario, ut ci»taret partes vel sententiam suam demanda»ret executioni iudici ordinario; et dicit pa»pa, quod sic; et potest ordinarium cogere »ad hoc, si ei noluerit obedire, quia non sua, »sed delegantis utitur potestate, et omnia de»legantur iudici delegato, quae ad iurisdictio»nem faciunt." — B.B. substit. »c. ex parte." 13. X. G. h. t. 1, 29. siv. c. 18. X. 1. e. t. 1, 21. Alexand. 3. — Rf. 2. om. c. quaesitum., neque substit. alium locum. — Ed. 2. 3. 4. »Ad idem X. G. e. t. 1, 29. c. pastoralis. 28. »§. quia vero. 3." (c. 7. X. 3. e. t. 1, 18. Innoc. 3.) »ubi ponitur talis intellectus: quae»situm * *" (Sequuntur eadem fere, quae in »Rf. 1. ex c. quaesitum. hausta sunt.)

7) Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis »nova X. G. de off. et pot. iud. del. 1, 29. c. »suspicionis. 39. §. ab ipso quoque." Gregor. 9.

Gloss. T. ad l. l. 2. »Casus. Dicitur, quod »aliquis voluit uti iurisdictione ei data; non »potuit, forte quia alius ei resistebat; quaeri»tur, quid iuris, et an possit contra resisten»tem procedere et eum punire, cum non sit »ei demandatum hoc specialiter; dicit iure»consultus, quod sic, quia omnia etc. Vel »alio modo: Titius petebat coram defensore »civitatis centum, qui tantummodo habet co»gnoscere super quinquaginta; item iste de»fensor non habet cognoscere super quae»stione status; Seius excepit contra Titium, »quod ipse erat servilis fortunae, removendo »ipsum ab agendo; quaeritur, cum iste de»fensor directe non possit cognoscere super »quaestione status, an indirecte possit; dici»tur, quod sic, quia cui etc. Faciunt ad »hanc l. Dig. de off. eius cui mand. est iurisd. »1, 21. l. ult., u. d., mandata enim iurisdictio »sine coercitione nulla est; et Cod. de sent. »et interl. omn. iud. 7, 45. cuius in agendo. »(l. 14. sub f.); planum est; et Dig. mand. 17, »1. l. diligenter. 5. (pr.) u. d., fines mandati »diligenter custodiendi sunt; Dig. de procu»rat. 3, 3. l. ad rem mobilem. 56. et l. ad diem »legatam." (Fuerit l. ad legatum. 62.)

8) c. 21. §. 2. X. G. e. t. 1, 29. Coelestin. 3.

9) *X. 1. de off. iud. del. c. quaesitum.* Bs. L. 1. Rectius Rf. 1. »X. 1... quia quaesi»tum." et inde Rf. 2. »X. G. de off. iud. del. »1, 29. c. quia quaesitum. 1." Alexand. 3. Ibi in f. »tam eos, qui trahuntur in causam, quam »principales eorum fautores, si eos manifeste »cognoveris iustitiam impedire, districtione »ecclesiastica poteris coercere." — Al. »X.

e. t. 1, 18. c. pastoralis. 7. [10]); quia iurisdictio nulla est sine coercitione, ut ibidem dicitur et Dig. de off. eius cui mand. est iurisd. 1, 21. l. ult. (§. 1.) — Item citare potest et citationem alii committere, si est a principe delegatus. [11]) ut X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. pastoralis. 7. [12]) — Item causam sibi delegatam, totam vel partem, coniunctim vel divisim, uni vel pluribus delegare potest. [13]) ut X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. super quaestionum articulis. 6. [14]) — Item maior est eo, cuius causa sibi committitur. ut X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. sane. 16. [15]) — Item sententiam suam exsequi potest vel eius executionem alii demandare. [16]) ut X. 1. de off. et pot. iud. del. 1, 21. c. in literis. 14. [17]) X. 3. e. t. 1, 18. c. quaerenti. 5. [18])

Sed licet haec et alia multa possit iudex delegatus, de his tamen tantum [19]) potest cognoscere, quae in commissione continentur vel per generalem clausulam comprehendi possunt, (et non ad alias res vel personas iurisdictionem suam extendere, ut X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. ult. [20])), et de his etiam, quae in modum reconventionis obiiciuntur a reo. ut X. 1. de mut. pet. 2, 4. c. 2. et 3. [21]) C.

»2. de off. iud. del. 1, 12, c. quaesitum. 2." B. L. 2. Cf. not. 11. ad *Pill.* part. 2. §. 18. — Codd. B.B. parum accurate: »X. G. de off. »iud. del. c. quaesitum."

10) c. 28. (pr.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 1. loco huius c. et seq. verborum usque ad v. dicitur. »Ad idem X. 3. (e. t. 1, 18.) c. ex literis. 8." (c. 29. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.) »u. d., si delegatus coercitionem »non haberet, demandata sibi iurisdictio de»lusoria videretur." — Rf. 2. »c. pastoralis. »et c. ex literis. u. d., si subdelegatus aliquam »coerc. n. h. . ."

11) Cf. h. t. §. 4. vers. secunda differentia.

12) Cf. not. sup. 10. — Rf. 1. 2. add. »§. »2." (al. »§. 1." Bi.) Vid. vers. item subsequenter.

13) *delegare potest.* — Rf. 1. 2. »dele»gare vel eius exsecutionem alii demandare »potest."

Cf. h. t. §. 4. vers. prim. quia delegatus a principe.

14) c. 27. (pr. vers. intentionis.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 2. add. »Ad idem facit »decretalis nova X. G. e. t. c. venerabili fratri »nostro. 37. circa medium." Vid. vers. porro. et fin. cap. — Honor. 3.

15) c. 11. (verb. »iudex a nobis delegatus »etc.") X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

16) Cf. h. t. §. 4. vers. quarta.

17) c. 9. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

18) c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

19) *tamen tantum.* Recepi ex M. 1. — Al. »tm̄." (tantum.) B. L. 1. 2. A. — »tn̄." (tamen.) Bs. E. Hal. L. 3. — Eadem est lect. var. in codd. Rf. 1. 2.

20) c. cum olim. (Ita recte B.B. et plur. codd. Rf. 2.; sed M. 1. »c. ult.") 32. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 2. add. »Et quod iudex »no npotest prorogare iurisdictionem suam »ad alias personas vel res, dicit decretalis »nova X. G. de off. iud. del. 1, 29. c. P. et G. »40." (Gregor. 9.) »Et hoc verum est, quod »principaliter non potest iurisdictionem suam »prorogare, sed accessorie sic. Item de his »potest cognoscere, quae in mod. reconv. . ."

21) *c. 2.* ex literis. 1. X. G. e. t. 2, 4. Alex. 3. — *c. 3* eiusd. Alex. in coll. Greg. haud recept. est. Cf. not. 5. ad Pill. part. 2. §. 5. — B.B. in codd. A. Hal. L. 3. »X. G. de mut. pet. c. 2." (c. prudentiam. Coelestin. 3.); sed in E. »X. G. d. »m. p. c. 1. et c. 2." — Rf. 1. »X. 1. de mut. »pet. c. miramur., ubi talis ponitur casus: »quidam clerici litigabant contra quosdam »monachos coram delegato iudice; monachi

3. q. 8. c. cuius in agendo. (c. 1. §. 2.)[22]) — Et hoc ideo, quia fines mandati diligenter custodiendi sunt. ut X. 3. de rescr. 1, 2. c. cum dilecta. 12.[23]) et Dig. mandat. 17, 1. l. diligenter. 5. (pr.)

§. 3. §.[24]) Finitur autem delegatorum iurisdictio multis modis: — scilicet mortuo eo, cui sub proprio nomine causa delegatur, ut C. 18. q. 2. c. dudum. 27.[25]) X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. quoniam abbas. 19.[26]); — item, si delegans causam ad se revocet, ut Dig. de iud. 5, 1. l. cum praetor. 12. (pr.)[27]) Inst. mandat. 3, 26. (27.) §. recte. 9. X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. 1.[28]); — item, si

---

»nolebant respondere, nisi illi clerici respon»derent eis coram illo iudice; dicit papa, »quod respondeant clerici monachis in conti»nenti." — Rf. 2. »X. G. de mut. pet. c. ex »literis., ubi ponit. tal. cas. . ." (ut in Rf. 1.)

22) Ibi verba l. 14. in f. Cod. de sent. et interl. 7, 45.

Rf. 1. 2. add. »Istud respicit illud, quod »supra dictum est, quod sc. iudex delegatus »tantum cognoscere potest de his, quae in »commissione continentur." Sed hanc notam ad sequentia verba (»et hoc ideo etc.") referendam atque e margine in contextum parum apte translatam esse facile patet.

23) c. 22. X. G. e. t. 1, 3. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. add. »u. d., quod papa cassavit proces»sum quorundam delegatorum, quia omisso »articulo indiscusso, qui primus inserebatur »in rescripto, de sequentibus tractaverunt »super causa, quae inter duas moniales ver»tebatur." — ac subinde Rf. 2. »Et propter »eandem causam fuit cassatus processus »quorundam iudicum, quia non restituerunt »quendam episcopum loco suo et rebus, sicut »acceperunt in mandatis. ut X. G. de off. iud. „del. 1, 29. c. venerabili. 37. circa pr." (Cf. posteriora hui. c. verba.) Honor. 3.

24) L. 4. M. 2. inscr. „Quot modis finitur „iurisdictio delegati."

25) Ex hac Gregorii epist., de monasteriis per clericos non praegravandis ad episc. Ravennatem scripta, in Rf. 1. enotata sunt haec: „licet praedecessori vestro literas mi„sissemus, ut hoc emendare debuisset, sed „quoniam morte citius est occupatus, ne hoc „onus monasterii remaneat, fraternitati ve„strae nos idem scripsisse meminimus." — Aliter, et neglecto ipsius c. contextu, quod recte notatum est in Ed. 2. 3. 4., Rf. 2. „u. d., „quod dominus papa mandavit cuidam epi„scopo, ut puniret quosdam clericos, qui „bona ecclesiarum dilapidabant; episcopus „non processit in causa; ipso sublato de me„dio, successor eius voluit procedere; dici„tur, quod non potest, quia sub proprio no„mine mandatum fuerat praedecessori."

26) c. 14. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3. — Inde Rf. 1. »u. d., duo abbates erant delegati, »non expressis nominibus personarum, sed »locorum; alter mortuus fuit et alius substitu»tus; iudex superstes cum alio substituto »sententiavit; et dicitur, quod valet sententia »eorum. Ergo, si exprimeretur nomen mor»tui, non valeret sententia substituti." — Haecce verba »Ergo etc." in pluribus codd. Rf. 2. F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. omissa, sed in Bi. et in libris editis servata sunt. — Rf. 2. add. »Et dicit decretalis nova, quod uno de»legatorum mortuo vel arbitrorum eorum of»ficium exspirat, nisi aliud in delegatione vel »in compromisso fuisset expressum. ut X. G. »de off. del. 1, 29. c. uno delegatorum. 42." Gregor. 9.

27) Ex *Gloss. T.* »Casus. Praetor Titio et »Seio et Sempronio causam aliquam commi»sit; postea inhibuit Seio, ne iudicaret; quae»ritur, utrum quoad duos esset iurisdictio re»vocata; dicitur, quod non, quia videtur ce»teris committere. Et ita facit ad propositum »magistri, videlicet, quod delegans potest »revocare."

28) Innoc. 3. — verb. »nos, quidquid ab

ipse iudex remittit causam ad delegantem, ut X. 3. de off. legat. 1, 19. c. licet Tranenses. 3.[29]); — item elapso termino, in commissione comprehenso, nisi de consensu partium prorogetur, ut X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. de causis. 5. c. consultationibus. 15.[30]); — item lata sententia et executioni mandata, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. iudex postea. 55. X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. in literis. 14.[31]); — item, si causa fuerit alii commissa, habita expressa men-

---

»eis factum fuit, postquam praedecessor no»ster ad curam suam idem negotium revoca»vit, irritum decernimus et inane." — Ex ista decr. desumta sunt c. 10. X. G. de constit. 1, 2. atque c. 4. X. G. ut lit. pend. nih. innov. 2, 16.; et in hoc c. 4. ea leguntur, quibus noster usus est. Recte igitur Rf. 2. »X. G. ut »lit. pend. n. i. c. ecclesia s. Mariae."; contra vero B.B. »X. G. de constit. c. eccl. s. M."

29) c. 5. X. G. e. t. 1, 30. Innoc. 3.

30) c. 4 10. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3. — Posteriorem locum om. B.B. et Rf. 2., cum a Raym. rescissa sint haec: »exspirat iuris»dictio, quia sine consensu utriusque non li»cet iudici terminum prorogare aliquatenus »praefixum a delegatore." — Ed. 2. 3. 4. »Ad »idem e. t. c. P. et G. 40." (Gregor. 9.) »u. d., »sine utriusque partis consensu non licet iu»dici terminum prorogare praefixum a dele»gante." Quae quidem in Rf. 1. ex isto c. consultationibus. peti poterant, sed ad hoc c. P. et G. male translata sunt.

31) c. 9. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

Rf. 1., anteposito hocce c., post transcripta verba l. 55. add. »Hoc intelligo quan»tum ad examinationem causae, sed non fini»tur eius officium quantum ad tuitionem suae »sententiae, quia semper eam tuebitur, ut »Dig. ne vis fiat ei, qui in poss. mitt. 43, »4. l. 1. (§. 1.), u. d., quod frustra mittit iu»dex in possessionem, nisi missum tueatur. »Sed quaeri potest, quousque tuebitur? Re»spondeo, semper, arg. Cod. de poen. 9, »47. l. servus. 10., u. d., quod, si iudex ita sen»tentiavit contra servum: condemno te, quod »sis in vinculis, quaerebatur, quousque de»beat esse in vinculis; dicit lex, quod in per»petuum, ex quo non fuit expressum in sen»tentia, usque ad quod tempus. Ergo a simili, »ex quo potest iudex tueri sententiam, intelli»gendum est, quod semper tueri possit. Imo »etiam successor iudicis delegati hoc potest. »arg. X. 3. de off. ord. 1, 20. c. pastoralis. 5." (c. 11. X. G. e. t. 1, 31. Innoc. 3. verb. »for»san delegatus talis exstiterit, cui alius suc»cedat in onere et honore.") »Et quod tueri »possit, habes X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. »c. cum Bertholdus. 8." (Innoc. 3. verb. ult. »auctoritate nostra suffulti sententiam nostram »faciatis inviolabiliter observari, praefatum »T. in corporalem possessionem ... ecclesiae »inducentes et tuentes inductum.") — Haecce »Et quod tueri etc." ad Rf. 1. referenda esse docet Ed. 1.; sed in L. 4. abrasis, ut videtur, his verbis, alia inserta sunt, quae ad Rf. 2. pertinent, nimirum haec: »Et hodie dicit de»cretalis nova, quod quis debet mitti in pa»cificam possessionem et corporalem. ut X. »G. de off. iud. del. 1, 29. c venerabili. 37." Honor. 3. — Auctor enim Rf. 2. retinuit quidem et paululum immutavit priora illa omnia, quae ex Rf. 1. transcripsimus: »Hoc intelligo »quantum ad examinationem ..." (Ad l. l. servus. aliqua addidit, quae memoratu haud digna sunt.) »ex quo non fuit expr. in sent., »usque ad quod tempus. Ergo a simili, . . »quod semper eam tueri debet. Imo etiam »successor . . . c. pastoralis. §. praeterea."; sed cum ea, quae ex genuino c. cum Berthold. enotata erant, in X. G. de sent. et re iud. 2, 27. c. cum Berthold. 18. haud reperiret, omisit ultima verba: »Et quod tueri . . .", ac solito suo loquendi more usus: »et dic. hod. »decr. nov.", recentiorem decretalem substituit. — Rem ita se habere plures codd. hanc Rf. 2. exhibentes testantur, Bi. F. 2. Ham.

tione prioris commissionis, ut X. 1. de rescr. 1, 2. c. ceterum. 3.[32]) X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. pervenit. 13.[33]) X. 3. e. t. 1, 18. c. ex literis. 8.[34]); — item, si re integra moriatur delegans, ut X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. penult.[35]) et ult.[36]) X. 3. e. t. 1, 18. c. licet undique. 9.[37]); — item, si appelletur in casu licito, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. significaverunt. 35.[38]); — item, si fuerit re-

---

M. 1. 2. Ceterum in F. 1., nec non in Ed. 2. 3. 4. uterque locus servatus est hoc ordine: »Et »hod. dic. decr. n. . . venerabili. Et quod tueri »possit . . . Bertholdus."

32) c. 3. X. G. e. t. 1, 3. Alexand. 3.

33) *X. 1. de off. i. d. c. pervenit.* in coll. Greg. haud recept. Ibi Alexand. 3. ad duos episcopos, iudices delegatos: »mand., q. non »obstantibus literis . . . posterius impetratis, »nisi ibi contineatur expressum, quod causam »ipsam vestro iudicio subtraximus, utramque »partem apud vos convocetis etc."

34) c. 29. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 2. om. — Ibi add. »Item alio modo finitur, »si aliquis vices suas in totum commisit ali»cui, quia, si postea velit alii committere, »non potest. ut X. G. de off. iud. del. 1, 29. »c. venerabili. 37." Honor. 3.

35) c. relatum. 19. X. G. e. t. 1, 29. Luci. 3. »Si . . . ante litis contestationem decessit, »non est a iudicibus, quos delegaverat, ex »delegatione huiusmodi procedendum."

36) c. gratum. 20. X. G. e. t. 1, 29. Urban. 3. »cum . . . citatione facta negotium sit »quasi coeptum, et maxime, si delegatus non »sit certus de obitu delegantis, potest et de»bet in causa procedi."

37) c. 30. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. »si »iurisdictione a suo sibi collega delegata eo »vivente uti non coeperit etc."

Loco istorum »item si re integra etc." Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Item finitur, si re in»tegra exsistente moriatur delegans. ut Inst. »mandat. 3, 26. (27.) §. recte. 9. 10. X. 3. de »off. iud. del. c. licet undique. in f., u. d., »quod mandatum re integra exsistente morte »mandatoris exspirat. X. 1. e. t. c. pen. et »ult." (Vid. not. 35. 36.) „Dig. de iurisd. omn. „iud. 2, 1. l. et quia nec principaliter. 6. si is »qui mandavit iurisd." * * — Rf. 2. add. »Et »dicit hodie decretalis nova, quod, si legatus »destinatus ad aliquam provinciam commise»rit causam alicui, et ille non citaverit par»tes, antequam legatus de illa provincia re»cesserit, exspirat eius iurisdictio. ut X. G. »de off. leg. 1, 30. c. nemini dubium. 10." Gregor. 9.

38) Alexand. 3. Cantuar. archiepiscopo: »si . . . constiterit, in . . . literis appellationem »inhibitam non fuisse, quidquid post appel»lationem . . . ad nos interpositam in causa »ipsa innovatum est vel mutatum, in eum »statum facias appellatione cessante reduci, »in quo tempore factae appellationis noscitur »exstitisse." — Quid vero de exceptione in isto casu admittenda senserit noster, commemoratur in *Gloss.* ad c. constitutus. 45. X. G. de appell. 2, 28. Innoc. 3. in v. delegavit.

Loco hui. c. significaverunt., quod in coll. Greg. haud receptum est, B.B. »X. G. de »appell. 2, 28. c. ad haec. 37." (c. 46. X. 1. e. t. 2, 20. Luci. 3.) — Al. Rf. 1. »X. 1. de ap»pell. 2, 20. c. significavit. 24." (Alexand. 3.) »u. d., quod, si aliqui appellant ad superio»rem, exemti sunt omnino quoad illum arti»culum, super quo appellatum est, a iuris»dictione iudicis, a quo appellant. Ad idem »X. 1. e. t. c. relatum. 25." (Alexand. 3.) »ubi »idem dicitur. Ad idem X. 2. e. t. 2, 19. c. di»rectae. 13." (Clem. 3.) »u. d., cum aliquis »appellat, a iurisdictione eius, a quo est ap»pellatum, se facit exemtum." — Istas decretales Alexand. 3., in coll. Greg. haud receptas, om. auctor Rf. 2., sed retinuit »X. G. »de appell. 2, 28. c. directae. 39." Sic Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. — Ed. 2. 3. 4. »c. directe.

cusatus legitime. ut X. 2. de appell. 2, 19. c. secundo requiris. 16.[39]) X. 3. de for. comp. 2, 2. c. licet ex suscepto. 1.[40])

§.[41]) Praeterea nota quadruplicem differentiam inter delegatum a principe, §. 4. hoc est a domino papa vel imperatore, et delegatum ab alio iudice, puta episcopo vel duce: — Quia delegatus a principe potest totam causam vel eius partem alii delegare, ut X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. super quaestionum articulis. 6.[42]); sed delegatus ab alio iudice causam sibi delegatam alii delegare non potest, ut Cod. de iud. 3, 1. l. a iudice. 5.[43]); nisi cum universitas sibi delegata est. ut Dig. de iud. 5, 1. l. cum praetor. 12. §. 1.[44]) Addunt quidam alium casum, scilicet

---

»..c. significante. (pro »significavit.") .. c. »relatum.", — quae parum accurate ex Rf. 1. petita esse videntur.

39) c. 41. (§. 1.) X. G. e. t. 2, 28. Coelestin. 3.

40) c. 10. X. G. e. t. 2, 2. Innoc. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Ad idem X. 4. de »appell. 2, 12. c. cum speciali. 5." (61. X. G. e. t. 2, 28. ex conc. Lateran. a. 1215.) »u. d., »quod, postquam fuerit causa recusationis »iudicis coram arbitris probata, ad superio»rem vel aliquem electum de consensu par»tium recurratur." — Subinde Rf. 2. »Ad idem »X. G. de off. iud. del. 1, 29. c. suspicionis. »39." Gregor. 9.

41) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de iudice del. §. 2. in v. quisquis. »differentias, »quas habuit Guilielmus a Tancredo in suo »libello hui. tit. in f." — L. 3. inscr. »De dif»ferentia delegatorum." — L. 4. »Quomodo »differt delegatus a principe ab alio del." — M. 2. »In quibus differt iurisd. del. ab ord."

42) c. 27. (Rf. 2. »§. intentionis." pr. sub f.) e. t. 1, 29. Innoc. 3.

Cum causa aliqua pluribus delegata et adiecta sit clausula: »quod si non omnes »etc.", Tancr. statuit, ab eo, qui interesse nequeat, si temporali tantum impotentia impediatur, alium iudicem subdelegari posse; test. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de iud. del. §. 5. num. 9. Cf. *Gloss.* ad c. pastoralis. 28. §. 4. X. G. de off. et pot. iud. del. 1, 29. (Innoc. 3.) in v. a rege.

43) Post transcripta hui. l. verba Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis nova X. G. »de off. iud. del. 1, 29. c. ult." (Gregor. 9.), »u. d., quoniam apostolica sedes intendit »providere negotiis, non personis, quibus »eadem committuntur, si iudex tertius, licet »ex officio nostro, vel de assensu partium »pro communi a nobis datus eisdem, aliis de»legavit vices suas, cum delegato a principe »id concedatur a iure, delegatio valebit ipsius. »Ad idem X. G. de appell. 2, 28. c. cum cau»sam. 62." (Honor. 3.) »ubi dom. papa sub»delegationem factam a subdelegatis iudicum »delegatorum a se ipso datorum reprobavit, »cum nonnisi iudex delegatus a principe »potest dare iudicem."

44) Ex *Gloss. T.:* (in ista l.) »dicitur, »quod legatus proconsulis, qui datus est ad »universitatem causarum, potest alii iurisdi»ctionem committere. Et ita facit ad propo»situm magistri." — Cf. *Gloss.* ad l. legatus. 12. Dig. de off. procons. 1, 16.

Ed. 3. post verb. l. l. 12. §. 1. add. »Sed »contra est Cod. ubi et ap. quem cogn. i. int. »rest. 2, 47. l. cum scimus. 3. et Dig. de off. »procons. 1, 16. l. solent. 6. et Dig. de iurisd. »omn. iud. 2, 1. l. more. 5. Solutio: hic loqui»tur de datis a proconsulis legatis et confir»matis a principe, in contrariis de delegatis »a legato proconsulari tantum. vel: hic loqui»tur in temporalibus magistratibus, ibi de »perpetuis. vel: hic loquitur de generaliter »datis nomine suo, ibi de simpliciter datis ad »maiorem aliquam causam. vel: hic post li»tem contestatam, ibi ante litem contesta»tam."

quod post litem coram eo contestatam potest residuum alii delegare. arg. Cod. de procurat. 2, 13. l. neque tutores. 11. X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum Bertholdus. 8. [45]) — Secunda differentia est, quia delegatus a principe potest citare partes ante litem contestatam cum edicti solennitate, ut X. 1. de off. iud. del. 1, 21. c. gratum. 23. [46]) c. relatum. 22. [47]) X. 3. e. t. 1, 18. c. pastoralis. 7. [48]); ab alio delegatus minime. ut Cod. de iud. 3, 1. l. sancimus. 15. in f. [49]) in Auth. de litigios. §. omnem. (Nov. 112. c. 3. pr.) [50]) —. Tertia, quia, si delegat alii causam, appellatur ad eum, si quid sibi de causa reservat, ut X. 3. de off. del. 1, 18. c. super quaestionum. 6. [51]); secus in delegato a minori iudice, quoniam ab eo ad superiorem appellatur, ut Dig. quis et a quo appell. 49, 3. l. 1. (§. 1.) [52]) — Quarta, quia delegatus a principe potest suam sententiam exsequi, ut X. 3. de off. del. 1, 18. c. quaerenti. 5. [53]); sed delegatus ab alio nequaquam. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo Pio. 15. X. 1. de foro comp. 2, 2. c. si quis contra 5. [54])

---

45) c. 18. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. committentibus.

46) c. 20. X. G. e. t. 1, 29. Urban. 3. — Rf. 1. 2. „c. gratum. ubi quaeritur, utrum iudex delegatus, proposito citationis edicto „ante mortem delegantis, lite vero post mortem contestata, debeat in causa procedere; „et respondetur, quod sic, quia, cum citatione facta negotium sit quasi coeptum, potest et debet in causa procedi, et maxime „cum delegatus non sit certus de obitu delegantis, tenebitque, quod iustitia praevia „fuerit iudiciali tramite diffinitum." (Cf. not. 36. ad h. t.) — Post haec Rf. 2. „Et quod negotium sit quasi coeptum citatione facta, „et quod per citationem perpetuetur iurisdictio iudicis, dicit decretalis nova X. G. de „off. leg. 1, 30. c. nemini. 10." Gregor. 9.

47) c. 19. X. G. e. t. 1, 29. Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. contestata. — Rf. 1. 2. hoc c. om.

48) c. 28. (§. 1.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. hoc c. om.

49) Cf. *Gloss.* in v. non citati — Ex *Gloss. T.* ad h. l. al. loco (cf. not. 26. ad seq. tit. 3.) apposita: „pedanei iudices sunt, ut tales, qui „dati sunt ab archiepiscopis et episcopis."

50) Ex *Gloss. T.* „sic facit ad propositum „magistri: iudices dati ex imperiali iussione „possunt cum edicti solennitate, i. e. literatorie „comminando citare; sume ergo a contrario „(et est fortissimum arg., ut Dig. de off. eius „cui mand. est iurisd. 1, 21. l. 1.): alii, ab „aliis dati, quam a principe, citare non possunt, ut sunt delegati ab archiepiscopis vel „episcopis."

Rf. 1. 2. post transcripta verba Nov. 112. c. 3. add. „Ad idem Cod. quom. et quand. „iud. 7, 43. in Auth. qui semel." Cf. *Gloss.* in v. delegatis. — Subinde in Ed. 3. inserta sunt ea, quae nos post libr. Tancr. ult. in excursu subiecimus.

51) c. 27. (§. 2.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

52) Cf. *Gloss.* prim. in v. ab eo.

53) c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

54) Gregor. M. Bonifacio defensori Corsicae: „Si quis contra clericorum aliquem „causam habuerit, episcopum ipsius adeat; „qui si forte suspectus fuerit, exsecutor ab „ipso deputetur, aut, si et hoc actor refugerit, a te est deputandus, qui partes sibi mutuo consensu iudices compellat eligere; a „quibus quidquid fuerit diffinitum, vel tua vel „episcopi sollicitudine, servata lege, modis „omnibus compleatur." — Inde sumtum c. 4. X. G. e. t. 2, 2., sed ita mutilatum est, ut defensoriae potestatis memoria exstingueretur. Cf. *Cuiac.* comm. ad h. c. 4 et *Gonzal. Tell.* not. ad e. l. — Ceterum iamiam in Rf. 1. ad episcopum restricta sunt verba, ex c 5. in hunc modum enotata: „quidquid erit diffinitum vel iudicatum per cognitorem datum ab „episcopo, debet episcopus exsequi." (Simi-

§. In summa omnium praecedentium titulorum [55]) notabis, quod, licet unus §. 5. **solus iudex ordinarius vel delegatus causas quaslibet tractare valeat et finire, criminales tamen clericorum causas, sive sit ordinarius, sive delegatus, solus unus tractare non potest; sed in criminali causa diaconi exiguntur tres episcopi praeter proprium episcopum, in causa presbyteri sex, in causa episcopi duodecim praeter proprium metropolitanum. ut C. 15. q. 7. c. 1. et 2. [56]). Et hoc generaliter verum est, nisi causa illa sit a principe delegata; in his enim, quod principi placuit, legis habet vigorem. [57]) ut Dig. de const. princ. 1, 4. l. 1. (pr.) [58])**

De arbitris. [1]) T. 3.

Quia ad instar iudiciorum arbitria sunt redacta, ut Dig. de recept. 4, 8. l. 1. [2]), ideo, postquam tractavimus de aliis iudicibus, consequenter de arbitris videamus. Ostendamus itaque, qui iudices sunt arbitrarii, qui possunt arbitri esse, de quibus causis potest in arbitros compromitti, in quibus differunt arbitria a iudiciis, et qualiter finitur arbitrium.

§. Arbitri sunt, qui de consensu partium eliguntur. Et in eos sub poenae §. 1. **stipulatione compromittitur, ut metu poenae ipsorum sententiae stetur; quoniam sententia arbitri non valet sine poenae promissione vel pignorum datione, ut Cod. de arbitr. 2, 56. l. 1.; quod verum est, nisi in duobus casibus, scilicet si partes subscripserint sententiae arbitri [3]), vel si decem diebus tacuerint post sententiam. ut Cod. e. t. 2, 56. l. cum antea. 5. (pr.) [4])**

§. Possunt esse arbitri omnes, qui non prohibentur. — Prohibetur mulier, §. 2. **ut Cod. e. t. 2, 56. l. ult. [5]); — minor viginti annis, ut Dig. de recept. 4, 8. l. cum**

lit. Rf. 2.) Et ipsi fortasse prioris Rf. auctori verba »vel tua vel", quae in f. istius c. 5. posita sunt, haud nota fuere. Cf. *Augustin.* ad h. l.

55) Cf. not. 98. ad part. 2. tit. 7.

56) *c. 1. et 2.* Ita codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. »c. 3." — Vid. c. 1. et 3.

57) Rf. 1. et libr. ed. add. »Inst. de iur. »natur. 1, 2. §. sed quod principi. 6."

58) In locum verborum, quae ex hac l. enotari poterant, in codd. Rf. 1. 2. inepte substituta sunt verba l. 1. Dig. de legib. 1, 3. et in cod. Bi. ipsa haec l. allegata, nec non glossator T. eam interpretatus est. — Ed. 2. 3. 4. recte: »Dig. de const. pr. l. 1."

1) Vulg. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de arbitris. (Sic Mediolan. — Al. »de arbitro et arbitratore."): »Materiam ponit »Tancr. sua tertia rubr."

2) Rf. 1. 2. add. l. 2. e. t. — Vitaverunt hunc errorem Ed. 2. 4. — Ed. 3. post verba l. 1. add. »Item quia arbiter, ut iudex, eadem »forma iurare debet; sicut etiam apud utrasque" (Fuerit »utrumque") »partes de calu»mnia iurare coguntur. ut Cod. de iud. 3, 1. »l. rem non novam. 14. et Cod. de iureiur. »propt. cal. 2, 59. l. 2. §. sed quia veremur. »4. Et tamen statim subiungitur l. 2. Dig. e. »t 4, 8: ex compromisso placet exceptionem »non nasci, sed poenae petitionem. Quod in»tellige secundum veteres leges et non se»cundum novas."

3) *subscr. sententiae arbitri.* — Rf. 1. 2. »subscr., quod non displiceat sibi, subiacere »sententiae arbitri."

4) Cum transcripto hoc pr. in Rf. 2. coniuncta sunt haec: »Ad idem Cod. e. t. l. si in »arbitris. 4., u. d., quod arbitri eligantur a »partibus cum iuramento, ne perfidi iudicia »eludere possint, et ipse arbiter iuret, quod »litem dirimet cum omni veritate."

5) *Prohibetur — l. ult.* Rf. 2. h. l. om. Cf. seq. not. 6.

l. ult. Ita scribendum est. — Libri manuscr. »mulier."

lege. 41. [6]); — prohibetur servus, ut Dig. e. t. 4, 8. l. Pedius. 7.; — surdus et mutus, arg. C. 3. q. 7. §. tria. (ad c. 1.) [7]); — prohibetur laicus arbiter esse in causa spirituali, ut in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. contingit interdum. 40. in fi. [8]) — Et quidam [9]) dicunt, quod iudex ordinarius arbiter esse non potest super lite, quae coram eo tractatur, per legem illam in Dig. de recept. 4, 8. si in servum. 9. §. 1. (2.) et C. 3. q. 7. §. cognitores. (c. 2. §. 17. cum seq. 19.) Sed secundum canones [10]) tam ordinarius quam delegatus arbiter esse potest: de ordinario habes X. 3. de arbitr. 1, 25. c. cum tempore. 2. [11]) X. 3. de praesumt. 2, 14. c. 1. [12]); de delegato, quod arbiter esse possit, habes X. 3. de arbitr. 1, 25. c. ult. [13]) X. 3. de praebend. 3, 5. c. nisi essent. 8. [14])

§. 3. §. [15]) Sequitur, de quibus causis potest iri ad arbitros. Et dicendum est, quod de omnibus, exceptis criminalibus et liberalibus et matrimonialibus. ut Dig. de recept. 4, 8. l. non distinguemus. 32. §. si per errorem. 6. et §. de liberali. 7. X. 3. de arbitr. 1, 25. c. cum tempore. 2. [16]) X. 3. de iureiur. 2, 15. c. tua nos. 10. [17]).

---

6) Rf. 1. add. »Impubes etiam prohibetur »ab omnibus saecularibus officiis. ut Dig. de »reg. iur. 50, 17. l. 2." (§. 1.) Cf. not. seq. 7. in f. — Bi. »Item mulieres ab omnibus civili»bus officiis debent abstinere. ut Dig. de reg. »iur. 50, 17. l. 2." (pr.) Similit. libri ed., et in Ed. 3. superadd. »et Cod. de arbitr. 2, 56. l. »ult."

7) *prohibetur servus . . . §. tria.* — Rf. 1. »prohibetur servus, surdus, mutus, furiosus. »arg. C. 3. q. 7. §. tria. Dig. de recept. 4, 8. »l. sed et si. 9. §. sed neque. 1." — Ed. 1. »prohib. infamis, surdus . . . §. tria." — Codd. Rf. 2. om. — Ed. 2. 3. 4. »proh. furiosus. »surdus, mutus, servus. arg. C. 3. q. 7. §, „tria."

Rf. 2. add. »Item impuberes ab omnibus »officiis civilibus debent abstinere."

8) c. 1. X. 4. h. t. 1, 18. siv. c. 8. X. G. e. t. 1, 43.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Potest tamen »laicus de rebus ecclesiae arbitrari, dum»modo in eum auctoritate superioris fuerit »compromissum. ut X. 4. de arbitr. 1, 18. c. »per tuas. 2. in f." (c. 9. X. G. 1, 43. Innoc. 3.)", u. d., „quod non nocet, quod arbitrium »fuit latum a duobus clericis et uno laico" (al. in ipsa decr. »a duobus laicis et uno cleri»co"), »ex quo auctoritate episcopi, cui causa »erat commissa, fuerat in eos compromis»sum. Similiter et mulier. ut X. 3. de arbitr. »1, 25. c. dilecti. 1." (c. 4. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.)

9) Cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 2, 56. num. 5.

10) Ed. 2. 3. 4. add. »recentiores."

11) c. 5. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.

12) c. literas. 14. X. G. e. t. 2, 23. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om. Sed cf. not. seq. 14.

Rf. 1. 2. add. »Ad idem X. 1. de elect. 1, »4. c. causam. 17." siv. c. 8. X. G. e. t. 1, 6. Alexand. 3.

13) c. cum olim. 7. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.

14) c. 21. X. G. e. t. 3, 5. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. add. »Ad idem X. 3. (et X. G.) de prae»sumt. c. literas." Vid. not. 12.

Cf. *Gloss.* ad l. sed et si. 9. §. si quis. 2. Dig. de recept. 4, 8. in v. inve se., ad c. a iudicibus. 33. C. 2. q. 6. in v. ordinarii. et ad c. cum tempore. 5. X. G. de arbitr. 1, 43. in v. Magdeburgensis archiepiscopi.

15) L. 4. inscr. »De quibus possit in ar»bitros compromitti." — M. 2. »De causis ar»bitrorum."

16) c. 5. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3. — Cf. *Gloss.* in v. libertatis.

17) c. 24. X. G. e. t. 2, 24. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. add. »u. d., quod quidem vir et uxor eius

§. 4.

§. [18]) **Differt autem arbitrium a iudicio in multis, licet ad instar iudiciorum se habeat, sicut dictum est [19]); — nam venalis sententia iudicis non valet, ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. venales. (ad c. 41. p. 8. §. 9.); sed sententia arbitri per sordes et pretium data [20]) tenet; sed tamen excipi potest de dolo contra agentem ad poenam ex sententia tali, ut Cod. e. t. 2, 56. l. arbitrorum. 3. [21]); — item in hoc differt, quoniam a sententia arbitri non potest appellari, ut Cod. e. t. 2, 56. l. 1.; a sententia iudicis recte appellatur, ut C. 2. q. 6. c. non ita. 18. [22]); — item in hoc, quia reconventio non habet locum coram arbitro, ut X. 3. de arbitr. 1, 25. c. cum dilectus. 3. [23]); sed locum habet coram quolibet alio iudice, ut dicemus infra in titulo de reconventionibus [24]); — item in arbitrio non succedit heres, nisi hoc expresse dicatur in compromisso, ut Dig. de recept. 4, 8. l. diem proferre. 27. §. 1. [25]); in iudicio secus, ut Cod. ex delict. defunct. in quant. hered. conv.**

———

»iuraverunt, sese numquam mutuo petituros; »postea ille petiit eam instanter; illa dicebat, »quod prius se faceret Sarracenam et perde»ret animam suam, quam rediret ad eum, »sed libenter iuraret et promitteret castita»tem, * si ex arbitrio ei provideretur *; dicit »papa, quod ambo moneantur ad continen»tiam servandam; quod si facere noluerint, »si vir eam petat, ad eum redire cogatur." — Nescio, unde venerint ista verba, quae asteriscis notavi; et quaeritur, num his maxime auctor Rf. 1. utendum esse putaverit. Tancr. vero ex improbo isto priori utriusque coniugis iureiurando (cf. *Gloss.* ad h. c. in v. petituros.) argumentum petiisse videtur. Ceterum in *Durant sp.* lib. 1. p. 1. tit. de arbitr. §. 3. num. 1. ista decr. una cum reliquis locis, quae noster laudavit, servata est.

B.B. in cod. E. add. (X. G.) »de in int. rest. »1, 41. c. penult." et similit. Rf. 2. »Ad idem »et melius X. G. de rest. in int. c. causa re»stitutionis." Gregor. 9.

18) L. 4. et similit. M. 2. inscr. »In quibus »differt arbitrium a iudicio."

19) Rf. 2. add. »ut Dig. de arbitr. 4, 8. l. 1." Cf. h. tit. pr.

20) *p. sord. et pretium d.* — Rf. 1. 2. »p. »preces et sord. d."

21) Ed. 3. add. »Sed quaero, si arbiter »per dolum vel gratiam sententiam tulerit, »actoris dolo cessante, an actor petendo poe»nam, in stipulationem, si arbitrio non pare»retur, deductam, exceptione doli repellatur. »Videtur, quod non, nam dolum obiiciens »docere debet, actorem dolum fecisse, nec »sufficiet ostendere, in re dolum esse, ut »Dig. de dol. m. et met. exc. 44, 4. l. 2. §. 1.; »fraus enim et dolus ei tantum nocet, qui »eum admisit. ut Dig. de his, quae in fraud. »credit. 42, 8. l. qui a debitore. 9. Puto tamen »nocere, quia nunc dolo facit, quod petit, »etsi primo nihil dolo fecerit. arg. Dig. de dol. »except. 44, 4. l. 2. §. et generaliter. 5. et l. »4. §. de auctoris. 27."

22) *c. non ita.* — Rf. 1. 2. »c. si quis. »(Ed. 2. 3. 4. add. »episcopus.") »36. et c. non ita. »18. u. d. * * Ad idem facit C. 2. q. 6. c. si »quis * * 21."

23) c. 6. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.

24) Cf. part. 2. tit. 19. §. 1.

25) *Gloss. T.* »Casus. Quaeritur in ista »lege, si Titius et Sempronius compromit»tant in aliquem, et Titius decedat, et in com»promisso non sit mentio facta de herede Ti»tii, an intelligatur, quod heres ipsius in »compromisso debeat succedere; et dicitur, »quod non; unde Labeo ex hoc voluit inferre, »et male, quod, si aliquis decem dare iussus »esset, sub certa poena, ad certum diem, et »decederet ille ante diem certum, heres ipsius, »si solveret vel paratus esset solvere, non »continget defuncto liberatio; et reprobata »est Labeonis opinio, eo quod persona here»dis est eadem cum persona defuncti. ut in

4, 17. l. un.; — item non potest sententiare arbiter altera parte absente, nisi hoc actum sit in compromisso, ut Dig. e. t. 4, 8. l. diem proferre. 27. §. si quis litigatorum. 4.; secus in iudicio, ut C. 3. q. 9. c. decernimus. 10. X. 1. qui filii sunt leg. 4, 18. c. causam quae. 4.[26]) Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13.[27]); — item

---

»Auth. de iuram a mor. praest. circa pr. (Nov. »48.) Quae est ergo ratio diversitatis? Re»spondeo, arbitria sunt stricti iuris, unde so»lummodo illa intelliguntur venire, de quibus »actum est, ut veniant; sed in solutionibus »faciendis aliud est, quia, si extraneus sol»veret pro me, etiam me invito, contingeret »mihi liberatio. ut Dig. de neg. gest. 3, 5. l. »solvendo. 39." — Ex huiusm. gl. aliqua in Ed. 3 recepta, et integra fere l. l. 39. verba, quamvis ipsa haec l. haud allegata est, inepte descripta sunt.

B.B. add. »X. G. e. t. 1, 43. c. ult." Gregor. 9. — Rf. 2. »Non succedit heres in arbi»trio, nisi de hoc fiat mentio. ut X. G. de ar»bitr. c. ult. u. d. * *."

26) Alexand. 3. — B.B. »X. G. e. t. 4, 17. »c. causam quae. 4." Rectius Rf. 2. »X. G. de »dol. et contum. 2, 14. c. causam quae. 3."; ibi enim posita sunt ea, quibus h. l. utendum est.

Rf. 1. 2. parum apte add. »X. 2. de iud. 2, 1. c. quia Wilhelmus. 4." siv. X. G. e. t. 2, 1. c. quia Wilh. 11. Coelestin. 3. — Ed. 2. 4. om.

27) *Cod. de iud. l. properandum.* — Rf. 1. et similit Rf. 2. »Dig. de iud. 5, 1. l. et post »edictum. 73. (pr.) — Item absens non con»demnatur in expensis propter contumaciam »in arbitrio (Rf. 2. »absentes non condemnan»tur in arbitrio ad expensas"), nisi cautum »sit in compromisso, ut Dig. de arbitr. 4, »8. l. diem. 27. §. si quis litigatorum. 4.; in »iudicio secus. ut C. 3. q. 9. c. decrevimus. »10. X. 1. qui filii sunt leg. 4, 18. c. cau»sam. 4." (Rf. 2. »X. G. de dol. et con»tum. c. causam." Cf. praeced. not. 26.) »Dig. »de iud. 5, 1. l. eum quem. * * 79. (pr.) Ad »idem Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. »§. sin autem. (in med. §. 2.) et l. sancimus. »15. u. d. de utroque" (sc. actore et reo.): »sancimus * *." — Subinde Rf. 2. »Ad idem »X. G. de appell. 2, 28. c. Nicolao. 64." (Honor. 3.) »u. d., quod, qui non prosequitur »appellationem ab ipso interpositam, a tem»pore factae appellationis debet solvere ex»pensas appellationem prosequenti. Et alibi »dicitur, quod a tempore citationis emissae, »si aliquis fuerit contumax, tenetur ad ex»pensas. ut X. G. de dol. et contum. 2, 14. c. »cum dilecti. 6." (c. 2 X. 3. e. t. 2, 7. Innoc. 3.)

Gloss. T. ad l. l. 79. Dig. de iud. »Casus. »Si Titius vocaverit Sempronium in ius vel »fecerit vocari, et ipse Titius actor contra»riam reportaverit sententiam, dicitur, quod, »cum ipse videtur iam temere vocasse in ius, »debet non solum expensas factas in eundo »et veniendo refundere, sed expensas et »consumtus factos circa honoraria advocato»rum. Verum est istud, nisi iustam causam »ignorantiae habuerit et sic metu expensa»rum relinqueret ius suum indefensum. ut »Dig. de pet. hered. 5, 3. l. illud. 40. (pr. in »f.)"

Ex *Gloss T.* ad l. l. 15. Cod. de iud. »No»tandum ex hac l., quod, si aliquis fuerit »contumax, necesse habet, antequam au»diatur, refundere expensas. arg. ad hoc »Cod. de litis et sumti." (Scrib. »sumtib. et") »expensis. 7, 51. l. non ignoret. 4. Quidam ta»men intelligunt l. istam (15.) in actore, et hoc »propter illud verbum »»quod omnis aditus »»etc."", eo quod bene placet reo, ut clau»datur aditus, ut evitare possit condemnatio»nem, cum sententia ruat in invitum. ut Dig. »de verb. obl. 45, 1. l. inter stipulantem. 83. »§. 1. Alii vero intelligunt in personam utrius»que, tam actoris quam rei, et in hunc mo»dum resolvunt leg. praesentem, ut loquatur »in reum propter iam dicta verba, quod, si »actor missus fuerit in possessionem bono-

iudex exseqnitur sententiam suam, ut X. 3. de off. del. 1, 18. c. quaerenti. 5. [28]); arbiter non; imo iudex ordinarius exsequitur sententiam arbitri, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. ait praetor. 5. (pr.) [29]) Dig. de arbitr. 4, 8. l. 3. [30]); — item in arbitrio non purgatur mora, cum dies praefigitur ab homine, ut Dig. e. t. 4, 8. l. Celsus. 23. (pr.) [31]); in iudiciis purgatur. ut Dig. si quis cautionib. 2, 11. l. et si post tres. 8. [32]) — Et si qui alii sunt casus, in quibus contrarium invenitur expressum, illud obtinet; alioquin quidquid in iudiciis statutum est, in arbitriis observari debet. arg. Dig. e. 4, 8. l. 1.

§. [33]) Finitur arbitri iurisdictio, si de omnibus, de quibus in eo compro- §. 5.
missum est, sententiaverit; non, si de quibusdam; nisi actum sit in compromisso, quod de parte litis sententiare possit, ut Dig. e. t. 4, 8. l. quid tamen. 21. (pr.); — finitur etiam elapso die in compromisso apposito, ut Dig. e. 4, 8. l. si cum dies. [34]) (21. §. 5.) et l. arbiter ex compromisso. 50.; — item, si litigatores ad iudicium vel aliud arbitrium ierint, ut Dig. e. 4, 8. l. sed si in servum. 9. §. ult. et l. litigatores. 11. (pr.); — item mortuo arbitro vel litigatorum aliquo, ut Dig. e. 4, 8. l. arbiter calendis. 40. [35]); — item finitur iurisdictio arbitri cum causae cognitione, si excusaverit se arbiter coram praetore, quod potest facere pro multis causis, quae numerantur Dig. e. 4, 8. l. licet autem. 15. et l. sequenti. [36])

»rum rei ob contumaciam et reus postmo»dum possessionem suam recuperare" (velit,) »aliter non auditur, nisi prius refundat »expensas factas circa missionem. et ita in»ducit Auth. de exhib. et introd. reis. §. si »vero." (Nov. 53. c. 4. in f.)

28) c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

29) *l. ait praetor.* (Ibi *Gloss.* in v. non habent. »..dic, quod hoc dicit propter arbitrum »compromissarium.") Rf. 1. 2. »l. 4. §. ait »praetor. * *. 3." Male. — Rf. 2. add. »Et me»lius Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo. 15. (pr.)"

30) *Dig. de arbitr. l. 3.* — Rf. 2. »Item coer»citio arbitri pertinet ad iudicem ordinarium. »ut X. G. de arbitr. 1, 43. c. exposita. 11. cir»ca f." (Honor. 3.) »Ad idem Dig. de arbitr. »4, 8. l. 3. §. tametsi * *. 1."

Ex *Gloss. T.* »Introducit magister hic duas »leges, ut ostendat per illas, quod iudex pot»est exsequi sententiam arbitri. Sed leges »istud non dicunt. Et primo inducit Dig. de »sent. et re iud. 42, 1. l. si se non obtulit. 4. »§. ait praetor... Secunda lex est Dig. de ar»bitr. 4, 8. l. 3. §. tamen. 1... In hunc modum »facit lex ad propositum: si praetor habet se »intromittere, ut compellat arbitrum pronun»tiare, per consequens habet se intromittere, »si arbiter sententiaverit, ut ipse demandet »sententiam suam executioni." — Ista ad Rf. 1. referenda esse facile patet. Cf. not. 29. in f.

31) Cf. *Gloss* in v. postea offeratur.

32) Cf. *Gloss.* in v. exceptionem. vers. Bulgarus autem ... nisi circa iudicia.

B.B. in cod. A. add. »et X. G. de re iud. »2, 27. c. cum Bertholdus. 18." (c. 8. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.) Cf. *Gloss.* in v. breve tempus.

33) L. 4. inscr. »Quomodo finitur arbitri »iurisdictio." — M. 2. „Quot modis finitur „arbitrium."

34) Secund. recentiorem allegandi modum Ed. 3. „l. quid tamen. §. Papinianus."

35) B.B. in cod. E. add. „X. G. de off. „iud. del. 1, 29. c. uno. 42." (Gregor. 9.) „et „de testib. 2, 20. c. praesentata. 50." (Honor. 3.)

36) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Notan„dum, quod duo" (Rf. 2. „tria") „sunt gene„ra arbitrorum. Est enim arbiter, qui cau„sam examinat in iudicii forma, sicut iudex; „cuius sententiae, sive aequa sit sive iniqua, „standum est. ut C. 2. q. 6. a iudicibus. 33.

§. 6. **§. Haec de iudicibus tam ordinariis quam delegatis seu etiam arbitrariis breviter dixisse sufficiat; quoniam in summis titulorum [37]) diligens lector pleniorem poterit invenire disputationem. [38])**

T. 4.

De assessoribus et auditoribus. [1])

De iudicibus et eorum officiis superius dictum est. Nunc videamus de collateralibus eorum, sc. assessoribus et auditoribus. Videndum est igitur, quis sit assessor, quis debet eligere assessorem, qualis debeat esse assessor, quod sit eius officium, et utrum salarium accipere possit a partibus, et qualiter sit, si deliquerit, puniendus. [2]).

§. 1. **§. Assessor est ille, qui ab eo, qui habet iudicandi potestatem, associatur, ut sibi in causae cognitione assideat et ut instruat eum, causam debito decidere fine.**

§. 2. **§. Quis debet assessorem eligere? Et quidem ad ipsum iudicem spectat de iure, ut ex diffinitione apparet. Verumtamen de consuetudine habetur et congruit**

„u. d. * *. Dig. e. t. 4, 8. l. diem. 27. §. stari. „2. u. d. * *. Et hoc ita verum est, nisi manifeste vel enormiter alteram partem gravaret; „tunc enim suae sententiae standum non esset. ut Cod. de arbitr. 2, 56. l. arbitrorum. „3." (In cod. L. 4. apposita sunt verba l. arbitro. 9. Dig. qui satisd. cog. 2, 8.) „Est alius „arbiter, qui dicitur arbitrator, qui non ut „iudex nec in forma iudicii, sed ut bonus vir „rem decidit et componit inter partes; cuius „sententiae tunc demum stabitur, si sit talis, „qualis debet ferri a bono viro; unde, si in„iusta sit, debet corrigi per" (Rf. 2. „redigi „ad") „arbitrium boni viri. ut Dig. pro socio. „17, 2. l. si societatem * *." (In Rf. 1. add. verba l. 76. et l. 6. In Rf. 2., praemissis verbis l. 6., transcripta est ult. pars l. 76. vers. arbitrorum enim genera.) „Ad idem X. 3. de „iureiur. 2, 15. c. veniens. 1. et c. Quinta„vallis. 9" (c. 16. 23. X. G. e. t. 2, 24. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad loc. infr. l. c. 8. X. G. de elect.) „Ad idem Dig. de arbitr. 4, 8. l. si „cum dies. (l. 21. §. 5) §. compromisso. u. „d., compr. non debent * *. (l. 21. §. 7.) arg. „Dig. de verb. sign. 50, 16. l. illa verba Lu„cii * *. 68." (Cf. *Gloss.* in v. significant.) „et X. 1. de elect. 1, 4. c. causam. 17." (c. 8. X. G. e. t. 1, 6. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. si tamen exsistat idonea.) „Item tertio modo di„citur arbiter iudex delegatus, ex communi „consensu partium electus, ut C. 11. q. 1. c. „pervenit. 39.; et a tali arbitro potest appel„lari. ut Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. arbitro. „9." (Hui. l. verba in Rf. 2. huc translata sunt.) — Ceterum ista posteriora „Item ter„tio modo etc." primo reliquorum auctori haud tribuenda esse videntur. Cf. hui. not. pr. et not. seq. 38.

37) Cf. *v. Savigny.* G. d. R. R. i. M. T. 5. pag. 121. not. 70.

38) Libri manuscr. Rf. 1. 2. et Ed. 1. add. „Tamen nota, quod de" (Rf. 2. „ab") „arbi„tris non licet appellare. ut C. 2. q. 6. a iu„dicibus, quos communis consensus elege„rit, non licet provocare; quod de arbitris „intelligendum est. (c. 33.) Sane, si ex con„sensu partium iudices electi fuerint, etiam „a pauciori numero, quam constitutum est, „liceat provocare. (c. 34.) Quidam libri ha„bent: „„„non liceat."" (Cf. not. correct. Rom.) — Haec verba „Quidam libri etc." Rf. 2. om.

1) Ita B. L. 1. 2. A. Bi. — Al. „De asses„soribus." Bs. L. 4. F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. in rubr. de auditore. „Tancr. hanc rubr. cum sequenti coniunxit, „tractando de assessore et auditore." *Idem,* in seq. spec. rubr. de assessore., istum tit. libri nostri quartum esse testatur.

2) Ista membra Tancredum „in suo ordi„ne iudiciario" posuisse commemorat *Io.*

rationi, ut de assensu partium eligatur, ne aliqua partium ipsum postmodum valeat recusare vel sub homine suspecto litigare cogatur. Et quod de assensu partium sit eligendus, probatur X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. super quaestionum. 6. [3]) **et C. 2. q. 6. c. placuit. 35. C. 11. q. 1. c. 3. (4.)** [4]) **Si vero partes non conveniunt ad eligendum assessorem, iudex eligat, prout** [5]) **viderit expedire et utile fore, etiam invitis partibus, quoniam iudicium redditur in invitum. ut Dig. de verbor. stipulat. 45, 1. l. inter stipulantem. 83. (§. 1.)**

§ Qualis debet esse assessor? Et est dicendum, quod integrae famae, non §. 3. turpitudine notatus, ut Dig. de off. assessor. 1, 22. l. 2. Cod. de dignitatib. 12, 1. l. neque. 2. [6]), **nec alicui partium suspectus, quia, cum ipse participet iurisdictionem iudicantis, si suspectus est, recusari potest. arg. X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. super quaestionum articulis. 6. v. ne valeat recusari etc.** [7])

§. Officium assessoris patet ex diffinitione superius posita. Constat enim, §. 4. ut dicitur Dig. de assessorib. 1, 22. l. 1., in examinatione ipsius causae, in postulationibus, ut admittat advocatum, qui de iure postulare potest, et infamem et indignum ad postulandum repellat [8]), **item in interrogationibus, item libellis, scilicet conventionalibus, recipiendis, si bene confecti sunt, si male, ut respuat, vel non recipiat de re illicita** [9]), **ut Dig. de off. procons. 1, 16. l. nec quidquam. 9. §. observare. 4.** [10]) **Dig. de postul. 3, 1. l. quos prohibet. 7. (pr. §. 1.)** [11]) **Dig. de accusat. 48, 2. l. libellorum. 3. C. 2. q. 8. l. ult. (c. 5. §. 2.), item in edictis proponendis et in epistolis dictandis et citationibus faciendis.** [12])

Item nota, quod nemo potest fungi officio assessoris et advocati, ut ne, dum ad utrumque festinet, neutrum bene peragat [13]), **ut Cod. de assessorib. 1, 51. l. ult. (pr.)** [14]) **arg. C. 16. q. 1. c. presbyteros. 38.; nemo enim in una eademque causa officio diversarum personarum fungi potest. ut C. 4. q. 4. c. 1. et 2.**

Andr. ad D. sp. lib. 1. p. 1. tit. de assess. pr.

3) c. 27. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad pr. in v. dummodo. et ad §. 1. in v. statuimus.

4) *C. 11. q. 1. c.* 3. Rf. 2. om.

Cf. *Gloss.* ad l. c. 27. §. 1. X. G. 1, 29. in v. assensu. vers. item arg. quod assessor.

5) L. 2. add. „melius."

6) Cf. *Gloss.* ad l. l. 2. Dig. 1, 22. in v. constitutum.

7) Cf. not. sup. 3. 4.

8) B.B. in cod. E. add. „X. G. de except. „2, 25. c. exceptionem. 12." Gregor. 9.

9) Cf. *Gloss.* ad l. l. 1. Dig. 1, 22. in v. libellis.

Libr. ed. add. „provideat quoque partitibus ipsis de procuratoribus idoneis."

10) Ed. 3. post verba, in Rf. 1. ?. ex h. §. 4. transcripta („observare itaque eum oportet, „ut sit ordo aliquis postulantium * *."): „Ordo autem postulantium cognoscitur satis ex „contrario. ut Dig. de postul. 3, 1. l. 1. ubi „tres sunt ordines non postulantium. nam „quosdam * *. (ut in §. 1.)"

11) Cf. *Gloss.* ad l. l. 1. Dig. 1, 22. in v. postulationibus.

12) Cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 1, 51. num. 5. et seq.

13) Rf. 1. add. „ut Dig. de evict. 21, 2. l. „venditorem vindicantem * *. 17. Not. sup. h. „l.: quem de evictione tenet actio, hunc evincentem repellit exceptio. Similiter non potest quis in eodem negotio esse assessor et „advocatus, nedum etc." Cf. not. seq. 14.

14) Rf. 2. add. „Ad idem Dig. de evict. „l. vend. vind. * *. Similit. non pot. quis esse „in eod. negot. iudex et advocatus, nedum „etc." Cf. not. 13.

§. 5. §. [15]) Sequitur, an salarium recipere possit a partibus. Et dicunt quidam, sed male, quod non potest, sicut nec iudex secundum canones, per decretalem, quae in alio casu loquitur, X. 3. de vita et hon. cleric. 3, 1. c. 1. [16]) Sed in veritate salarium recipere potest, ut Dig. e. t. 1, 22. l. diem functo. 4. [17]) et C. 11. q. 3. c. non licet. 71. in f. [18]); ita quidem, quod, licet moriatur legatus [19]), antequam causa debitum finem recipiat, nihilominus tamen assessoribus debetur [20]) salarium, arg. ipsius l. diem functo. [21]) et Dig. locat. 19, 2. l. qui operas. 38.; non enim cogitur quis suis stipendiis militare, nec de suo invitus facere beneficium, ut X. 1. de simon. 5, 2. c. cum sit Romana. 9. [22]) C. 12. q. 2. c. caritatem. 45. (§. 1.) [23]) et C. 10. q. 2. c. precariae. 4. (§. 1.) [24]); praeterea lex dicit, quod assessores spe praemiorum et honorificentia debita sunt provocandi, non autem metu terribili vel necessitate. ut Cod. de assessorib. 1, 51. l. 1.

§. 6. §. [25]) Poena assessoris in officio suo delinquentis haec est, ut male ablata restituat in quadruplum, quae inter spoliatum et fiscum aequaliter dividenda sunt. ut Cod. de assessorib. 1, 51. l. consiliarios. 3. Aeque vero punitur cum iudice. [26]) ut Dig. quod quisque iur. 2, 2. l. hoc edicto. 2. Interdum vero plus punitur consiliarius, quam is, qui facit. [27]) ut Di. 86. c. tanta. 24. in f. C. 11. q. 3. c. qui consentit 100. [28])

§. 7. §. [29]) Auditor est ille, cui a iudice aliquo media causae alicuius vel aliquis certus articulus audiendus vel examinandus committitur. Auditor enim, sicut assessor, a iudice ipso de consensu partium eligi debet. Nec appellatur ab eo, nisi

---

15) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. in rubr. de salariis. „sub rubricis de assess. et de ad„vocat." (Vid. h. part. tit. 5. §. 4.) „aliquid „tractavit Tancr." Cf. not. 2. ad h. t.

16) c. cum ab omni. (B.B. in codd. E. Hal. L. 3. „cum olim." — A. „cum.") 10. X. G. e. t. 3, 1. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. nomine assessorum.

17) *Dig. e. t. l. diem f.* (Cf. *Gloss.* in v. comitibus.) Rf. 2. om.

18) Cf. *Gloss.* l. in not. 16.

19) *legatus.* B. L. 1. 2 A. E. — Al. „dele„gatus." Bs. Hal. L 3. Rf. 1. 2.

20) Rf. 2. add. „totius temporis."

21) *arg. . . functo.* Rf. 2. om. Cf. not. sup. 17.

22) Alexand. 3. Vigiliensi episcopo. „. . „nihil pro ecclesiarum consecratione potes „vel debes praeter procurationem exigere; „sed procurationem moderatam, cum apo„stolus dicat: nemo cogitur suis stipendiis „militare, . . exigere potes." Cum haec verba „sed procurationem etc." in c. 10. X. G. e. t. 5, 3. haud recepta sint, Rf. hoc c. om. Retinuit B.B.

23) Cf. *Gloss.* in v. stipendium.

24) Rf. 1. add. „Ad idem apostolus: di„gnus est operarius mercede sua." — Rf. 2. „Ad idem C. 12. q. 2. c. quicumque. 66. in f. „u. d., dign. e. oper. m. s."

25) L. 4. inscr. „De poena assessoris."

26) *Aeque . . . iudice.* — Rf. 1. 2. „Asses„sor autem delinquens punitur plus iudice."

27) *Interdum . . . facit.* — Rf. 1. „Inter„dum vero plus punitur, quandoque minus." — Rf. 2. „Interdum plus punitur, nonnum„quam minus, quandoque aequaliter." — Ed. 2. 3. 4. „Interdum tamen minus punitur, „quandoque aequaliter." Cf. not. 26.

28) Rf. 2. add. „et C. 15. q. 3. c. sane. 4. „in f. u. d., quos facinus par * *. Quandoque „minus punitur. ut X. G. de homicid. 5, 12. „c. sicut dignum. 6." siv. c. 7. X. 1. e. t. 5, „10. Alexand. 3.

29) L. 4. Bi. F. 2. Ham. M. 1. inscr. „De „auditoribus."

modum excedat vel merito sit suspectus, sicut legitur X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. super quaestionum. 6. [30])

Officium eius est exsequi, quod sibi mandatur [31]). **Cetera enim, quae de assoribus dicta sunt, de auditoribus dicta intelligantur.**

De advocatis et eorum officiis. [1]) T. 5.

Quoniam advocatorum officium necessarium est in iudiciis, ideo [2]) **de advocatis subiiciamus. Videamus igitur, quid sit advocare vel postulare, quis possit postulare, quod sit advocatorum officium, et quale salarium advocatis debeatur** [3]).

§. Postulare seu advocare est desiderium suum vel amici sui apud eum, qui iurisdictioni praeest, exponere vel alterius desiderio contradicere. [4]) **ut Dig. de postul. 3, 1. l. 1. (§. 2.) et C. 3. q. 7. §. tria. (c. 2. §. 1.)** [5]) §. 1.

§. Quis potest postulare? Respondeo, quilibet, qui non prohibetur. — Prohibentur hi, scilicet surdus, omnino mutus, et perpetuo furiosus, minor septemdecim annis, foeminae, servus, caecus, et infames cuiuslibet generis turpitudinis, ut Dig. de postul. l. 1. §. 1. 2. et 3. (§. 3. et seq.) et C. 3. q. 7. §. tria. (c. 2. §. 2.) [6]); **— prohibetur etiam quilibet haereticus, vel qui non est rectae fidei, ut de poenit. Di. 1. c. nemo. 7.** [7]) **X. 3. de haeret. 5, 4. c. vergentis. 1.** [8]); **— item prohibentur monachi et regulares canonici, ut X. 1. ne cleric. vel mon. 3, 37. c. non magnopere. 2.** [9]) **et X. 3. e. t. 3, 38. c. ex parte. 3.** [10]); **quod generaliter verum est, nisi utilitas monasterii hoc exposcat, abbate nihilominus imperante, ut C. 16.** §. 2.

---

30) c. 27. (§. 1.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

31) Rf. 1. 2. add „et prout sibi manda„tur. et officium eius necessarium est in iu„diciis." Verum haec verba „et off. etc." casu aliquo ex pr. tit. seq. huc translata esse videntur. Cf. not. 2. ad tit. seq.

1) Sic B. L. 1. 2. F. 1. („De adv. et eor. „officio." F. 2.) — Al. „De advocatis." Bs. A. L. 4. Bi. M. 1. 2. — Cf. seq. not. 3.

2) *Quoniam ... ideo.* L. 4. om.

3) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. in rubr. de advocato. „Summistae ... item Tancr. in „sui operis quinta rubr. de advocatis et ipso„rum officio principaliter tractant primum" (membrum, sc. quae contra advocatos obiici possunt.) „et octavum" (sc. de cautelis et officio advocatorum) „et de ipsorum salariis."

4) *apud eum ... contradicere.* — Rf. 1. „ap. e. q. i. p. exp. vel alterius desid. in iure „contraire." — Rf. 2. „in iure, apud eum, qui „iurisdictionem habet vel iurisdictioni prae„est, exponere vel alt. desid. contraire." Cf. loc. seq. C. 3. q. 7. c. 2. §. 1.

5) Cf. prim. not. corr. Rom. ad c. 2.

6) Cf. not. praeced. 5.

B.B. in cod. E. parum apte add. „et X. „G. de off. del. 1, 29. c. cum vicesimum. 41." Gregor. 9.

7) In loc. hui. c. fontem eius substit. Rf. 2. „Cod. de postul 2, 6. l. nemo 8. u. d. „* *."

8) Innoc. 3. „.. si fuerit advocatus, eius „patrocinium nullatenus admittatur." — Haecce verba om. in c. 10. X. G. e. t. 5, 7.; sed retinuere hoc c. B.B. et Rf. 2. — B.B. in cod. E. add. „et c. excommunicamus." c. 13 X. G. e. t. siv. c. 2. X. 4. e. t. 5, 5. Innoc. 3. conc. Lateran. a. 1215. — Ed. 2. 3. 4. (pro c. vergentis) „c. excommunicamus." (Ed. 3 „§. cre„dentes. 5") „u. d, si fuerit advocatus * *."

9) c. 3. X. G. e. t. 3, 50. Alexand. 3. — B.B. in cod. E. add. „et c. ult." Honor. 3. — Pro c. magnopere Rf. 1. et 2. „c. multa." (c. 1. X. 1. siv. c. 1. X. G. e. t. ex conc. Maguntino. a. 813.) „u. d. in f., nemo militans * *."

10) c. 2. X. G. de postuland. 1, 37. Innoc.

supplere debet, ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11.[29]), et etiam proponendo ipsum factum pro parte absente. ut Cod. de appell. 7, 62. l. ult.[30])

T.6. De procuratoribus.[1])

Quia in omni iudicio tres personae ad minus sunt necessariae, scilicet iudex, actor et reus[2]), ut C. 4. q. 4. c. 2.[3]) arg. Cod. de transact. 2, 4. l. causas. 16.[4]), et interdum reus vel actor causae suae tractandae interesse non valet[5]) per se, sed per procuratorem, syndicum vel actorem interesse potest, ideo post tractatum iudicum et de his personis tractemus, et primo de procuratore. Videamus ergo, quis sit procurator, qualiter constituatur, quis instituere possit procuratorem, quis possit institui, et in qua re dari potest procurator, qualiter eius officium explicatur[6]), quis eius effectus, et qualiter finiatur[7]).

§.1. §. Procurator est, qui aliena negotia, unum vel plura, mandato sibi a domino facto, gerenda gratuito suscipit. ut Dig. de procurat. 3, 3. l. 1. (pr. et §. 1.)[8]) Mandatum enim exigitur in procuratore; alias iudicium nullum, controversia nulla. ut Cod. e. t. 2, 13. l. licet. 24.[9]) X. 3. de procurat. 1, 22. c. in praesentia. 1.[10])

»demnet. Unde patet, quod de iure supplere »potest; veluti, si actor petat a reo actione »furti manifesti poenam tripli, iudex potest »supplere, ut petat poenam quadrupli. In »facto autem non sic. Tamen etiam circa in»quisit. facti . . .“

29) Cf. *Gloss.* in v. remaneat.

30) Cf. part. 3. tit. 15. §. 5.

1) Ita vulg. — Al. »De procuratore.“ A.

2) *tres . . reus.* — Rf. 1. 2. »quatuor . . »reus et testis.“ ex seq. Decr. loco. Cf. not. seq. 3.

3) *c. 2.* — Rf. 1. 2. »c. 1.“

4) *arg. Cod. de transact. l. causas.* (Ibi *Gloss.* ex verbis Tullii, de invent. rhet. lib. 1. c. 6.: »causa est res, quae habet in se con»troversiam in dicendo positam, cum certa»rum personarum interpositione.“) Ed. 2. 4. om.

5) *non valet.* — Rf. 2. »non potest vel non „vult.“

6) *potest . . explicatur.* Ita codd. T. et B.B. — Recentiores: »possit . . explicetur.“

7) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. in rubr. de procurat. „Sciendum est, quod Azo mul»tum plene et Tancr. sic prosequebantur »haec membra: quis dicatur procurator, se»cundo qualiter instituatur, tertio quis insti„tuat, quarto quis instituatur, quinto in qua »re, sexto qualiter suum officium explicetur, »septimo qualiter finiatur.“ — Verumtamen in hac enumeratione Io. Andr. potissimum Azon. summ. Cod. h. t. 2, 13. pr. secutus esse, et ideo septimam Tancr. particulam »quis effectus“ neglexisse videtur.

8) Ed. 3. add. »Gratuito. probatur Dig. »mandat. 17, 1. l. 1. (§. 4.)“

9) Ex *Gloss. T.* »Contra: Dig. de iud. 5, »1. l. licet. 56. Dicitur ibi, quod aliquod est »iudicium cum falso procuratore, si dominus »postmodum ratum habuit, quia per ratiha»bitionem omnia videntur ratificata esse etc. »Idem dicit alia lex Dig. rem rat. 46, 8. l. 3. »§. ult. Solutio: in ista l. licet.“ (Cod. de procurat.) „dominus non habuit ex post facto ra»tum, et ideo iudicium nullum; in contrariis ra»tum habuit dominus, et ideo iudicium aliquod.“

10) c. 4. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »u. tal. ponitur casus. ». . . quod per eos“ (sc. falsos procuratores) »factum erat, revocatur, cum et ante »sententiam et post possit obiici haec exce»ptio, ut in fine illius decretalis dicitur.“ (Rf. 2. »quod factum est per eos, fuit revocatum.

Sunt tamen quaedam personae, quae sine mandato pro alio agere possunt, praestita cautione [11]) rem ratam dominum habiturum, scilicet coniunctae personae, h. e. consanguinei, affines atque liberti [12]), ut Dig. e. t. 3, 3. l. sed hae personae. 35. (pr.); — item maritus in causa uxoris, ut Cod. e. t. 2, 13. l. maritus. 21.; — item clerici in causa ecclesiae suae, arg. [13]) C. 12. q. 2. c. non liceat papae. 20. et c. qui abstulit. 6. Di. 74. c. Honoratus. 8. [14]); — item consortes eiusdem litis. ut Cod. de consort. e. lit. 3, 40. l. 2. X. 3. de constitut. 1, 1. c. cum M. Ferrariensis. 5. [15]) — Supradictae vero personae sine mandato ad causas alienas admittuntur; contra mandatum siquidem non audiuntur. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. exigendi. 12. et Dig. e. 3, 3. l. Pomponius. 40. §. ult. In casibus tamen etiam contra mandatum admitti debent, scilicet pro libertate et pro defensione damnati ad mortem. ut Dig. e. 3, 3. l. sed hae personae. 35. (pr.) [16]) Dig. de liberal. caus. 40, 12. l. 1. 2. et 3. X. 3. de testib. 2, 12. c. cum olim. 7. [17]) Dig. de appell. 49, 1. l. non tantum. 6. [18])

§. [19]) Constituitur autem procurator praesens, et absens; in lite praesenti, §. 2. et futura; pure et in perpetuum [20]), in diem, et ad diem, et sub conditione; per nuntium, et per epistolam; per verbum rogo, vel mando, vel per aequipollentia verba; dummodo certus sit ille, qui constituitur, et consentiat suscipere mandatum. ut Dig. e. 3, 3. l. 1. (§. 1. 3.) 2. 3. 4. et 5. Dig. mandat. 17, 1. l. 1. (§. 1. 2. 3.)

Plures etiam constitui possunt procuratores simul et in solidum; et tunc oc-

---

»Et ante sententiam et post potest obiici haec »exceptio, ut in f. eiusd. d. d.")

11) F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. add. »iudicatum »solvi."

12) *liberti*. L. 1. — Vulg. »liberi." — M. 2. »liberti et liberi."

13) sc. contradicendum esse, si quid ex bonis ecclesiae auferatur.

14) *C. 12. q. 2. . . Honoratus.* — Rf. 1. »X. 1. de postuland. 1, 28. c. un." (ex conc. Lateran. a. 1179.) »C. 12. q. 2. c. non li„ceat. 20." — Inde Rf. 2. »X. G. de postuland. »1, 37. c. 1."

15) c. 9. X. G. e. t. 1, 2. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. sociis. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »u. d., quod, cum causa verteretur inter »conventum et quatuor socios canonicos su»per assignatione quarundam praebendarum, »unus pro se et aliis . . . egit" (Rf. 2. »sine »mandato proposuit querelam suam") »et fuit »bene auditus."

16) *Dig. e. l. sed hae pers.* (eum in finem allegata, ut regula ibi proposita cum seq. Dig. loco iungeretur.) Rf. 1. 2. om.

17) c. 34. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. per exceptionem. — Rf. 1. 2. om.

18) Ex *Gloss. T.* »Nota, quod alicui invito »confertur beneficium. arg. ad hoc Dig. de »neg. gest. 3, 5. l. solvendo. 39. Contra: Dig. »de appell. recip. 49, 5. l. 1. (pr.); dicitur »ibi, quod non consueverunt audiri, nisi quo»rum interest. Solutio: verum est in causa »civili, secus est in criminali. Aliud contra: »Cod. quor. appell. non recip. 7, 65. l. 2., u. »d., quod homicidarum appellationes vel ve»neficorum non sunt admittendae. Solutio: »illa lex loquitur in confessis, qui quidem »convicti sunt, in quos nullae sunt partes iu»dicis. ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. »(pr. §. 2.)"

19) Ham. inscr. »De constitutione procu»ratoris."

20) *pure et in perp.* Vulg. — Al. »pure in »perp." B. — »in perp." Ed. 2. 4. — »in perp. »pure." Ed. 3.

cupantis melior est conditio, ut posterior iam non sit procurator in eo, quod et prior petere coepit. ut Dig. e. 3, 3. l. pluribus. 32. [21]) Et nota, quod, cum quis diversis temporibus plures constituit procuratores, posteriorem dando videtur prohibuisse priorem. ut Dig. e. 3, 3. l. si quis. 31. §. ult. [22])

§. 3. §. Quis constituere potest procuratorem? Respondeo, paterfamilias, liber homo, maior viginti quinque annis, compos mentis, dominus rei vel causae. Et regulariter tene, quod quilibet potest dare procuratorem, qui non prohibetur. ut Dig. e. 3, 3. l. mutus. 43. §. 1. — Et nota, quod interdum minor viginti quinque annis potest dare procuratorem, scilicet cum talis est causa, in qua ipse in persona propria litigare posset, puta in causa matrimoniali. ut X. 3. de restitut. spoliat. 2, 6. c. ex parte. 4. [23]) — Tutor vero procuratorem non dat, nisi post litem contestatam, et non ante, quoniam tunc factus est dominus litis. ut Cod. e. 2, 13. l. neque. 11. — Idem intelligo in praelato, quoniam dominus non est rerum ecclesiae, sed dispensator seu procurator. [24]) ut X. 1. de donat. 3, 20. c. fraternitatem. 2. [25]) C. 12. q. 1. c. si privatum. 28. [26])

---

21) Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis »nova. X. G. de procurat. 1, 38. c. non iniu»ste. 14." Gregor. 9.

Ante ista Ed. 3. »Nota vero, quantum »ad hunc casum, occupationem fieri quatuor »modis: — primo per litis contestationem, ut »hic et Dig. de verb. obl. 45, 1. l. si Titius. 9.; »— deinde per naturalem apprehensionem »rei, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. sunt qui in »id. 16." (Vid. l. 19.) »et l. in iudicati. 61." (Cf. *Gloss.* in v. non prius. vers. alii.); »— »item per sententiam, ut Dig. de pecul. 15, »1. l. si vero. 10. et de noxal. act. 9, 4. l. si »quis a multis. 14. (pr.); — item per solum »adventum iudicum, uno petente vel respon»dente. ut Dig. de duob. reis. 45, 2. l. duos »reos. 6. (pr.)"

22) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Sed quae»ritur, si ambo ad iudicium simul provocent »et uterque se esse procuratorem contendat, »quid fiet? Respondeo: iudex debet eligere »magis idoneum, ut Dig. de accusat. 48, 2. l. »si plures. 16." (Rf. 2. »idoneum, ad instar »legis, ut Dig. de accusat. l. si plures. u. »d. * *." et post priora hui. l. verba: »ad »idem Dig. de popul. act. 47, 23. l. si plu»res * *. 2."); »vel sorte dirimetur. ut Dig. de »iud. 5, 1. l. in his tribus * *. 13. 14." — Verum ista ad priorem hui. § partem referenda sunt.

23) c. 14. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3.

24) *sed disp. seu proc.* — Rf. 1. 2. »praeest »tamen" (Rf. 2. »quamvis praesit") »ecclesiae, »sed disp. sive proc. est tantum."

25) c. 2. X. G. e. t. 3, 24. Alexand. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »u. d. expresse, »quod episcopus et quilibet praelatus eccle»siae rerum ecclesiasticarum procurator est, »non dominus; unde conditionem ecclesiae »meliorem facere potest, deteriorem vero »non. ut X. 1. de in int. rest. 1, 31. c. requi»sivit. 1." (c. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3.) Rf. 2. add. »u. d., episcopo facere conditio»nem ecclesiae deteriorem non licet."

26) Cf. *Gloss.* in v. procurationem. — Rf. 1. 2. add. »Contra: X. 3. de iuram. cal. 1, 26. c. »un." (c. cum causam. 6 X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3.) »C. 6. q. 3. c. ult." (Vid. C. 5. q. 3. c. ult. et ibi *Gloss.* in v. advocatum.) — Ipsum autem Tancr., h. t. vers. quis constituere., eam sententiam, quam genuinus exhibet contextus, contrariam vero opinionem, quod praelatus et ante lit. cont. procuratorem constituere possit, in apparatu ad l. c. un. X. 3. de iuram. cal. professum esse commemorat *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 2. num. 7. 8. in v. in libro suo. et in v. procuratores etc.

§. Dari et constitui potest procurator filiusfamilias [27]), ut Dig. e. 3, 3. l. §. 4.
filiusf. 8. §. ipse quoque. (pr. in f.) [28]); item omnis, qui habet personam per se [29]) standi in iudicio, arg. X. 3. de probat. 2, 11. c. 1. [30]); et ideo, qui constituitur procurator, debet esse maior viginti quinque annis, ut Dig. e. 3, 3. l. si minor. 51. (pr.) [31]), nisi in casu. [32]) ut Cod. e. 2, 13. l. exigendi. 12. [33]) Et generaliter tene, quod quilibet potest constitui procurator, praesente et absente adversario, nisi lege vel canone prohibeatur. ut Inst. de his per quos ag. poss. 4, 10. §. ult. 1. [34]) — Prohibentur milites, mulieres, et ille, qui reipublicae causa abfuturus est, et qui perpetuo morbo tenetur, ut Dig. e. 3, 3. l. neque foeminas. [35]) 54. (pr.), item accusatus de capitali crimine. ut Cod. e. 2, 13. l. reum. 6. [36]) — Inter-

---

27) B.B. in cod. E. add. »ut X. G. e. t. 1, »38. c. non iniuste. 14." Gregor. 9.

28) Rf. 2. add. »Et quod filiusf. potest dari »procurator, dicit decretalis nova. X. G. de »procurat. c. non iniuste." Cf. not. 27.

29) *per se.* Vulg. — Al. »pro se." B. L. 1.

30) c. post cessionem. 7. X. G. e. t. 2, 19, Innoc. 3.

Rf. 2. post ea, quae de excommunicato a procuratione repellendo in ista decr. dicta et inde enotata sunt, add. »Et dicit decretalis »nova, quod, si maiores de universitate, per »quos regitur universitas, dederant procura»torem, cum erant excommunicati, vel no»mina eorum fuerunt expressa in literis, vel »consensus eorum fuit ab aliis requisitus, qui »potestatem habuerunt constituendi procura»torem, excludi debet talis procurator. ut X. »G. de procurat. 1, 38. c. consulti. 15." Gregor. 9. — Sed ista potius cum §. 3. h. t. coniungenda sunt.

31) Rf. 2. »u. d. si minor * * succurritur. »et hoc in praeiudicium partis adversae."

32) Rf. 1. 2. add. »expresso."

33) Cf. *Azo.* lectur. in Cod. ad h. l. in v. et alia proculd. observatione subiecta. et summ. Cod. e. t. 2, 13. num. 9. 12. in f.

34) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Invitus »procurator dari non potest. ut Dig. de pro»curat. 3, 3. l. filiusf. 8. §. invitus. 1." (Rf. 2. »u. d., invitus proc. dari non potest. invi»tum * *.") „Et hoc verum est ab initio. Ta»men ex post facto bene potest cogi esse »procurator. ut Dig. mandat. 17, 1. l. si man»davero. 22." (Rf. 2. »§. sicut autem * *. 11. »pr.") „unde versus:

»Spernere mandatum licet, at finire
»necesse est."

35) *foeminas.* Sic codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. »foemina."

36) *Gloss. T.* »Hic ponitur duplex casus. »Primus dicitur: si nomen alicuius rei scri»ptum sit inter nomina reorum, non potest »esse procurator, donec i. e. quousque pur»gaverit innocentiam suam, i. e. quousque »lata sit sententia pro ipso. et ita ponunt qui»dam et male. et est ratio eo videlicet, quod »infamis non potest esse procurator. Alii ita »ponunt et melius, quod, si alicuius nomen »sit scriptum inter nomina reorum et ita sit »infamis effectus, non potest postulare, quo»usque purgaverit suam innocentiam. et ita »glossant »»defensorem"" i. e. advocatum, »qui causam defendit. ut Cod. de advoc. di»vers. iudicior. 2, 7. l. advocati. 14. u. d., non »minus parentes et patriam salvant, quam »si gladiis, clypeisque atque thoracibus sal»varent. et est ratio, quare intelligitur in ad»vocato, eo scilicet, quod infames prohiben»tur postulare. ut Dig. de procur. l." (Fuerit Dig. de postul. 3, 1. l. 1. §. 5.) »Quae est ra»tio diversitatis, quare advocare non potest »infamis, et tamen potest esse procurator? »Solutio: esse procuratorem est hominis, »esse advocatum est honoris."

Rf. 2. post verba l. l. reum. transcripta add. »Et quod aliquis non debet admitti pen»dente accusatione ad testificandum, nisi in

dum tamen foeminis pro parentibus agere licet. ut Dig. e. 3, 3. l. foeminis.[37] 41.

§. 5. §. In quibus causis dari potest procurator? — Respondeo, in omnibus spiritualibus.[38] ut X. 2. de procurat. 1, 18. c. si matrimonii. 2.[39] X. 3. e. t. 1, 22. c. 1.[40] — Item quaelibet causa pecuniaria potest per procuratorem tractari, ut Cod. e. 2, 13. l. ult. 26., nisi sit popularis, quoniam illa per procuratorem tractari non potest, ut Dig. e. 3, 3. l. licet in popularibus. 42. (pr.) Dig. de popul. act. 47, 23. l. qui populari. 5., nisi cum ille constituitur procurator, qui privato damno ex prohibitione afficitur. ut Dig. de publ. iud. 48, 1. l. pen. §. 1.[41]).

Si vero causa est criminalis, frustra intervenit procurator. ut C. 5. q. 3. c. in criminalib. 2.[42] X. 3. de procurat. 1, 22. c. tuae fraternitatis. 2.[43] Dig. de publ.

„exceptis criminibus, vel ad ordines promo„veri, dicit decretalis nova. X. G. de testib. „2, 20. c. non debet quis. 56." Gregor. 9.

37) *foeminis*. Ita fere omnes libri manuscr. — Al. „foeminas." L. 3.

38) Rf. 2. add. „vel spiritualibus anne„xis."

39) Clem. 3. „Si matrimonii causa possit „per procuratorem expediri, nos tua duxit „prudentia consulendos. Hic autem decerni„mus distinguendum, quod, si in ipsa causa „matrimoniali criminaliter quaestio ventila„tur, et ob eandem ab adversa parte crimina„liter sit agendum, non per interpositam per„sonam, sed per ipsam personam principa„lem causam matrimonii terminari oportet, „cum, sicut iura testantur, praesens prae„sentem accusare debet et se talionis vinculo „obligare; secus autem in causa matrimo„niali, in qua non criminaliter agitur, credi„mus procedendum; securius tamen agere„tur, si, cum haberi possit principalium prae„sentia personarum, ipsis praesentibus in „utroque ad diffinitionis calculum proceda„tur." Haud recept. in coll. Gregor. — B.B. substit. X. G. h. t. 1, 38. „c. tuae. 5." (c. 2. X. 3. e. t. 1, 22. Innoc. 3.) — Rf. 1. ad c. matrimonii. „u. d., quod bene potest causa „matrimonii tractari per procuratorem, dum „non agatur criminaliter." et subinde: „Ad „idem X. 3. de restit. spol. 2, 6. c. ex parte. „4." Innoc. 3. — Rf. 2. „X. G. de procurat. „c. tuae fraternitatis." (vid. supra B.B.) „u. „d., quod bene . . ." (ut Rf. 1. ad c. matrimonii.) „Ad idem X. G. de rest. spol. 2, 13. c. „ex parte. 14."

40) c. 4. X. G. 1, 38. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

41) *Dig. de publ. iud. l. pen. 1.* fortasse ex sequentibus (cf. hui. pag. vers. ult. et seq.) in hunc locum translata. Vid. potius l. l. 42. pr. Dig. de procurat.

Post verba ex h. l. 42. pr. (vid. vers. 7.) transcripta, loco reliquorum „*Dig. de pop. „act. . . . l. pen. §. 1.*" Rf. 1. 2. „Ad idem: „in" (Libri ed. „Sed in") „popularibus actio„nibus intervenit procurator ad defenden„dum, non ad agendum. ut Dig. de popul. „act. 47, 23. l. qui populari. 5." (Rf. 2. „u. d. „ * *.") „Item ad actionem iniuriarum ex l. „Cornelia procurator dari potest, quia, etsi „pro publica utilitate exercetur, privata ta„men est. ut Dig. e. t. 3, 3. l. licet. 42. §. 1." (Rf. 2. „ubi habes eadem verba.")

42) *Si vero . . . criminalibus.* — Libri manuscr. Rf. 1. 2. turbato ordine: „Licet autem „in criminali causa non interveniat procura„tor, ut X. 3. de accusat. 5, 1. c. veniens. 2." (Innoc. 3. — Rf. 2. „X. G. de accusat. 5, 1. c. „veniens. 15. circa medium.") „ad excusan„dum tamen et ad excipiendum admittitur, „ut ibidem dicitur et C. 5. q. 3. §. reos. (ad „c. 1.) Dig. e. t. 3, 3. l. absens. 71." (Rf. 2. „u. d. * *.") „et l. servum. 33. §. publice * *. „2. Ad idem Cod. de accusat. et inscr. 9, 2. „l. reos * *. 3." (Rf. 2. add. „Ad idem Dig.

iud. 48, 1. l. pen. (§. 1.)[44] — Excipitur causa ingratitudinis, quae per procuratorem tractari potest, ut Dig. e. t. 3, 3. l. sed hae personae. 35. §. 1.; — item causa criminis iniuriarum, in qua illustris persona per procuratorem agere potest[45], ut C. 3. q. 9. §. nisi. (ad c. 18.) et Cod. de iniur. 9, 35. l. ult.; — item causa suspecti tutoris, in qua potest absens defendi per alium. ut Dig. e. 3, 3. l. non solum. 39. §. ult. — Et dicit dominus Azo., legum doctor egregius[46], quod, licet sit causa criminalis publica vel privata, ex quo non imponitur poena capitalis, sed relegationis, vel minor, puta remotionis[47] ab ordine, constitui potest in ea procurator; cum et poena relegationis infligatur absenti relegato[48], sicut in pecuniaria causa fertur sententia contra absentem. ut Dig. an per al. caus. app. 49, 9. l. 1.[49] Dig. de poen. 48, 19. l. absentem. 5.[50] — Et nota, quod, licet agatur de crimine, si non agitur criminaliter, sed alio modo, intervenire potest procurator in causa. ut X. 3. de procurat. 1, 22. c. ult.[51] X. 3. ut lite non cont. 2, 3. c. ad hoc Deus. 1.[52] X. 3. de accusat. 5, 1. c. super his. 3.[53] Quot modis de criminibus agi possit, determinabitur infra in titulo de criminibus[54].

§. Explicat autem procurator actoris officium suum, si cavet rem ratam dominum habiturum, ut Cod. de satisd. 2, 57. l. un.[55], et si satisdat de defendendo eum, cuius nomine agit, quia nemo idoneus defensor est sine satisdatione. §. 6.

„de accusat. 48, 1. l. accusatore. 13.") „Si vero „causa crim. sit, fr. interv. proc. ut C. 5. q. „3. c. in criminalib. * *." (Praeterea Rf. 1. „Ad idem X. 2. e. t. c. si matrimonii., u. d. „expresse: praesens praesentem accusare „debet." — Abs. a Rf. 2. Cf. not. 39. ad. h. t.) — Ista priora „Licet autem — — l. reos." in marg. addita, post vero in contextu parum apte priori loco posita esse videntur.

Aliter Ed. 2. 3. 4. „Licet autem ... l. „reos. * *. Contrarium habetur C. 5. q. 3. „c. in criminalibus * *."

43) c. 5. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3.

44) *Dig. de publ. iud. l. pen.* — Rf. 1. „Et „hoc intellige, si agatur criminaliter. Alias „bene potest constitui procurator, ut bene „dicitur X. 3. e. t. c. tuae. Ad idem Dig. de „publ. iud. l. penult. §. ad crimen * *. (§. 1. „pr.)" — Similit. Rf. 2. „Et hoc int. si ag. crim. „ut in praedicto c. et Dig. de publ. iud. l. ac„cusatore. §. ad crimen * *."

45) *ill. pers. per proc. ag. pot.* — Rf. 2. „ill. „pers., quae convenitur, per proc. ag. pot." F. 1. 2. M. 1. 2. — „ill. pers., quae conveni„tur, per proc. defendi pot." Bi. — „ill. „pers., quae convenitur, per proc. ag. pot. „vel defendi." Ham.

46) *Et dicit .. egregius.* — Rf. 1. 2. „Di„cunt tamen quidam." — A Tancr. autem hoc maxime loco Azonem laudatum esse commemorat *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 1. num. 10. in v. et Tancr. — Cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 2, 13. num. 12. vers. si autem sit criminalis causa.

47) *relegationis . . remotionis.* (ut ipse Azo.) — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „relegatio „minor, puta remotio."

48) *relegato.* (Ipse Azo: „accusato.") Rf. 2. om.

49) *Dig. an per al. c. app. l. 1.* (Cf. *Gloss.* in v. relegationem.) Rf. 1. 2. om.

50) Cf. *Gloss.* ad l. servum quoque. 33. §. 2. Dig. de procurat. 3, 3. in v. datur.

51) c. tuae fraternitatis. 5. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. — B.B. cod. A. Hal. negligenter „c. tuae. c. ult." Rectius E. L. 3. „c. tuae."

52) c. 1. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

53) c. 16. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3.

54) part. 2. tit. 7.

55) Cf. part. 2. tit. 16. §. 1. pr.

ut Dig. de procurat. 3, 3. l. qui proprio nomine. 46. §. 1. [56]) (2.) Alias, si non defendit, denegantur ei actiones. ut Dig. e. 3, 3. l. mutus. 43. §. poena non. 4. [57]) Qualiter autem procurator actoris vel rei satisdare debeat, in titulo de satisdationibus plene dicetur. [58]) — Item officium procuratoris est exsequi mandatum usque ad finem, prout expedit domino, nisi tempestive renuntiaverit. ut Inst. mandat. 3, 26. (27.) §. mandatum. 11.

Et nota, quod in nullo debet esse deterior conditio procuratoris, quam domini, nisi in satisdando. ut Dig. e. 3, 3. l. sed hae personae. 35. §. defendere. et §. ult. 3. et l. vel in operis. 36. [59]) et l. si minor. 51. quoniam. 1. [60])

---

56) *Dig. de proc. l. qui propr. nom. §. 1.* — Rf. 1. 2. „Inst. de satisdat. 4, 11. §. si quidem „* *." (in med. §. 1.) — Rf. 2. add. „Ad „idem Dig. de proc. l. qui propr. nom. §. 2. „u. d. * *. Ad idem Cod. de proc. 2, 13. l. „actionem. 5. u. d. * *."

57) *Alias ... §. poena non.* — Rf. 2. „Ad idem Dig. e. t. l. mutus. §. poena * *." Inde libri ed. male: „Ad idem Cod. e. t. l. in„vitus. Poena autem non defendentis procu„ratoris haec est, ut ei denegetur actio."

58) part. 2. tit. 16.

Ante seq. L. 4. inscr. »De officio procu»ratoris."

59) *Dig. e. .. operis.* — Rf. 1. 2. „Dig. „e. l. sed et hae pers. §. defendere, u. d., de„fendere autem est idem facere in lite, quod „dominus faceret, et cavere idonee; nec de„bebit durior" (Rf. 2. „deterior") conditio „fieri procuratoris, quam domini, praeter„quam in satisdando."

60) *et l. si minor. §. quoniam.* — Rf. 2. „Ad idem Dig. e. t. l. non videtur * *." 53.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Et:" (i. e. „Et l." — Rf. 2. „Ad idem Dig. de procurat. „3, 3.") „si post datum procuratorem capi„tales inimicitiae intercesserint, non cogen„dum accipere iudicium, nec stipulationem „ob rem non defensam committi, quoniam „causa sit nova." (l. 14.) — „Dig. e. t. sed „ex his." (Rf. 2. „Item procurator quandoque „cogitur subire defensionem. ut Dig. de pro„cur. l. sed etiam.") „u. d. * *." (l. 12. 13.) — „Dig. e. t. l. ante litem cont. * *. 16. „Dig. e. t. l. post litem cont. * *. 17." (pr. — Rf. 2. „Item nota, quod, licet dominus »ante litem cont. libere possit procuratoris „revocare mandatum, ut Dig. e. t. l. ante lit. „cont. u. d. * *., tamen post litis cont. man„datum revocare non poterit invito procura„tore, nisi iustis ex causis. ut Dig. de procu„rat. l. post litis cont. u. d. * *.") „Quae omnia „non solum ex parte rei, sed etiam in per„sona actoris observabuntur." (Cf. l. 25. pr. Dig. e. t.) „Quod autem post litem cont. pro„curatorem mutare non licet domino, intelli„gendum est, nisi iusta de causa. Iustae au„tem causae sunt omnes illae, quibus excu„satur procurator, ne procedat et mandatum „exsequatur; et propter easdem causas post „litem cont. etiam invitus a procuratione re»movetur; veluti, si inimicitiae exortae sint „inter procuratorem et dominum, vel affinitas „inter procuratorem et adversarium, et hu„iusmodi," (Rf. 2. add. „aut si exsilio latitet, „aut longa peregrinatione aut valetudine im„pediatur, aut in carcere praedonum ho»stiumve teneatur, vel adversario suo succe»dat, et huiusmodi aliae,") »ut Dig. e. t. l. »post litem cont §. in causae cognitione * *." (l. 17. § 2. l. 18.) »Iusta ergo causa non exsi»stente non removebitur." (Rf. 2. add. »Ad „idem Cod. de procurat. 2, 13. l. procurato„ribus. 22.") „Si igitur dominus causam obii„ciat, quam procurator non adesse conten„dat, ita audiendus erit procurator, si magis „purgare voluerit suam infamiam, quam ex „remotione consequeretur, quam procura„tionem retinere;" (Rf. 2. add. „nec enim „ferendus est procurator, qui sibi procura-

§.[61]) Effectus procuratoris est, ut ratum sit, quidquid cum eo agitur. ut§. 7. X. 1. de procurat. 1, 29. c. 1.[62]) Cod. de satisd. 2, 57. l. un.[63]) Et licet revocatum sit mandatum, dummodo adversarius ignoret revocationem, ratum est, quod cum eo gestum est, ut in praedicta lege dicitur.[64]) Sed si adversario sciente re-

„tionem asserit;") „nam" (Rf. 2. add. „alias") „eo ipso suspectus est, quod operas suas „ingerit invito. ut Dig. e. t. l. quae omnia. 25. „Hoc autem intelligendum est, nisi propriae „litis fuerit procurator, vel forte alia retentione, veluti nomine expensarum, uti voluerit; tunc enim non removebitur, nisi dominus solvere paratus sit. ut Dig. e. t. l. nisi „dominus. 26. Si autem dominus non omnia „iudicia, sed quaedam vult et quaedam non „vult a procuratore transferre, huiusmodi „inconstantiam procurator recusabit. ut Dig. „e. t. l. in causae cognitione * *. 27. (pr.)"

61) L. 4. inscr. „De effectu procuratoris."

62) c. 1. X. G. e. t. 1, 38. Gregor. M.

63) *Cod. de satisd. l. un.* in Rf. 1. 2. in alium locum translata. Cf. not. seq. 64.

64) *ut . . dicitur.* — Rf. 1. 2. »ut Cod. de »satisd. l. un." (Conf. *Gloss.* in v. noluerit.) et Rf. 2. »Ad idem facit decretalis nova X. »G. de procurat. 1, 38. c. mandato * *. 13." Gregor. 9. Cf. not. 67. ad h. tit. vers. B.B. add.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Cod. e. t. »2, 13." (Rf. 2. »Ad idem Cod. de procurat.") »l. nulla dubitatio est, post causam in iudicio agitatam utpote dominum litis procuratorem effectum, et ideo post excessum eius, »qui agendam vel defendendam litem mandaverat, posse inchoatam causam iurgiumque finire * *. 23. — Procurator autem, »nisi mandatum speciale habuerit, vel in rem »suam sit factus procurator, vel generalem »et liberam habuerit administrationem, transigere non potest. ut Dig. de procurat. 3, 3. »l. mandato * *. 60. Ad idem Cod. de trans»act. 2, 4. l. transactionis * *. 7. Ad idem »Dig. de pact. 2, 14. l. nam et nocere * *. 12. »Secus autem est, si generalis et libera ad»ministratio commissa sit procuratori. ut Dig. »de procurat. 3, 3. l. procurator, cui gene»ralis administratio et libera rerum est com»missa, potest exigere et novare" (Cf. *Gloss.* cas. *Vivian.*) »et aliud pro alio mutare. 58." (Post l. l. transactionis. Rf. 2. »Ad idem Dig. »de pact. 2, 14. l. rescriptum. 10. §. ult. u. d., »utputa si procurator * *. Secus aut., si ge»neral. et lib. administr. procuratori commis»sa sit. ut Dig. de pact. l. nam et nocere * *. »Ad idem Dig. de procurat. l. procurator, cui »gen. et lib. adm. rer. est commissa, pot. »transigere et novare et al. pro al. mutare.") — »Et nota, quod quilibet praelatus eccle»siae procurator est, habens generalem et li»beram tam in spiritualibus, quam in tempo»ralibus facultatem." (Rf. 2. »administratio»nem.") „ut X. 3. de elect. 1, 6. c. cum no»bis olim. 4. in f." (c. 19. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) — »Item confessio procuratoris »domino praeiudicat. ut X. 3. de postulat. 1, »4. c. 1." (Rf. 2. »X. G. de postul. praelat. 1, »5. c. ad haec. 1." Innoc. 3. — Bi. add. »u. »d. * *." Similit. Ed. 2. 3. 4. — Cf. *Gloss.* in v. non negavit.) »X. 3. de capell. monach. »3, 29. c. dilectus. 1." (Rf. 2. »X. G. de cap. »m. 3, 37. c. dilect. 2., ubi procurator eccl. St. »Laurent. confessus fuit * *." Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. sponte confessus.) „et de sent. „et re iud. 2, 18. c. suborta. 11." (Rf. 2. „X. G. „de sent. et r. i. 2, 27. c. suborta. 21. ubi syndi„cus monasterii cuiusd. confessus fuit * *." Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. per confessionem.) »sicut nocet confessio advocati. ut X. 3. de cen»sib. 3, 37. c. olim. 5." (c. 20. X. G e. t. 3, 39. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. non revocata.) »Credo »etiam, quod semper nocet domino confessio »veri procuratoris. ut X. 1. e. t. 1, 29 c. un." (Rf. 2. »Credo enim, quod semp. praeiudicet »domino conf. veri proc. ut X. G. de procu»curat. 1, 38. c. 1. u. d. * *." — Gregor. M. — »Ad idem Dig. de tribut. act. 14, 4. l. pro»curatoris * *." 5. pr.) »Nec exspectandum

vocatum sit mandatum, non valet, quod post revocationem cum eo geritur. ut X. 2. de procurat. 1, 18. c. ex insinuatione. 3.[65]) X. 3. e. t. 1, 22. c. in praesentia. 1.[66]) Dig. iudicat. sol. 46, 7. l. si ante. 7. l. si quis cum servo. et l. cum quis. §. 1.[67])

»est, ut dominus ratam habeat confessionem. »arg. Dig. de cond. indeb. 12, 6. l. si procu»rator. 6. §. Celsus. 2." (Rf. 2. »u. d. * *.") »et l. indebitam. 47." (Rf. 2. »u. d. * *.") »Nam quidquid delinquit procurator circa iu»dicium, domino praeiudicat, nisi fines man»dati excesserit. ut X. 3. de off. del. 1, 18. c. »ult." (c. cum olim. 32. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. protinus contradixit.) »et Dig. de procuratorib. 3, 3. l. si procura»tor. 28." (Fuerit Cod. e. t. 2, 13. l. si procurator. 10. — Rf. 2. »Dig. de procur. l. si pro»curatorem. 65. et Cod. de procur. l. si pro»curator * *.") »Tamen procurator domino »de omni dolo et culpa respondebit. ut Cod. »mandat. 4, 35. l. a procuratore. 13." (Rf. 2. »u. d. * *.") »X. 4. de arbitr. 1, 18. c. per »tuas. 2." (c. 9. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.) »Dig. »de dol. exc. 44, 4. l. si procurator * *. 9." (Vid. potius l. si procurator. 11. in f. — Rf. 2. insuper add. »Ad idem Dig. de dol. mal. 4, 3. »l. e eleganter. 7. §. si dolo malo. 9.")

65) c. 3. X. G. e. t. 1, 38. Clem. 3. Ibi in cas. *Gloss.* »Archidiaconus .. procuratori »expresse prohibuit, sciente adversario suo, „ne iudicium susciperet." Cf. not. seq. 66.

66) c. 4. X. G. e. t 1, 38. Innoc. 3. Ibi in cas. *Gloss.* »Episcopus .. mandatum .. revo»cavit sciente parte adversa." — Ex *Gloss.* ad c. mandato. 13. e. t. in v. a domino revocato. » .. Ex litera illarum" (decr. ex insinuatione. et decr. in nostra praesentia.) »numquam colligitur, quod revocatio perve»nerit ad iudicem vel adversarium; et tamen »revocatur, quod factum fuit per illos pro»curatores; sed ibi suppletur, quod revoca»tio pervenerit ad adversarium."

67) *l. si quis cum servo. et l. cum quis. §. 1.* Ita codd. T. et B.B., nec non Rf. 1. Sed legendum est: Dig. de solut. 46, 3. l. si quis cum servo. 18. et l. cum quis. 38. §. 1. Cf. fin. hui. not. B.B. add. »Quod dicitur de scientia ad»versarii, intelligitur post litem contestatam. »ut X. G. e. t. 1, 38. c. mandato. 13." Gregor. 9. — Hinc fortasse, permutatis T. et B.B. libris, *Durant. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 1. num. 37.: »si ante" (lit. cont. fiat revocatio), »non est necesse, quod .. perveniat »ad adversarium vel iudicem, dum tamen »perveniat ad ipsum procuratorem, secund. »Tancr. et alios, arg. a contrario sensu X. »G. e. t. c. mandato et c. in nostra." (Cf. *Gloss.* ad l. c. mandato. in v. a domino revocato. vers. sed quare dicit post lit. cont.?) Nec praetereundum est, quod Io. Andr. h. l. nullam Tancredini libri mentionem fecit.

X. 2. de procurat. (vers. 2.) .. *l. cum quis.* — Rf. 2. »X. G. de procurat. c. in nostra »praesentia. Et ita patet, quod necesse est, »quod revocatio mandati veniat ad adversa»rium; alias rata habebuntur, quae facta »fuerint cum procuratore. ut X. G. de pro»curat. 1, 38. c. mandato. 13." (Gregor. 9.) »et X. G. de rescript. 1, 3. c. ex parte. 33." (Gregor. 9.) »u. d., quod revocatio mandati »veniat ad adversarium vel ad iudicem; alio»quin rata manent, quae procurator egit." (Cf. summ. ord. hui. c.) »Ad idem X. G. e. t. »c. ex insinuatione. et Dig. iud. solv. l. si „ante acceptum iudicium. quod si quis sci„ens * *. Ad idem Dig. de solut. l. si quis „servo. §. nam etsi * *. et l. cum quis. §. „(si) debitorem." (Haec verba „Ad idem Dig. „de solut. .. debitorem." recepi ex Ed. 2. 4. Similit. Ed. 3. mutato tantum ordine. Librorum manuscr. var. lect. sunt hae: „Ad id. »Dig. de sol'o. nam etsi .. debitorem." F. 2. — »Ad id. Dig. de stip̄. servo .. debitorem." Bi. — »Ad id. Dig. de stiploīb. sol'o. nam et»si .. debitorem." F. 1. Ham. M. 1. — »Ad »id. Dig. de stipuloīb. sol'o. nam etsi .. »Dig. de stipl. l. cum quis. §. debitorem." M. 2.)

§. Finitur mandatum procuratoris per revocationem eius, qui mandavit, ut X. 3. de procurat. 1, 22. c. in praesentia. 1. [68]); — item finitur renuntiatione procuratoris, re integra, ut Dig. e. 3, 3. l. mutari. 24. et leg. praecedentibus et sequentibus. Inst. mandat. 3, 26. (27.) §. mandatum. 11. [69]); — item morte domini vel procuratoris, re integra. ut Inst. mandat. 3, 26. (27.) §. item si adhuc. 10. Dig. mandat. 17, 1. l. mandatum. 57. [70]). §. 8.

Haec de procuratoribus breviter dixisse sufficiat.

De syndico et actore [1]). T.7.

Tractavimus de procuratore, qui agit causam alienam [2]). Nunc videamus de syndico et actore, qui tractant causas universitatis. Videamus, quis sit syndicus, quis actor, quis eos constituere potest [3]) et qualiter, et quis possit constitui, et quod sit eorum officium. [4])

§. Syndicus est ille, qui constituitur ad agendum vel defendendum causas nomine universitatis [5]); syndicus graece, latine defensor dicitur. ut Dig. de mun. et hon. 50, 4. l. ult. §. defensores. 13. [6]) Actor similiter ad agendas vel defen- §. 1.

---

68) c. 4. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3.

69) *item finitur . . §. mandatum.* — Rf. 1. 2. »Item finitur officium procuratoris, si re»nuntiaverit mandato. ut Inst. mandati. §. „mandatum."

70) *ut Inst. . . l. mandatum.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »ut Cod. mandat. 4, 35. l. man»datum. 15. u. d. * *. Ad idem X. 1. de off. »deleg. 1, 21. c. relatum. 22." (c. 19. X. G. e. t. 1, 29. Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. contestata.) »X. 3 e. t. 1, 18. c. licet undique. 9. in f." (c. 30. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 2. »u. »d. quod mandatum re exsistente integra »morte mandatoris exspirat." — Cf. *Gloss.* in v. re integra.)

1) Sic B. L. 1. A. E. (L. 3. »De synd. vel »act.") Bi. F. 1. Ham. M. 2. — Al. »De syndi»co." Bs. L. 2. 4. F. 2. M. 1. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. in rubr. de syndico. »Tancr. . . parum in hac rubr."; nec non alio loco, ad lib. 1. p. 3. tit. de actore ab universitate etc. num. 5. in v. forma. »Tancr. rubr. »de syndico."

2) *alienam.* — Ed. 3. »privatam."

3) *potest.* — Rf. 1. 2. »possit."

4) Rf. 1. 2. add. »et qualiter eorum offi»cium finiatur."

5) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de his qui alieno nom. etc. num. 3. in v. defensores.

6) Rf. 1. 2. add. »Item syndicus dicitur »quasi plurium" (Rf. 2. »singulorum." Cf. *Gloss.* ad l. 1. §. 1. Dig. quod cuiusc. univ. nom. 3, 4. in v. syndicum. vers. nam dicitur syndicus.) »causas dicens. Et dicitur proprie »procurator monasterii. In ecclesia vero sae»culari vocatur oeconomus. ut C. 16. q. 7. »c. quoniam. 21." (Rf. 2. add. »et Cod. de »episc. et cler. 1, 3. l. omnes. 33. § hoc nihilo»minus * *. 4. Et dicit canon, quod episco»pi sive oeconomus facultates ecclesiae tra»ctare debent. ut C. 16. q. 7. c. quoniam in »quibus. 21. Et dicit alius canon, quod archi»episcopus debet supplere negligentiam epi»scopi, qui non constituit in ecclesia sua oe»conomum, et e contra." — Ad haec Ed. 3. »ut C. 9. q 3. c. cum simus. 3.") »Et nota, »quod, licet universitas habeat constituere »syndicum vel actorem, quandoque tamen »constituit procuratorem. ut X. 4. de procu»rat. 1, 16. c. quod in causis. 2." (c. 7. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3.) »u. d., quod universitas »Parisiensis petiit, . . ut sibi liceret . . pro»curatorem constituere. . Ad idem X. 3. de »rest. in int. 1, 24. c. cum venissent. 1." (c. 2. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. — Rf. 2. add. »u.

dendas causas universitatis constituitur. ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. item eorum. 6. §. actor universitatis. 3. Sed haec est differentia inter eos, quia actor tantum ad lites praesentes constituitur et cum decreto, et hoc ideo, quia decretum non extenditur ad futura, sed circa praesentia tantum; syndicus vero constituitur ad lites praesentes et futuras et sine decreto. ut in praedicta l. item eorum. §. si decuriones. 1. [7])

§. 2. §. Sola universitas vel collegium constituere potest syndicum vel actorem, ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. 1., vel is, cui universitas potestatem dederit eligendi, ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. item eorum. 6. §. 1.; cum hac tamen distinctione, quod, si negotia illa pertinent ad episcopum, per episcopum debet constitui cum consensu capituli; si ad capitulum, constitui debet per capitulum cum consensu episcopi. [8]) **arg. C. 18. q. 2. c. hoc tantum. 1. Inst. de curat. 1, 23. §. ult.** [9]) **Di. 88. c. 1. C. 10. q. 2. §. hoc ius porrectum. (ad c. 2.)** [10]) **Cod. de his qui ad eccl. conf. 1, 12. l. praesenti. 6.** [11]) **Cod. de episc. et cler. 1, 3. l. omnes.**

„d., ‚ quod quidam monachi ad mandatum iu„dicum procuratorem elegerunt.") „et X. 3. „de iuram. cal. 1, 26. c. un." (c. cum causam. 6 X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. per procuratorem.) „Ad hoc potest dici, quod „in omnibus allegatis capitulis syndicus vel „actor appellatur procurator, ut probatur" (Loco hor. verb. „ut prob." Rf. 2. „et est si„mile, quod legitur") „X. 3. de probat. 2, 11. „c. licet. 4." (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.) „X. 3. de praescript. 2, 17. c 1." (c. accedentes. 11. X. G. e. t. 2, 26. Innoc. 3.) „ubi „iidem appellantur syndici et procuratores „et ead lit. de resti. c. cum causa." (Ita L. 4. — Al. „de resti. spo. c. cum causa." Ed. 1. — Fuerit vel X. 3. de testib. 2, 12. c. cum causam. 10. Innoc. 3., ubi in his, quae in c. 37. X. G. e. t 2, 20. omissa sunt, de procuratoribus archiepiscopi et communis Faventini dictum est; cf. c. cum causam. 6. X. G. de iuram. cal. 2, 7.; — vel X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. olim causa. 2. i. q. c. 12. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3., nam ibi vers. f. procuratoris ecclesiae vel capituli fit mentio. — Loco istorum: „ubi iid. app. . . c. cum „causa." Rf 2. „et X. G. de censib. 3, 39. c. „cum instantia. 17." — ex c. 2. X. 3. e. t. 3, 37. Innoc. 3. primicerio et clero Mediolan., verb., a Raym. om., syndici et procuratores vestri. — „et C. 1. q. 3. c. salvator. 8." §. 2.), „et improprie vocantur procuratores." (Hor. loco Rf. 2. „in quibus omnibus capitulis iidem „appellantur syndici et procuratores, et ita „improprie vocantur.") „Vel dicas, quod in „hoc attenditur loci consuetudo, utrum sc. „constitui debeat syndicus vel actor, aut pro„curator."

7) Cf. *Gloss.* in v. decretum.
Rf. 2. add. „vers. sed hodie." §. 1. in f.

8) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de synd. num. 18. in v. sic intellige. Cf. *D. sp.* lib. 1. p. 2. tit. de actore. num. 76. vers. prima est communis.

9) Ibi *Gloss.* in v. actorem. „. . . nota hic „varia nomina eorum, qui aliorum facta „agunt, . . oeconomus, cui res ecclesiastica „gubernanda mandatur ab episcopo cum „consensu fratrum vel capituli. ut . . Cod. de „episc. et cler. l. omnes. §. hoc nihilominus. „vers. hunc enim sine dubio." Cf. h. pag. vers. 14.

10) Cf. *Gloss.* ad Auth. hoc ius porrectum. ad l. 14. Cod. de sacros. eccl. 1, 2. in v. maiore.

11) §. 2. „. . religiosus oeconomus, seu „defensor ecclesiae, vel certe quem his ne„gotiis commodiorem auctoritas episcopalis „elegerit."

33. §. in hac. 3. 4.[12]) C. 9. q. 3. c. cum simus. 3. X. 1. de iuram. calumn. 1, 34. (35.) c. imperatorum. 5.[13]) Dig. de mun. et hon. 50, 4. l. munerum. 1. (§. 2.)[14]) — Defensores constitui debent a tota universitate vel a maiori parte[15]), ita tamen, quod duae partes ad minus intersint in constituendo ipsum, ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. nulli. 3. et l. plane. 4.; sed non est necesse, quod omnes, qui intersunt, consentiant; sufficit enim, quod maior pars consentiat in eum.[16])

Et nota, quod exprimi debet in scriptura, de creatione syndici vel actoris confecta, quis constituatur, et ad quid, et contra quos constituitur[17]), nisi generaliter ad omnes lites constitueretur. arg. Dig. de procurat. 3, 3. l. si procuratorem. 65.

§. Potest autem constitui syndicus vel actor, sive sit de universitate, sive §. 3.
non de universitate, quoniam monachus mandato abbatis causas monasterii tractare potest, ut C. 16. q. 1. c. monachi. 35. et c. qui vere. 12.[18]). X. 3. ne cler. vel mon. 3, 38. c. ult.[19]), et expressum est X. 1. de testib. 2, 13. c. insuper. 21.[20]) Quod constitui possit, qui non sit de universitate, probatur X. 1. de syndico. 1, 29. (30.) c. un.[21]) X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. in pertractandis. 4.[22]) C. 16. q. 1. c. de praesentium. 20.[23]) — Et constitui potest tam paterfamilias quam filiusfamilias. ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. item eorum. 6. §. ult.

§. Officium syndici vel actoris est causas universitatis tractare ac defendere §. 4.
universitatem. — Nec compellitur satisdare, nisi cum dubitatur de decreto[24]) vel mandato. ut Dig. quod cujusq. univ. 3, 4. l. item eorum. 6. §. actor. 3. — — Item syndicus et actor iurant de calumnia[25]), sicut tutor, quia legitimam habent administrationem. ut Cod. de iureiur. propt. cal. dand. 2, 59. l. 2. §. 1. (2.) X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. in pertractandis. 4.[26]) — Contestatur litem et

---

12) Cf. not. sup. 9.

13) c. 4. X. G. e. t. 2, 7. Eugen. 3. „.. „oeconomum statuant" (abbas et fratres), „qui pro eis petere et excipere valeat."

14) *arg. C. 18.* (pag. 124. vers. 12.) .. *l. munerum.* His omissis, Rf. 1. et similiter Rf. 2. „X. 3. de rescript. 1, 2. c. edoceri. 11. in f." (c. 21. X. G. e. t. 1, 3. Innoc. 3.) „u. d., quod „abbas debet procurare negotia monacho„rum, nisi forte abbatis et monachorum ne„gotia omnino sint discreta. Ergo, si sint „discreta, bene possunt monachi sine abbate „tractare negotia sua."

Cf. *Gloss.* ad h. c. 21. in v. debeant.

15) *Defensores .. parte.* — Rf. 1. 2. „Con„stitui debet syndicus et actor a tota univer„sitate, vel a maiori et saniori parte capituli."

16) Cf. *Gloss.* ad l. 1. 3. in v. duae partes.

17) *constituitur.* Vulg. — Al. „constitua„tur." L. 2.

18) *c. qui vere.* (Ex *Gloss.* ad l. c. 35. in v. abbate. „Potest monachus esse procurator „ecclesiae suae de licentia sui abbatis et „etiam aliorum. supr. e. c. qui vere.") Rf. 1. 2. om.

19) c. ex parte 2. X. G. de postuland. 1, 37. Innoc. 3.

20) c. 6. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.

21) c. un. X. G. e. t. 1, 39. Gregor. M.

22) c. 3. X. G. e. t. 2, 7. Eugen. 3.

23) *C. 16. q. 1. c. de praesentium.* (Cf. *Gloss.* in v. defensor.) Rf. 1. 2. om.

24) Rf. 2. add. „ratihabitionis."

25) Rf. 1. add. „X. 3. de iuram. cal. 1, 26. „c un." Innoc. 3. — Inde Rf. 2. „X. G. de i. „c. 2, 7. c. cum causam. 6., sed non loquitur „de syndico vel actore, sed de procuratore." Cf. not. 6. ad h. tit.

26) Vid. not. sup. 22.

interrogatur de facto, et omnia facit in causa, sicut legitimus dominus litis; et eius confessioni stabitur; et sententia in persona eius formatur.[27] ut X. 3. de censib. 3, 37. c. olim causam. 5.[28] et X. 3. de capell. monach. 3, 29. c. dilectus. 1.[29].

§. 5. Et quod dicimus de syndico, idem intelligo dici posse de oeconomo episcopalis ecclesiae et vicedomino, qui praeest rebus[30] et causis episcopi.

Et nota, quod istorum officium eisdem modis finitur, quibus mandatum procuratoris. ut Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. item eorum. 6. in f.

Est etiam alius actor, qui a praetore datur, petente tutore vel curatore[31], periculo rerum tutoris vel curatoris, in litibus ad agendum vel respondendum. ut Inst. de curat. 1, 23. §. ult.[32].

Et omnes hi quasi[33] legitimam habent administrationem, et constituere possunt procuratorem in causis post litem contestatam. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. neque tutores. 11.

*

P. 2. Quod iudicium actor adire debeat. 1)

T. 1. In superiori particula tractavimus de personis, quae debent consistere in iudicio. In hac secunda intendimus instruere iudicem, actorem et reum, in praeparatoriis ad iudicium, et in his, quae litis contestationem praecedunt[2]. Videamus

---

27) *formatur.* Vulg. codd. T. et B.B. — Al. „formabitur." L. 1. et Rf. 1. 2.

28) c. 20. X. G. e. t. 3, 39. Innoc. 3.

29) c. 2. X. G. e. t. 3, 37. Innoc. 3.

30) Libri ed. add. „ecclesiasticis."
Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de vicedomino.

31) *curatore.* E. (L. 3. „curatore, quando „ipsi non possunt administrare negotia pupilli." Cf. *Gloss.* ad l. §. ult. Inst. de curat. in v. necessitate.) Rf. 1. 2. — Al. „procura- „tore." Codd. T. et A. Hal.

32) Tutorem „non habere petere, acto- „rem per iudicem constitui, sed ipsum tuto- „rem constituere, et iudicem autorizare;" utramque autem formam ab Azone (cf. summ. Cod. tit. de procurat. 2, 13. num. 6. vers. constituent tamen tutores.) proponi, et priorem Tancredo in f. hui. tit. placuisse videri notavit *Io Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de actore ab universitate etc. num. 5. in v. forma.

33) *omnes hi quasi.* Ita vulg. codd. T. et B.B. — Al. „omnes hi, qui." E. L. 4. — „omnes, qui." Rf. 2.

1) Vulg. „Incipit secunda particula." — Subinde: „Quod iudicium actor adire de- „beat." B. L. 1. 2. M. 2. (*Io. Andr. ad D sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de compet. iudicis aditione. „. . . sciendum, quod auctor hanc rubr. „habuit a Tancr., qui in sui operis parte se- „cunda posuit duas rubr., prim., quod iudi- „cium actor adire debeat, secund. de adeun- „do iudice, quae sonat, iudicium qualiter „adeatur.") — Al. „Cuius iudicium actor „adeat." Bs. — „Cuius iudicium actor adire „debeat" (Vid. h. tit. pr.) L. 4. (addita altera inscr. „Qualiter actor sequatur forum rei.") Bi. F. 1. 2. Ham. (*Grat.* p. 1. tit. 2. „Tancr. „in rubr. cuius iud. act. ad. deb.") — „De ad- „eundo iudice." A.

2) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de praeparatoriis iudicior. (Ibi Francof. pro „Tancr." male „tamen.")

igitur primo loco, cuius iudicium actor adire debeat, et quis dicitur [3]) esse iudex alicuius [4]), et in quibus casibus non teneatur actor forum sequi pulsati.

§. Regulariter quidem traditur et est verum, quod, sive clericum sive lai- §. 1.
cum velit quis convenire, iudicem rei debet adire, quoniam [5]) actor forum rei sequi debet. ut C. 11. q. 1. c. experientiae. 15. X. 1. de foro comp. 2, 2. c. ult. [6]) X. 2. e. t. 2, 2. c. cum sit generale. 4. [7]) Cod. de iurisd. omn. iud. 3, 13. [8]) l. in criminalibus. [9]) 5. (pr.) et in multis aliis locis [10]).

§. Quis dicitur [11]) esse iudex ordinarius alicuius? Respondeo, ille est iudex or- §. 2.
dinarius rei, apud quem ipse reus domicilium habet, ut C. 13. q. 2. §. quia ergo. (ad c. 6.) et Dig. de iud. 5, 1. l. heres absens. 19.; et, si duo quis habet domicilia in iurisdictione duorum iudicum, illis duobus iudicibus subest. ut Dig. ad municip. 50, 1. l. eius qui manumisit. 27. §. si quis institutus. 2. [12]) — Item Roma communis est patria omnium. ut Dig. ad municip. 50, 1. l. Roma. 33. Et dominus papa iudex est ordinarius singulorum. ut X. 3. de elect. 1, 6. c. cum olim. 4. [13]) et de postul. praelator. 1, 4. c. bonae memoriae. 4. [14])

§. Licet generaliter sit verum, ut actor forum rei sequi debeat et sic lai- §. 3.
cus sub suo iudice debeat conveniri, fallit tamen in his casibus: — scilicet in causis matrimonialibus, quae tantum per iudicem ecclesiasticum sunt tractandae, ut X. 1. de consang. 4, 14. c. ex literis. 2. [15]) X. 3. de translat. episcopor. 1, 5. c. inter corporalia. 2. [16]); — item in criminibus ecclesiasticis, puta sacrilegio, usura et similibus, ut C. 6. q. 2. c. 1. [17]) X. 1. de usur. 5, 15. per totum. [18]); — item, ubi

---

3) *dicitur.* — Rf. 2. „debet." — Cf. seq. not. 4.

4) *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de compet. iudicis aditione. pr. „.. attendendum est, cu„ius iudicium actor adire debeat, secundo, „quis dicitur alicuius iudex, tertio, qualiter „actor in adeundo iudice se debeat habere." Et ibi *Io. Andr.* „Haec tria membra posuit „Tancr." (h. t. et tit. 2. Cf. not. 1. ad h. t.)

5) *quoniam.* — Rf. 1. 2. „unde." — Libri ed. „unde est, quod dicitur."

6) c. si vero presbyter vel clericus. 5. X. G. e. t. 2, 2. Alexand. 3. — Rf. 2. om.

7) c. 8. X. G. e. t. Luci. 3.

8) Rf. 1. 2. add. „l. iuris ordinem. 2."

9) *criminalibus.* Sic codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. „criminali negotio * *."

10) *et in mult. al. locis.* Rf 1. 2. om.

11) *dicitur.* — Rf. 2. „debet." Cf. sup. not. 3.

12) *§. si quis institutus.* — Rf. 1. 2. „§. „Celsus ait: si quis instructus * *."
Rf. 2. add. „Et quod aliquis potest ha„bere duo domicilia, dicit decretalis nova „X. G. de for. comp. 2, 2. c. ex parte B. „quondam Angliae reginae. 15." Honor. 3. Cf. *Gloss* in v. Andegavensi.

13) Cf. not. 4. ad part. 1. tit. 1. — B.B. retinuit „c. cum olim." Rf. 2. om.

14) c. 4. X. G. e. t. 1, 5. Innoc. 3. — Ibi in verbis, a Raym. om. „.. secundum offi„cii nostri debitum, ex plenitudine apostoli„cae potestatis." — B.B. retinuit „c. bon. „mem." Rf. 1. 2. om. — Rf. 2. substit." C. 9. „q. 3. c. cuncta per orbem. 17."

Ceterum Tancredum hoc maxime loco istas regulas, ad Romam et ad papam spectantes proposuisse testatur *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de compet. iudicis aditione. §. 2. num. 2. in v. secund. Tancr. — Cf. not. 4. ad part. 1. tit. 1.

15) c. 1. X. G. e. t. 4, 14. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. potestatem.

16) c. 2. (pr.) X. G. e. t. 1, 7. Innoc. 3.

17) Cf. *Gloss.* in v. laico.

18) c. 1 — 11. Alexand. 3., c. 12. Urban.

agitur ad poenitentiam [19]) ex quacumque causa, arg. Di. 86. (87.) c. libertos. 7. [20]) X. 3. de iud. 2, 1. c. novit ille. 3. [21]); — item in iure patronatus et omnibus causis spiritualibus et spiritualibus annexis, ut X. 1. de iud. 2, 1. c. relatum. 4. [22]) et c. quanto te. 5. [23]) X. 1. de decim. 3, 26. c. quoniam a nobis. 25. §. 1. [24]); — item ratione contractus convenitur quis apud non suum iudicem, sed apud alium, ubi contraxit vel ubi dare promisit, ut Dig. de iud. 5, 1. l heres absens. 19. §. 1. et l. si quis tutelam. [25]) et l. argentum. [26]) 45. et Cod. ubi convenit. qui certo loco. 3, 18. l. un. [27]); — item ratione criminis, in aliena terra commissi, ut C. 3. q. 6. c. ibi. 1. et C. 6. q. 3. c. placuit. 4. [28]) Cod. ubi de crim. agi oport. 3, 15. l. 1. et Auth. qua in provincia. [29]); — item ratione possessionis, in aliena iurisdi-

---

3. — Inde, c. 6. 7. omissis, c. 1 — 10. X. G. e t 5, 19. — Rf. 1. parum convenienter add. „et maxime c. tua nos. 11." (c. 9. X. G.) „u. „d., quod hi, ad quos bona usurariorum de- „volvuntur, sive proximi sint sive extranei, „ea sunt districtione cogendi reddere usuras, „qua illi, quibus succedunt, cogerentur." — Hinc Rf. 2. „X G. de usur. per tot. et maxime „in illo c. tua nos. u. d. . ."

19) ut a malo recedatur. Cf. h. part. tit. 7. §. 2. — Hinc *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de compet. iudicis aditione. §. 1. num. 2. „ubi „agitur ad poenitentiam ex quacumque cau- „sa, vel in modum denunciationis."

20) *arg. Di. 86. (87.) c. libertos.* — Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l. not. 19

21) c. 13. X. G. e. t. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. „u. dicit papa: decernere de peccato ad nos „pertinet" (Rf. 2. „discernere d. p. a. n p. „sine dubitatione"). „et censuram in quemli- „bet exercere possumus et debemus."

22) *c. relatum.* Alexand. 3. Haud recept. in coll. Greg. — B.B. substit. X. G. „c. decer- „nimus. 2." (c. 2. X. 1. e. t. 2, 1. ex synod. Eugen. 3.)

Rf. 1., „c relatum, u. scribens Alexander „papa consulibus Papiensibus dicit, quod de „decimis et negotiis, ecclesiasticum iudicem „requirentibus, sine detrimento suae salutis „possunt se nequaquam intromittere." — Rf. 2. om.

23) *c. quanto te.* 3. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3. — Ab. a plerisque codd. Rf. 1. 2. Sed in Bi. et similit. in Ed. 2. 3. 4. leguntur haec: „X. G. de iud. c. quanto. et X. e. t. c. „decernimus." (Cf. not. 22.) „u. d., quod lai- „cus de negotiis, quae iudicium ecclesiasti- „cum requirunt, non disponit." (Edd. „dispo- „nat.") „Ad idem X. G. de iur. patronat. 3, „38. c. nullus laicus. 17." (c. 21. X. 1. e. t. 3, 33. Alexand. 3.)

24) c. 13. X. G. e. t. 3, 30. Alexand. 3. (de decimis novalium ecclesiae assignandis etc.) Ibi in his, quae Raym. om.: „si quis . . „contraire praesumserit, tu eum ecclesiasti- „ca censura usque ad dignam satisfactionem „percellas; sententias vero, super decimis, „a consulibus" (al. „comitibus") „datas, prae- „sertim cum sanctorum patrum institutioni- „bus obvient, irritas esse decernas etc." — B.B. om. — Rf. 1. 2. substit. „X. 3. de decim. „3, 23. c. tua nobis. 2." (c. 26. X. G. e. t. 3, 30. Innoc. 3.) „u. d. * *"

25) *§. 1. et l. si quis tutelam.* Ita codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. „§. si quis tutelam (l. 19. §. 1. 2.) u. d. * *."

26) *l. argentum.* (Ita codd. T. et B B. pro „l argentarium.") Rf. 1. 2. om.

27) Cf. *Gloss.* in v. et in alio loco.

Rf. 2. add. „Et dicit decretalis nova, „quod ratione delicti et ratione contractus et „ratione domicilii et ratione rei, de qua agi- „tur, regulariter quis forum alienum sortitur. „ut X. G. de for compet. 2, 2. c. licet ratione „delicti. 20." Gregor. 9.

28) *C. 6 q. 3 c. placuit.* (Cf. *Gloss.* in v. parochianum.) Rf. 1. 2. om.

29) *et Auth. qua in prov.* Rf. 1. 2. om.

ctione positae, quoniam, si Bononiensis civis habet terram suam in Mutinensi dioecesi, si de illa possessione vel terra quaestio vertitur, Mutinensis iudex [30]) debet de illa possessione iudicare vel iudices dare, ut X. 1. de for. comp. 2, 2. c. sane si episcopi. 4. [31]) Cod. ubi in rem actio. 3, 19. l. actor. 3. [32]) Cod. de praed. minor. 5, 71. l. si praedium. 16. [33]); — item ratione feudi, quoniam semper sub domino feudi quaestio feudi tractanda est, si iure feudotali [34]) agatur, ut X. 1. de iud. 2, 1. c. ceterum. 7. [35]) X. 2. e. t. [36]) 2, 2. c. ex transmissa. 2. et c. verum. 3. [37]); — item ratione negligentiae proprii iudicis, ut [38]) X. 3. de for. comp. 2, 2. c. licet ex suscepto. 1. [39]); — item ratione reconventionis, ut C. 3. q. 8. §. cuius in agendo. (c. 1. §. 2.) Cod. de sent. et re iud. 7, 45. l. cum Papinianus. 14. [40]); — item, si partes consentiunt, ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. est receptum. 14. [41]); — item ratione appellationis, ut C. 3. q. 6. c. peregrina. 12.; — item ra-

---

30) *Bononiens. civ... Mutin. dioec... Mutin. iud.* — Rf 1. „Parisiens. civ. . . Autissid'. „dioec. . . Autissiod'. iud." (Autissiodorens. i. q. Altisiodorens.) Ita L 4. Sed Ed. 1 hoc l. genuinum context servavit. — Rf. 2. „Pa„risiens civ. . . Carnotens. dioec. . . Carno„tens. iud."

31) c 3. X G. e. t. 2, 2. ex conc. Africano. Cf. *Gloss*. in v. provincia.

32) Azo quidem hanc l. non solum ad immobiles, sed etiam ad mobiles res referendam esse putavit (cf. summ. Cod. tit. de iurisd. o. i. 3, 13. in f. verb. „lex . . loquitur „indistincte, et alia Dig. de iud. 5, 1. l. quod „legatur. 38. §. si autem." et in lectur. ad l. l. actor. add. „Auth. qua in provincia." Cod. ubi de crim. ag. op. 3, 15.); sed noster aliter sensisse videtur.

33) *Cod. de praed. m. l. si praed.* Rf. 1. 2. om.

34) *feudotali*. B. Bs. F. 2. — Al. „feodo„tali." F. 1. — „feudatali." L. 1. 2. A. M. 1. — „feodatali." L. 4.

35) c. 5. X. G. e. t. 2, 1. (Cf. *Gloss*. in v. quamdiu parati fuerint.) Rf. 1. 2. om.

36) *e. t.* i. q. h. t. sc. de for. comp.

37) c. 6. 7. X. G. e. t. 2, 2. Alexand. 3.

Rf. 2. add. „Istud fallit, quando intenta„tur possessorium, quia tunc coram extra„ordinario iudice tractatur causa feudalis, „non obstante illa exceptione. ut X. G. de „for. comp. 2, 2. c. ex parte. 15. Decretalis „nova est." Honor. 3.

38) Rf. 1. 2. add. „X. 2. de for. comp. 2, „2. c. cum sit generale. 4." (c. 8. X. G. e. t. 2, 2. Luci. 3.) „u. d. * *."

39) c. 10. X. G. e. t. 2, 2. Innoc. 3. Cf. *Gloss* in v. vacante imperio. vers. alius est.

40) *Cod. de sent. et re iud.* (Sic plerique codd. T. et B.B.; al. „C. d. s. et interl." L. 1. et Rf. 2.) *l. cum Papinianus*. (Cf. *Gloss*. in v. in eodem negotio. et *Gloss*. ad l. c. 1. §. 2. in v. in eodem.) Rf. 1. om.

Rf. 1. add. „X. 1. de mut. pet. 2, 4. c. „miramur. 3." — Rf. 2. „X. G. de mut. pet. 2, 4. c. „ex literis. 1." — Cf. not. 21. ad part. 1. tit. 2.

41) *Gloss. T.* „Casus. Duo erant consules „in civitate Parisiensi: unus conventus erat „coram alio: potestne alius dicere ius con„tra eum? dicitur, quod sic. Videtur tamen, „quod non; cum par in parem non habeat „imperium, ut Dig. ad Trebell. 36, 1. l. ille „a quo. 13. §. tempestive. 4. Dig. de arbitr. 4, „8. l. penult., ubi talis ponitur casus: Titius „et Seius compromiserunt in Sempronium: „tandem Sempronius successit Seio: quae„ritur, an Sempronius desinat esse arbiter: „dicitur, quod sic; cum par in parem non „habeat imperium, nec sibi quis possit impe„rare. Eodem modo ex ista parte videretur, „quod unus consul in alium non haberet im„perium. Solutio: certe est, quod par in pa„rem non habet imperium; verumtamen lici„tum est unicuique renuntiare, quae pro „se introducta sunt. ut Cod. de pact. 2, 3. l. „si quis in conscribendo. 29."

Rf. 2. add. „Istud hodie secundum de-

tione recusationis, ut X. 1. de foro comp. 2, 2. c. si quis contra clericorum. 5. [42]) C. 2. q. 6. c. placuit 35.; — item uxor sequitur forum mariti. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. ult. [43]) (19. pr.); — item scholaris in studio degens sub quo voluerit iudice conveniri debet, et non alibi, scilicet sub episcopo vel rectore civitatis vel magistro suo, ut in constitutione domini Frederici posita in tit. Cod. ne ux. pro marit. conv. 4, 12. l. hac edictali. [44]); ita sane, quod, ex quo unum ex praedictis iudicibus elegerit, alterius audientiam allegare non poterit. arg. C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) — Et quamvis generaliter verum sit, quod sententia a non suo iudice lata non tenet, ut C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 9.) [45]) X. 1. de iud. 2, 1. c. at si clerici. 6. [46]) X. 3. de consuetud. 1, 3. c. ad audientiam. 2. [47]) Cod. si a non comp. iud. 7, 48. l. ult., tamen sententia alterius iudicis in praedictis casibus tenet, quia per factum suum factus est ille de eius iurisdictione. — Et nota, quod idcirco praedictos casus enumeravi [48]), quoniam interdum expedit actori, convenire reum sub iudice, de cuius factus est iurisdictione, magis quam sub eo, cui subest domicilii ratione [49]).

„cretalem novam fallit in clerico, qui non „potest consentire in iudicem non suum, nisi »duo concurrant, sc. quod persona sit eccle»siastica illa, in quam consentit, et ut acce»dat voluntas episcopi dioecesani. ut X. G. de »for. comp. 2, 2. c. significasti. 18." Gregor. 9.

42) c. 4. X. G. e. t. 2, 2. Gregor. M. — Rf. 1. 2. hoc c. om.

Rf. 1. »X. 1. de iud. 2, 1. c. quia vero." (c. 3. nos in eminenti. et infra: quia vero. Alexand. 3., non recept. in coll. Greg.) »u. d., »quod nemo debet a suspecto iudice iudi»cari." — Praemitti potuissent haec: »paro»chianus . . . non solum pro inimicitia, sed »et pro manifesta causa suspicionis, potest »sui episcopi iudicium evitare et ad iudicem »superiorem recurrere."

Bi. et Ed. 2. 3. 4. »X. G. de appell. 2, 28. »c. secundo requiris. 41." (§. 1. — c. 16. X. 2. e. t. 2, 19. Coelestin. 3.) »et c. cum spe»ciali. 61." (c. 5. X. 4. e. t. 2, 12. ex conc. Lateran. a. 1215.)

43) *l. ult.* — Rf. 1. 2. »l. cum quaedam. »u. d. * *."

Rf. 2. add. »Ad idem" (ad arg. sc. generale istius l. penult. pr.) »X. G. de for. comp. »2, 2. c. proposuisti. 19., u. d. * *." Gregor. 9.

44) *Cod. ne ux. p. mar. conv. l. hac edictali.* — Ed. 3. »Cod. ne fil. pro patr. 4, 13. l. ha»bita. §. verumtamen." (Auth. habita. vers. hac edictali. et vers. verumtamen.) Cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* Ed. 2. T. 3. pag. 531. (a.)

45) *C. 2. q. 1. c. inprimis.* Rf. 1. 2. om.

46) c. 4. (pr.) X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3.

47) c. 3. X. G. e. t. 1, 4. Innoc. 3.

48) *Io. Andr.* ad casus, qui in *D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de comp. iudicis adit. enumerati sunt, §. 1. num. 1. in v. suum. »Enumeravit »Tancr." (h. t. §. 2. 3.) »primos duodecim" (Ita legendum esse censeo. Libri ed. »XIII." Cf. not. seq. 49.) »et tricesimum septimum et »quadragesimum et quadragesimum quar»tum."

49) Rf. 1. add. »Nota, quod his casibus »non sequitur actor forum rei: | Contractus, »crimen, reus et res litigiosa, | Vir, ratio »similis, si provocet atque recuset, | Exces»sus, iussus, vel si consentit uterque, | Ne»glectus, feudum iussit adire forum." — Rf. 2. »Et nota, quod in his casibus non sequitur »actor forum rei, quos his versibus compre»hendas: | Contractus, crimen, reus, et res, »religioque, | Vir . . . forum." (ut in Rf. 1.) » | Istis uxorem coniungimus atque schola»rem." — In his quidem v. »iussus" (vers. 3.) ad eum casum referri potest, qui in *Durant.*

Iudicium qualiter adeatur. [1]

Ostendimus, cuius iudicium actor adire debeat. Subsequenter demonstremus, qualiter hoc faciat [2]). T.2.

Debet namque actor adire iudicem eo loco, ubi consuevit reddere ius vel sedere pro tribunali, arg. C. 2. q. 3. §. praevaricator. vers. si quis autem (c. 8. § 7.), quoniam a procedente iudice non sunt petendae dilationes vel aliquod simile. ut C. 3. q. 3. § spatium. vers. a procedente. (c. 4. §. 3.) Cod. de dilat. 3, 11. l. a iudice. 4. Et tunc vel libellum iudici offerat, vel simplici verbo conquerendo factum proponat. ut C. 4. q. 4. §. si quis se iniuriam. (c. 2. §. 4.) Et iudex statim reum citare debet literis vel nuntio, nisi rationabilis causa impediat, ut dicemus in titulo proximo.

Si vero iudex est delegatus a domino papa et unus solus, quoniam soli [3]) literas clausas dominus papa mittere consuevit, ubicumque eum invenit, ad eum accedat et literas commissionis ei porrigat, quas iudex ita caute aperire debet, quod filum cum bulla literis ipsis ex una parte inhaereat, sicut prius adhaerebat utrique [4]), quoniam, si bulla separata esset a literis commissionis, fides non esset illis aliquatenus adhibenda, ut X. 1. de fid. instrum. 2, 15. c. sollicite. 3. [5]); nam ex quo literae cum bulla non apparent, vel quia separata est ab eis bulla, vel quia perditae sunt, licet ostendatur transcriptum, et iudex vel actor velit probare literas illas veras fuisse et illum fuisse tenorem literarum illarum, non tamen credo iudicem procedere posse per illas. arg. X. 1. de fid. instrum. 2, 15. c. 1. [6]) et C.

---

sp. tertium decimum locum obtinet: »quando »papa id iubet vel delegat"; sed neminem credo fore, qui hanc ob causam in Io. Andr. additionibus (cf. not. 48.) num. XIII. servandum et ibi non solum ad genuinum Tancredini libri contextum, sed etiam ad aliquam istorum versuum particulam redeundum esse contenderit.

1) Ita »hanc rubr. sonare" testatur *Io. Andr.* Cf. not. 1. ad h. part. tit. 1.— Al. »Qua»liter actor adire debeat iudicem." Bs. — »De adeundo iudice." B. L. 1. 2. 4. et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de rescripti praesentat. etc. »Tancr. rubr. de iu»dice adeundo." Cf. not. 1. ad h. part. tit. 1. — »De modo adeundi iudicium." Bi. F. 1. 2. Ham. M. 2. — »Quo loco adeundus sit iu»dex." M. 1.

2) *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de comp. iudicis adit. §. 3. pr. »Viso, cuius iudicium »actor debet adire, subnectendum est, quali»ter adire debet." — et ibi (in edd. Mediolan. Norimb.) ad hanc secundam v. debet. *Io. Andr.* »Hoc posuerat Tancr. etc."

3) *soli.* — Rf. 1. 2. »uni soli."

4) *adhaerebat utrique.* Ita vulg. codd. T. et B.B. — Al. »inhaerebat utrique." L. 2. et Rf. 1. 2., nec non *Durant. sp.* Cf. not. seq. 5. — Libri ed. »inhaerebat utrimque."

5) *c. sollicite.* (Alexand. 3., non recept. in coll. Greg.) Rf. 1. »c. ex literis." (i. q. c. sollicite.) »u. d., quod, licet literae a curia »Romana emanaverint, si filum bullae sit »fractum, non debet adversarius responde»re."

B.B. substit. »X. G. de crim. fals. 5, 20. »c. licet. 5." (c. 2. X. 3. de falsar. 5, 11. Innoc. 3.) Hinc fortasse *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de rescripti praesentat. etc. pr. »arg. X. »G. de crim. fals. c. licet.", — et ibi *Io. Andr.* in h. v. licet. »secund. Tancr."

De Rf. 2. vid. seq. not. 8.

6) c. 1. X. G. e. t. 2, 22. Gregor. M. — Vulg. lectionem: »Si authenticam scripturam

25. q. 2. §. sancimus. (c. 16. §. 6.) [7]) arg. valid. X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. cum in iure. 10. [8]) — Si autem plures sunt iudices delegati, singulos eorum adeat et cuilibet literas commissionis ostendat, petens, quod personaliter vel literis [9]) simul conveniant, ut reum ad iudicium citent.

T.3. De citationibus ad iudicium [1]).

§. 1. §. Citatio ad iudicium hoc modo fieri debet iuxta quorundam opinionem, ut si hi, qui vocantur ad iudicium, sunt in eadem urbe cum iudice vel ibi vicini, vocandi sunt ad iudicium, literis vel nuntio, per intervallum septem dierum [2]), ut C. 5. q. 2. c. vocatio. 1. et c. praesenti. 2. [3]), si vero sunt in proxima civitate vel alias non multum remoti, citentur, ut veniant post unum mensem, ut C. 4. q. 5. c. quisquis. 1. [4]); si autem sunt multum remoti, debent vocari tribus edictis vel uno pro omnibus peremtorio. ut C. 24. q. 3. c. de illicita. 6. (§. 1.), et quodlibet edictorum continere debet triginta dies. ut Cod. quom. et quand. iud. 7, 43. Auth. qui semel. et in Auth. de litigios. §. omnem. (Nov. 112. c. 3. pr.) Hoc satis rationabile videtur. Sed tamen generalis ecclesiae consuetudo contrarium habet. Unde dico, quod omnes induciae arbitrariae sunt, non quod iudex possit eas penitus denegare, sed potest illas secundum locorum distantiam seu provinciarum, considerata qualitate temporis et personarum et negotii, recisius moderari, vel, si ex-

---

»non videmus, ad" (al. »aut") »exemplaria »nihil facere possumus." et Tancr. secutus est, et auctores Rf. 1. 2. in verbis transcriptis servaverunt.

7) *C. 25. q. 2. §. sancimus.* (l. sancimus. 3. Cod. de divers rescript. 1, 23.) Rf. 1. om. — De Rf. 2. vid. seq. not. 8.

8) c. 31. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — Rf. 1. »u. d., nisi de mandato apostolico certus sis ex »literis, exsequi non cogeris, quod manda»tur."

Rf. 2. post v. adhibenda. pag. 131. vers. 16. loco reliquorum: »ut X. G. de fid. instrum. c. »si scripturam auth. * *. Ad idem X. G. de »off. iud. del. c. cum in iure., u. d., nisi de »mand. ap. certus exstiteris, exs. n. cog. q. »mand. Ad idem Cod. de rescript. l. sanci»mus., u. d., quod authentica scripta et origi»nalia sunt exhibenda, non eorum exempla»ria. Ad idem Cod. de re iud. 7, 52. l. gesta. »6., u. d. * *."

9) *pers. vel literis.* — Rf. 1. 2. »pers. se»cundum literas." — Ed. 3. »pers. sec. lit. »commissionis."

1) Ita noster. Cf. h. part. 2. tit. 17. §. 2. — Al. »De citationib. et vocationib. ad iudi»cium." B. L. 2. 3. 4. (L. 4. add. rubr. »De »citationib.") F. 1. 2. Ham. — »De citationib. »et vocationib." Bs. L. 1. M. 2. — »De cita»tionib." A. Bi. M. 1. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de citatione. »Tancr. po»suit rubr. de citationibus parte secunda."

2) *per interv. sept. d.* — Libri ed. »et per »interv. sept. d. exspectandi."

3) Rf. 2. post verba c. 1., quae, sicut in Rf. 1., posteriori loco posita sunt, add. »Ad »idem" (sc. ad arg. hui. c. 1.) »facit nova de»cretalis X. G. de for. comp. 2, 2. c. licet. 20". (Gregor. 9.) »u. d., quod Romana ecclesia »est caput et magistra omnium, et quilibet »tenetur apud eam respondere, nisi allegave»rit se alia de causa venire; quam si allega»verit, ius revocandi domum habebit. Et ita »patet, quod si aliquis alia de causa venerit »ad iudicium, non tenetur respondere, nisi »velit."

4) Rf. 1. 2. add. »Hoc cap. intelligitur in »causa criminali."

pedire viderit, longiores statuere [5]), sicut probatur X. 1. de appell. 2, 20. c. personas. 4. [6]) c. cum sit Romana. 5. [7]) C. 5. q. 3. c. si aegrotans. 1. C. 3. q. 2. c. si episcopus. 8. (§. 1.) et q. 3. c. de induciis. 2. [8]) Dig. de iud. 5, 1. l. nonnumquam. 72. Dig. de re iud. 42, 1. l. 2.

Et nota, quod reus non dicitur contumax, nisi tribus edictis vel uno pro omnibus peremtorio vocatus venire contemserit, et ideo non debet puniri. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. contumacia. 53. (§. 1. 2.) arg. X. 1. de dol. et contum. 2, 10. c. dilecti filii. 3. [9]) Nec pertinet ad iuris ordinem, in prima citatione peremtorie vocare, nisi ex aliqua iusta causa, ut in dicta decr. dilecti. et Dig. de iud. 5, 1. l. ad peremtorium. 68. [10]) Et licet post peremtoriam citationem iudex contra contumacem iuste procedere possit, nulla citatione vel exspectatione facta, tamen aequitate suadente debet in diem alterum exspectare et iterum citare. ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. consuluit. 3. [11]) Dig. de iud. 5, 1. l. et post edictum. 73. (pr.) [12])

Item nota, quod iudex comminari debet, cum peremtorie citat, quod, si non comparuerit, qui citatur, procedet in causa, quantum de iure poterit. ut Dig. de iud. 5, 1. l. in peremtorio. 71. X. 3. de in int. rest. 1, 24. c. tum literis. 4. [13])

§. Praedictus siquidem modus citandi tam ordinariis quam delegatis iudici- §. 2. bus competit. — Attamen delegati iudices in prima citatione consueverunt tenorem commissionis sibi factae in literis citationis totum de verbo ad verbum inserere et reo, qui ad iudicium vocatur, transmittere, ut sciat, qui sunt [14]), qui eum ad iudicium vocant, et cuius auctoritate. ut X. 2. de dilat. 2, 4. c. praeterea. (un.) [15]) — Et in literis citationis contineri debet, quod die tali, loco tali, tali actori, coram ipsis iudicibus responsurus accedat. [16])

Vocatus venire non contemnat, licet de aliena sit iurisdictione vel literae [17]) per mendacium impetratae, ut hoc ipsum alleget ad declinandam iudicum iurisdictionem, ut Dig. de iud. 5, 1. l. si quis ex aliena. 5. [18]) Dig. si quis in ius vo-

---

5) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citation. §. 2. num. 3. in v. tamen. — Cf. *Pill.* part. 1. §. 1. et ibi not. 17.

6) c. 4. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. — Rf. 1. 2. om. — Servavit *Durant.* l. l.

7) c. 5. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

8) *C. 3. q. 2. c. si episc. et q. 3. c. de induc.* Rf. 1. 2. om. — Servavit *Durant.* l. l. not. 5.

9) c. 1. X. G. de dilationib. 2, 8. Alexand. 3. — B.B. et Rf. 2. per negligentiam: »X. G. »de dol. et contum. 2, 14. c. dilecti." — al. »cum dilecti. 6." A. E. L. 3. Ed. 2. 3. 4.

10) *Dig. de iud. l. ad peremtor.* (iungenda cum legib. seq., ut in casu *Gloss.*) Rf. 2. om.

11) c. 24. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

12) *Dig. de iud. l. et post edict.* (verb. absens citari debet. et ibi *Gloss.* »i. e. potest.") Rf. 1. 2. om.

Cf. *Pill.* part. 2. §. 19. sub f.

13) *c. tum literis.* (Rf. 1. 2. »tum ex literis.") 5. (in f.) X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quantum de iure.

14) *sunt.* — Rf. 2. »sint."

15) c. 2. X. G. e. t. 2, 8. Coelestin. 3. — Rf. 1. 2. add. »u. d., quod quidam ita facie»bant, et dom. papa videtur approbare in f. »decretalis."

16) Rf. 2. add. »ut X. G. de rescript. 1, »3. c. olim. 25." (c. 2. X. 4. e. t. 1, 2. Innoc. 3.), »u. d., quod dies et locus debent poni in »literis citationis."

17) Rf. 1. 2. add. »sint."

18) *Gloss. T.* »Casus. Dicitur, quod, si »Titius vocatus sit, ut compareat coram epi-

cat. non ier. 2, 5. l. 2. (pr.) X. 1. de appell. 2, 20. c. cum parati. 29. [19]); nam, si contumax esset et non veniret, teneret sententia contra eum lata, licet ab eo iudice, cuius potuisset iurisdictionem declinare. ut X. 1. de appell. 2, 20. c. si duobus. 7. [20]) et Dig. si quis in ius vocat. 2, 5. l. 2. (pr.) [21])

Et nota, quod ipsemet iudex, qui reum citat ad causam, cognoscere debet, an sua sit iurisdictio. ut Dig. de iud. 5, 1. l. si quis ex aliena. 5. Dig. ad municip. 50, 1. l. penult. [22]) X. 3. de rescript. 1, 2. c. super literis. 10. [23]) Secus obtinet, si recusatus fuerit, ut dicemus etiam in titulo de recusationibus. [24])

§. 3. §. Vocari ad iudicium [25]) non possunt istae personae: consul, praefectus, praetor et magistratus, qui imperium habent, nec episcopus, dum sacra facit, nec ille, qui uxorem ducit, vel ea, quae ducitur, nec is, qui funus familiare prosequitur, nec is, qui ad maius tribunal vocatur, nec ille, qui propter loci religionem se movere non potest, ut regularis et inclusus, sicut expresse traditur Dig. de in ius voc. 2, 4. l. 1. 2. [26]) et 3., neque furiosus, neque impubes, ut ibidem dicitur [27]). Verumtamen furiosus et impubes et religiosi praedicti, etsi non per se, per alios tamen vocantur, scilicet administratores, tutores et curatores,

---

»scopo Parisiensi, etsi sit de Carnotensi dioe»cesi, quod necesse habet Titius venire. Et »est ratio, quia iudicis est aestimare, an sua »sit iurisdictio. Et hoc probat tali similitudi»ne: ecce legatus aliquis, qui habet ius re»vocandi domum: Sempronius convenit ipsum »coram episcopo Parisiensi: habetne legatus »iste necesse comparere coram episcopo Pa»risiensi? dicitur, quod sic. Sed quaeritur, »quoad quid? et certe dicitur, quod quoad »hoc, quod ipse alleget privilegium suum, et »sic aestimet iudex, an sua sit iurisdictio vel »non. Idem dicitur in leg. seq. Dig. si quis in »ius voc. non ier. l. 2. Sed contra: Dig. de »iud. 5, 1. l. non videtur frustratoriae dilatio»nis causa latitare, qui, si praesens esset, »non compelleretur iudicium suscipere. 3.; »et videretur, quod non haberet necesse ve»nire. Solutio: aut certum est aliquem non »esse de foro alterius, aut dubium est; si »certum est ipsum non esse de iurisdictione, »non habet necesse venire, et ita intelligitur »l. illa Dig. de iud. non videtur etc.; si du»bium est, necesse habet venire, et ita intel»liguntur istae duae leges." — Cf. *Pill.* part. 1. §. 5. pag. 15. vers. 13. et seq.

19) c. 19. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

20) c. 7. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. tenebit.

21) *Dig. si quis i. i. v. l. 2.* (Ibi in *Gloss.* ad v. sciatur. ». . si sibi non opponatur ali»quid, quod non sit iudex, cognoscet de fa»cto principali.") Rf. 1. 2. om.

22) Cf. *Pill.* part. 1. §. 5. pag. 15. vers. 9. et seq.

23) c. 20. X. G. e. t. 1, 3. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. »u. d. vers. f., quod iudex de qualitate pre»cum cognoscat." — Ibi *Gloss.* »de veritate »vel falsitate precum opposita contra impe»trantem."

24) Cf. h. part. tit 6. §. 5. 7.

H. d. et l. (h. pag. vers. 5. et seq.) test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citation. §. 5. num. 2 et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

25) *ad iudicium.* (Cf. pag. 135. vers. 3.) Ita Bs. L. 1. E. L. 3. Rf. 1. 2. — Al. »in »ius vel ad iudicium." L. 2. Hal. — »in ius." B. (ad marg. »al. ad iudicium.") A.

26) Cf. *Gloss.* in v. pontificem. et in v. non possunt.

27) Cf. l 4. pr e t. — Post verba inde enotata M. 2. Ed. 2. 3. 4. add. »Et dicit lex »Dig. de cond. furt. 13, 1. l. 2, quod cum fu»rioso et infante agi non possit, licet con-

seu actores suos. ut Dig. quib. ex caus. maior. 4, 6. l. sed et si. 26. (§. 1. et seq.) Cod. de in ius voc. 2, 2. l. 2. [28])

Praeterea nullus vocari potest ad iudicium tempore feriarum, tam solemnium, quam repentinarum, nec tempore messium vel vindemiarum, nisi sit talis causa, quae dilationem non capiat, ut absolutio excommunicati vel res tempore peritura, ut fructus in agro maturi vel si quid simile. ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1. [29]) Sed quaeritur de istis feriis rusticis, utrum omnibus praestent vacationem. Quidam dicunt, quod tantum occupatis in messibus vel vindemiis, et non aliis. Dominus Pillius [30]) et Bandinus [31]) dicunt, quod omnibus prosunt, tam occupatis, quam non occupatis, arg. Cod. de Iud. et coelic. 1, 9. l. die. 13., et quia ista prohibitio generalis est, ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1. (pr.) [32]), et sufficit, quod ita scriptum est, ut Dig. qui et a quib. 40, 9. l. prospexit. 12. (§. 1.), et standum est generalitati legis, ut Dig. de testam. milit. 29, 1. l. in fraudem. 15. (in f.), et consuetudo, quae est optima legum interpres, hoc idem approbat. [33])

T. 4.

De contumacibus et non venientibus ad iudicium. [1])

§. 1.

§. Reus ad iudicium peremtorie citatus interdum venire contemnit, interdum venit et renuit respondere, et in utroque casu contumax iudicatur, ut probatur X. 1. de dol. et contum. 2, 10. c. ex literis. 2. [2]) et c. prout. 4. [3]) et Dig. de re

---

„dictione furtiva teneantur, quia sunt neces„sarii heredes patris."

28) *Cod. de in ius voc. l. 2.* (repetit. in *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citation. §. 1. num. 18.) alia quidem ratione cum l. l. sed et si. coniungi potest, sed ad regulam a Tancr. propositam haud referenda est. — Rf. 1. 2. „Dig. de in ius voc. l. 2. §. quicumque." Vitiose.

Rf. 2. add. „Ad idem Cod. de susp. tut. „5, 43. l. praeses 3., u. d., praeses provin„ciae tutores . . . administrationis officium „compellet agnoscere. etc. Ad idem Dig. de „adm et peric. tut. 26, 7. l. 1. in pr., u. d., „gerere atque administrare tutelam extra or„dinem tutor cogi solet. ex quo se scit datum „tutorem, si tutor cessat, suo periculo ces„sat."

29) B.B. in cod. E. add. „et X. G. de fer. „2, 9. c. ult." Gregor. 9. — Rf. 2. „Et plus „hodie dicit nova decretalis, quod sententia „lata die feriato vel processus habitus nullius „sunt momenti, etiamsi partes consentirent; „et hoc in feriis solemnibus, in illa decretali „comprehensis; in rusticis vero feriis iudices „possunt procedere, si de partium processe„rint voluntate; sicut dicitur X. G. de fer. c. „conquestus."

30) *Pillius.* Ita h. l. vulg. libri manuscr. — Al. „pilius." L. 1. 2. — „pileus." Hal.

Cf. *Pill.* part. 1. §. 5. pag. 16. vers 8. et seq.

31) *Bandinus.* (cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 332.) B. A. Hal. — Al. „bau„dinus." Bs. L. 1. — „blandinus." L. 2. — „b'a." E. — „blandicius." L. 3. — „quadius." L. 4. Ed. 1. — „io cassius." et „io. cassius." F. 1. 2. Ham. M. 1. — „io. et cassius." Bi. M. 2. — „Ioannes et Cassius." Ed. 2. 3. 4.

32) Cf. *Gloss.* in v. occupati.

33) Cf. h. part. tit. 18. §. 1. in f.

1) Ita vulg. (Cf. h. part. tit. 7. §. 7. et ibi not. 100.) — Al. „De contumacibus." L. 3., et L. 4. in marg. — „Qualiter procedatur contra „contumacem." Bs. — „Quomodo puniendi „sunt contumaces." M. 1.

Io. Andr. ad D. sp. lib. 2. p. 1. in rubr. de contumacia. „Tancr. hoc ordine posuit „hanc rubr., sc post proximam." (i. e. post rubr. de citation.)

2) c. 2. X. G. e. t. 2, 14. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. contumaciter.

3) c. 4. X. G. e. t. 2, 14. Urban. 3.

iud. 42, 1. l. contumacia. 53. [4]) C. 11. q 3. c. certum. 43. [5]) Qualiter tunc contra eum procedendum sit, breviter ostendamus.

Et quidem causarum alia est criminalis, alia civilis, alia spiritualis, alia mixta. [6]) ut C. 16. q. 1. c. frater noster. 52. [7]) X. 3. de procurat. 1, 22. c. tuae fraternitatis. 2. [8]) et C. 14. q. 2. c. super prudentia. 1. [9])

Si quis criminaliter accusatus contumax fuerit lite nondum contestata [10]), secundum leges omnia bona sua annotantur et conscribuntur, et, si intra annum venerit et paret iuri, recuperat sua omnia et auditur de crimine; post annum vero omnia confiscantur, et, licet postea veniat pariturus, auditur super crimine, sed non recuperat sua, ut Dig. de requirend. reis. 48, 17. l. ult. et Cod. e. 9, 40. l. quicumque. 2.; — secundum canones excommunicatur, ut C. 4. q. 5. c. quisquis. 1. et C. 5. q. 2. c. praesenti. 2., et, si intra annum venerit, absolvitur, et auditur super crimine illo [11]), post annum vero nequaquam. ut C. 11. q. 3. c. rursus. 36. [12]) c. quicumque. 37. — Si vero lis est contestata, possunt recipi testes contra eum et sententia diffinitiva proferri. ut C. 3. q. 9. c. decrevimus. 10. [13])

Si autem causa est civilis, puta de aliqua pecunia, et reus contumax est lite non contestata, mittendus est actor in possessionem rei petitae, cum agitur actione reali, vel, si agitur personali actione, mitti debet in possessionem bonorum rei, iuxta mensuram declarati debiti, primo mobilium, si ea habet, vel, si ea non

---

4) Cf. *Gloss.* in v. contumacia. — Rf. 2. »l. contumacia. §. contumax. 1.«

5) Ed. 3. add. »Sciendum vero est, quod »contumax delinquit: — primum in personam »iudicis, quia eius auctoritatem contemnit, »Dig. de iud. 5, 1. l. si quis ex aliena. 5., quod »vindicatur mulcta indicta, ut Dig. si quis ius »dic. non obt. 2, 3.; — secundo in personam »adversarii, quia eum frustratur, ne ad iudi»cium pervenire possit, ut Dig. de procur. 3, »3. l. et ideo. 78.; istud punitur per missio»nem in possessionem bonorum adversarii, »ut Dig. de praescr. 30. ann. l. sed et si quis.« (Vid. l. si quis. 8. §. sed et si quis. 3. Cod. de praescr. 30. etc. 7, 39.); »— tertio in ius »publicum et publicam tranquillitatem, quia »statutis pro communi utilitate et pace ob»temperare recusat, ut Cod. de divers. re»script. 1, 23. l. sacrilegii. 5.; hoc coercetur »per excommunicationem, ut C. 11. q. 3. c. »certum. 43.; — quarto in ipsam formam iu»dicii, quia ordinem iudiciorum non obser»vat, sed flocci pendit, ut C. 11. q. 3. c. cer»tum est. 43.; istud coercetur per causae »processum et expensas litis. ut Cod. de iud. »3, 1. l. properandum. 13.«

6) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de contum. §. 3. num. 1. in v. mixta.

7) Rf. 2. add. »vers. si qua causa.« (in med. §. 2. »si qua causa vel fidei, vel crimi»minis, vel pecuniaria.«)

8) c. 5. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. ». . hu»iusmodi accusatio . . . quasi mixta inter ci»vilem et criminalem.«

9) Ibi: »diversae . . . sunt species causa»rum, nec in omnibus causis crimina agitan»tur.«

10) *contestata.* — Rf. 1. 2. »finita.«

11) *absolvitur, et auditur sup. crim. ill.* — Rf. 1. »absolvitur sup. ill. crim.« — Rf. 2. »et »innocentiam suam ostenderit, absolv. sup. »ill. crim.«

12) Cf. *Gloss.* in v. rursus.

13) Cf. *Gloss.* cas. et in v. decernimus.

Rf. 1. 2. add. »X. 1. de dol. et cont. »2, 10. c. prout. 4.« — c. 4. X. G. e. t. 2, 14. Urban 3.

excommunicatur actor, et postea non auditur, nisi probet se iusto impedimento detentum fuisse ad veniendum. ut C. 4. q. 5. c. quisquis. 1. [33])

Sed si causa est civilis vel spiritualis seu mixta vel cohaerens, et lis contestata, citandus est actor ad petitionem rei tribus edictis, quorum quodlibet sit decem dierum; et si liquet vel liquere potest de causa, sententiabit secundum merita causae; sed si non liquet plene de causa, absolvat reum praesentem ab observatione iudicii, nullo regressu reservato actori ad causam, et condemnet absentem actorem reo in expensis in omni eventu causae, ut plene traditur [34]) Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. si quidem pars actoris. 2. [35]) — Si autem lis non est contestata et actor est contumax, vocandus est per intervalla triginta dierum tribus edictis [36]); et si sic non venerit, indulgetur ei annus; sed intra ipsum annum veniens non auditur nisi restitutis expensis reo; si non venerit intra annum ipsum, iudex audiat testes et allegationes rei praesentis, et perquisita rei veritate sententiam ferat super principali; sicut hoc totum traditur Cod. quom. et quand. iud. 7, 43. Auth. qui semel.

Et nota, generaliter verum esse, quod lite non contestata testes non sunt recipiendi nec sententia diffinitiva ferenda; et si contra factum fuerit, nihil valet ipso iure. ut X. 3. ut lite non cont. ad sent. non proced. 2, 3. c. 1. 2. 3. et 4. [37]); exceptis quibusdam casibus, quos notabimus infra in titulo: quando testes sunt producendi [38])

De exceptionibus et replicationibus. [1]) T.5.

Quia reis ad iudicium venientibus ope exceptionum saepe subvenitur, quae interdum ad iudicium declinandum, interdum ad elidendam actionem actoris [2]) reo competunt, ideo de exceptionibus videamus.

---

33) Cf. *Gloss.* in v. accusator.

34) Rf. 2. add. »X. G. de poen. 5, 37. c. calu»mniam. 4." — c. 5. X. 1. e, t. 5, 32. Alexand. 3.

35) Rf. 2. post enotata ex h. §. verba, in quibus de triennii metis dictum est, add. »Ve»rumtamen dicit hodie decretalis nova, quod »per decursum triennii non perit instantia »iudicii, maxime quando per cavillationes rei »et subterfugia processus negotii fuerit pro»rogatus, ut X. G. de iud. 2, 1. c. venerabilis »frat. nost. 20." (Gregor. 9.); »ubi ponitur ta»lis casus: causa vertebatur inter archiepi»scopum Ravennatem et commune cuiusdam »civitatis super iurisdictione illius civitatis; »causa commissa fuit magistro Tancredo" (Sic M. 1. — Al. »tancreto." Bi. F. 1. 2. M. 2.) »canonico Bonoiensi; prorogata fuit cau»sa per cavillationes et subterfugia illorum »civium per triennium; postea excipiebant, »quod non tenebantur respondere coram ma»gistro Tancredo, quia perierat instantia iu»dicii per decursum triennii; dominus papa »reprobat istam exceptionem et mandat, qua»tenus non obstante ea magister Tancredus »procedat." — Cf. *Gloss.* cas.

36) Cf. *Pill.* part. 2. §. 19. pag. 41. vers. 21. et seq.

37) c. 1. 2. 3. 4. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om. c. 4.

38) Cf. part. 3. tit. 8. §. 1.

1) Ita vulg. et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de exceptionib. et replicationib. »Tancr. ad literam posuit hanc rubr. »sui operis parte secunda post rubr. de con»tumacib." — Al. „de exceptionib." A. L. 4. in marg. F. 1. M. 1. Cf. not. 56 ad h. t.

2) *actionem actoris.* — Rf. 2. »actoris in»tentionem."

§. 1. §. Exceptionum igitur alia est dilatoria, alia peremtoria; dilatoriarum alia declinatoria iudicii, alia dilatoria solutionis. Sed earum, quae ad declinationem iudicii faciunt, quaedam competunt ex ipsa iurisdictione, quaedam ex persona iudicum, quaedam vero ex persona actoris vel eius procuratoris, quaedam ex persona ipsius rei, qui convenitur [3]).

Generaliter tene, quod omnes exceptiones, quae ad declinandum iudicium faciunt, in principio inter ipsa litis auspicia sunt proponendae et probandae; et qui tunc eas dimiserit, ad eas postmodum redire non poterit. ut Cod. de except. 8, 36. l. pen. et l. ult. X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. inter monasterium. 10. [4]) X. 3. qui matrim. accus. poss. 4, 13. c. per tuas. 2. [5])

In his enim [6]) proponendis advocatus providus hunc ordinem servabit, ut, si qua competit reo ex ipsa iurisdictione, puta quia clericus vocatur ante iudicem saecularem, vel aliquis ad iudicem non suum, vel quia literae sunt impetratae per suggestionem falsitatis vel per veritatis suppressionem, vel si quam similem habet, obiiciat illam et probet [7]); quia, si hanc dimittit et accedit ad alias, in iurisdictionem iudicis consentire videtur, unde ad hoc beneficium postea redire non poterit; ut probatur per iura proxime posita et Cod. de iud. 3, 1. l. sancimus. 15. circa f. [8]) — Si vero his exceptionibus destituitur, si qua ex persona iudicis reo competit, illam proponat;

---

3) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de except. et repl. §. 1. num. 5. in v. est. Sed ibi tacetur, exceptiones, quas noster ad iurisdictionem refert, latius patere, quam eas, quas Durantis »ratione „rescripti competere" dicit.

4) c. 20. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. Cf. not. seq. 7.

5) Ibi ad explicanda ea, quae Alexand. 3. (in c. consuluit. 2. X. 1. e. t. 4, 19.) de coniuge ad accusandum matrimonium non indistincte admittendo statuerat, Innoc. 3. ».. »ecce hic" (in isto c. consuluit.) »dicitur, quod »ad accusationem non sunt personae huius»modi simpliciter admittendae. Unde . . tunc „habet locum huiusmodi decretalis, cum non„dum accusatio contra matrimonium est ad„missa. . . Unde, si" (Augustin. male »nisi.") »pars, cui competit, uti neglexerit illius be»neficio decretalis, si post legitimam litis »contestationem partes produxerint testes »suos et depositionibus publicatis fuerit re»nuntiatum utrimque, . . . non videmus, quod »iudex causam . . . non debeat terminare." — Quae cum in coll. Greg. haud recepta sint, B.B. haud apte substit. »X. G. qui matrim. »accus. poss. 4, 18. c. cum in tua. 6." (c. un. X. 4. e. t. 4, 4. Innoc. 3.) — In plerisque codd. Rf. 2. (F. 1. 2. Ham. M. 1. 2.) servat. »X. qui matrim. a. p. c. per tuas.", sed in F. 1. in ipso contextu add. »in anti»qua." (compil.)

Rf. 2. add. »Et hoc dicit expresse decreta»lis nova, quod exceptiones dilatoriae ante »litis contestationem proponendae sunt. ut »X. G. de appell. 2, 28. c. cum causam. 62." Honor. 3.

6) *enim.* Ita vulg. libri manuscr. — Al. »autem." B. et Ed. 2. 3. 4. — »contra." Ed. 1.

7) *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de except. et repl. §. 4. num. 14. ».. ego dico, primo »ponendam securim ad radicem, sc. ad iuris»dictionem." — et ibi *Io. Andr.* in v. dicetur. ». . idem Tancr. ubi supra." (i. e. h. t.) »post »princ., licet in apparatu tenuerit, exceptio»nem de suspecto praecedere. ut no. in decr. »de re iud. inter monasterium." (cf. not. 4. ad h. t.) »in gl. quicumque." (ad v. subeundo iudicium.) — Cf. seq. tit. de recusat. iud. pr. et §. 4. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de recusat. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

8) *Cod. de iud. l. sanc. c. f.* (Transeundum

puta, quia est servus, vel infamis, vel excommunicatus, quoniam talis iudex esse non potest, ut X. 2. de rescr. 1, 2. c. sciscitatus. 9. [9]); vel quia est reo certa ratione suspectus, utpote inimicus suus, vel adversarii consanguineus vel multum amicus. Qualiter autem hoc facere debeat, in titulo de recusationibus iudicum plene dicemus [10]). — Si autem reus non habet exceptionem, quam contra iudicem vel iurisdictionem proponat, opponat exceptionem, si qua ei competit, ex persona actoris vel eius procuratoris; puta, quia eorum aliquis est excommunicatus. ut [11]) X. 2. de off. iud. deleg. 1, 12. c. prudentiam. 3. §. sexta. [12]) X. 3. de procurat. 1, 22. c. 1. [13]) Talis est illa, cum spoliator obiicit exceptionem spoliationis spoliato petenti restitutionem, ut X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. 1. [14]); et illa similiter X. 3. de except. 2, 16. c. cum ecclesiasticae. 2. [15]) — Ultimo inter dilatorias exceptiones proponat illam, quae ei competit ex persona propria; puta, quia est legatus, non debet conveniri, ut Dig. de iud. 5, 1. l. 2. §. legatus. 3. [16]), vel quia venire non potest, infirmitate detentus vel ad maius tribunal vocatus. ut Dig. de iud. 5, 1. l. si praetor. 75. Dig. de re iud. 42, 1. l. quaesitum. 60. §. 1. [17]) X. 2. de procurat. 1, 18. c. 1. [18]) et C. 5. q. 3. c. si aegrotans. 1. [19]) — Hunc credo rectum ordinem proponendi exceptiones fori declinatorias [20]). Quidam tamen ordinem istum non servant, sed, dum unam proponunt, protestantur sibi salvum esse debere beneficium ceterarum, ut, si in

---

est ad l. seq. apertissimi. 16.) Rf. 1. 2. om. et substit." Dig. de iud. 5, 1. l. 1. et 2."

9) c. 13. X. G. e. t. 1, 3. Coelestin. 3.

10) Cf. seq. h. part. tit. 6.

11) Rf. 1. add. „X. 1. de off. ordinar. 1, „23. c. quaesitum. 2." (Alexand. 3. Haud recept. in coll. Greg.) „in f., u. d., quod ex„communicati ante absolutionem non sunt „audiendi."

12) c. 21. §. 2. X. G. e. t. 1, 29. Coelestin 3.

13) *X. 3. de procur. c. 1.* — c in nostra. 4. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. exceptio. — B.B. codd. A. Hal. L. 3. negligenter: „X. de proc. c. 1."; rectius E. „. . in „nostra." — Rf. 1. om. et substit „X. 3. de „probat. 2, 11. c. 1." Hinc Rf. 2. „X. G. de „probat. 2, 19. c. post cessionem. 7." Innoc. 3.

14) c. 2. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

Rf. 2. add. „Et hodie dicit decretalis no„va, quod causa spoliationis in hoc est pri„vilegiata, quod petenti restitutionem non „obstet exceptio, nisi proponatur spoliatio„nis exceptio, qua proposita non restituitur „spoliatus. ut X. G. de ord. cognit. 2, 10. c. „super spoliatione. 4." Gregor. 9.

15) c. 3. X. G. e. t. 2, 25. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. opponere.

et illa similiter .... c. cum ecclesiasticae. Rf. 2. om..

16) *legatus.* — Rf. 1. 2. „legatis."

Rf. 2. post verba, ex h. l. §. 3 — 7. (ut in Rf. 1.) transcripta, add. „Et quod ius re„vocandi domum habet, qui alia de causa „venit ad iudicium, dummodo allegaverit „causam illam, dicit decretalis nova X. G. „de for. comp. 2, 2. c. licet. 20." Gregor. 9.

17) *Dig. de iud. l. si pr. Dig. de r. iud. l. quaes. §. 1.* — Codd. Rf. 1. 2. om. — Ed. 1. post verba l. l. 2. Dig de iud. §. 3 — 7. (vid. not. 16.) „Ad idem Dig. de iud. l. si praetor. Ad „idem Dig. de re iud. l. quaesit. §. 1."

18) c. querelam. 2. X. G. e. t. 1, 38. Alexand. 3. — B.B. codd. A. L. 3. „c. 2." — E. „c. „querelam." — Hal. „c. 1."

19) Cf. *Gloss.* in v. aliena.

20) *fori declinatorias.* — Rf. 2. „dilato„rias."

proposita defecerint, possint ad alias habere recursum. Sed cautius est, quod primo diximus.

Item nota, quod, licet huiusmodi exceptiones in principio litis tantum sint proponendae, ut dictum est, tamen, si de novo competere incipiunt, etiam post litem contestatam proponi possunt. ut X. 3. de off. iud. del. 1, 18. c. insinuante. 4. [21])

Praeterea nota, quod iudex potest certum terminum statuere partibus, intra quem omnes dilatorias exceptiones proponant, ultra quem nulla pars ulterius audietur, si quam allegare voluerit, nisi illam fuerit protestata, vel postea exorta fuerit, vel iuret se postmodum ad eius notitiam pervenisse. ut X. 3. de except. 2, 16. c. pastoralis. 3. [22])

Item nota, quod duae dilatoriarum exceptionum, quae ante litem contestatam proponendae sunt, sicut supra dictum est, etiam post sententiam proponi possunt, scilicet falsi procuratoris et iudicis non sui, quia tale iudicium nullum est. ut X. 3. de procurat. 1, 22. c. 1. [23]) et Cod. e. t. 2, 13. l. licet. 24. et X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. super eo. 4. [24]) et Cod. si a non comp. iud. 7, 48. l. 1. et 2. [25])

§. 2. §. Haec de exceptionibus declinatoriis iudicii. Nunc autem de dilatoriis solutionis videamus. Dilatoriarum solutionis alia est ex pacto, puta quia fecisti mihi pactum de non petendo usque ad quinquennium, alia ex lege, puta quia

---

21) c. 25. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. postmodum.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. complura, quae olim paulo inferius in marg. addita esse videntur. Cf. seq. not. 22.

22) c. 4. X. G. e. t. 2, 25. Innoc. 3.

Huc transferendum esse puto locum Rf. 1. 2., de quo in not. 21. dictum est. — »Nota »similiter, quod iudex potest praefigere ter»minum ad testes introducendos, et, si ad ter»minum illum non inducantur, poterit proce»dere. X. 3. de probat. 2, 11. c. licet cau»sam. 4." (c. 9. X. G. 2, 19. Innoc 3. — Rf. 2. add. »et hoc idem dicit decretalis nova X. G. »de rest. in int. 1, 41. c. coram. 7." * *. Honor. 3.) — »Similiter potest praefigere ter„minum, cum aliquis impetitur super statu. „Cod. de ingen. manum. 7, 14. l. diffamari. 5. „— Similiter potest praefigere terminum ad „accusandum, X. 3. de accusat. 5, 1. c. 1." (c. licet. 14. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quaesivimus.) „Cod. qui accus. non poss. 9, 1. l „si ea 7.; similiter, ubi accusatur instrumentum „falsum. X. 2. de fid. instrum. 2, 14. c. acce„pimus. 2." (c. 4. X. G e. t. 2, 22. Alexand. 3.) Cf. *Gloss.* ad l. c. 9. X. G. de probat. 2, 19. in v. trium mensium.

23) c. in nostra praesentia. 4. X. G. e. t. 1, 38 Innoc. 3.

24) c. 2. X. G. de crim. fals. 5, 20. Luci. 3. — B.B. om.

Rf. 1. add. »u. d., quod illud, quod est »actum auctoritate falsarum literarum, in ir»ritum revocetur, quia sc. non dant iurisdi»ctionem. ut X. 3. de crim. fals. 5, 11. c. »quam gravi. 3." — c. 6. X. G. e. t. 5, 20. Innoc. 3. — De Rf. 2. cf. not. seq. 25.

25) *l. 2.* Rf. 1. 2. om.

Loco hui. vers. »Item nota etc." (h. pag. vers. 12. et seq.) Rf. 2. »Notandum est, quod »tres sunt species dilatoriarum exceptionum, »quae ante litis cont proponendae sunt, ut »supra dictum est, et post sententiam oppo»ni possunt, sc. exceptio falsi procuratoris, »et iudicis non sui, et falsi instrumenti. ut X. G. »de procurat. c. in nostra praesentia., u. d. » * *. Ad idem Cod. de procurat. l. licet. et »X. G. de crim. fals. c. super eo, u. d.." (ut in Rf. 1. not. 24.) »ut X. G. de crim. fals. c. »quam gravi. Cod. si a non comp. iud. l. 1."

condemnatus in personali actione non tenetur solvere iudicatum usque ad quatuor menses, ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. quaerenti. 5. [26]) X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. quod ad consultationem. 5. [27]) Dig. de re iud. 42, 1. l. 2. [28]); talis [29]) est illa, quia maritus non tenetur reddere dotem uxori vel eius heredi ante annum a die soluti matrimonii. ut Cod. de rei uxor. act. 5, 13. l. un. (§. 7.) — Has dilatorias exceptiones et similes debet reus ante litem contestatam protestari, sed non tenetur eas probare, nisi actoris intentione fundata. ut Cod. de probat. 4, 19. l. exceptionem. 19. [30]) et Cod. e. t. [31]) 8, 36. l. si quidem. 9. — Talis est illa Dig. de re iud. 42, 1. l. sunt qui in id. [32]) 16. (et seq.)

§. Si vero [33]) exceptio est peremtoria, quae causam et intentionem actoris §. 3. perimat, puta, petebas a me decem, quae tibi debebam, sed mihi feceras pactum de non petendo, vel petebas a me fundum, qui fuit patris tui, et ego habeo exceptionem praescriptionis, vel rei iudicatae, vel aliam similem, hanc sufficit protestari ante litem contestatam et probari quandocumque [34]); et, si omissa fuerit, iterum eam proponere possum et probare, quando volo, dummodo ante sententiam, ut Cod. de except. 8, 36. l. praescriptionem. 8. Cod. sentent. rescind. non poss. 7, 50. l. peremtorias. 2. [35]) X. 3. de in int. rest. 1, 24. c. auditis. 2. [36]) et C. 3. q. 6. §. exceptio. (ad c. 2.) [37]); et non solum ante sententiam, sed etiam

---

26) c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quadrimestre tempus.

27) c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

28) Cf. *Gloss.* in v. tempus iudicati.

Rf. 1. 2. ad l. c. consultationem. add. »u. »d., quod ad exsecutionem sententiae regu»lariter tempus quadrimestre indulgetur, ta»men a sedente in medio arctari potest et »prorogari. Ad idem Dig. de re iud. l. »nonnumquam." (Hinc Ed. 3. »Ad idem »Dig. de re iud. l. 2. et Dig. de iud. 5, 1. l. »nonnumquam. 72.")

29) *talis.* i. q. item talis. Et sic *Durant.*, Tancredi verba secutus. Cf. *Io. Andr. ad D. sp* lib. 2. p. 1. tit. de except. et repl. §. 2. pr. in v. intellige.

30) Cf. *Gloss.* ad c. exceptionem. 12 X. G. de except. 2, 25. in v. in dilatoriis. vers. dilatoria solutionis.

31) *e. t.* (i. q. h. t. de exceptionib.) Ita L. 4.; et recte Rf. 2. »de except." — Codd. T. et B.B.: »de probat.", quod ex istis literis »e. »t." fluxisse videtur. — A. add. „except."

32) Rf. 1. 2. »sunt qui in id, quod facere »possunt, conveniuntur ... et quidem sunt »hi fere: qui pro socio conveniuntur" ... — M. 2. add. »Fere dicit propter donatores, »quia donator potest deducere aes alienum; »socius enim quasi donator non convenitur »nisi in quantum facere potest. habes Dig. de „donat. 39, 5. l. qui ex donatione * *. 12." — Bi. »quia donator non convenitur, nisi in »quantum facere potest. ut Dig. de donat..." — Ed. 2. 3. 4. »Idem in donatore, qui non »conv. nisi in q. f. p. ut Dig. de don. . ."

33) Aliter Rf. 1. 2. »Sunt vero exceptio»nes peremtoriae, quae .. perimunt." Sed genuini contextus memoriam servavit *Io. Andr.* Cf. not. seq. 34. in f.

34) H. d. test. ipse *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit de except. et repl. §. 3. num. 2.; et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T. »ubi supra." (i. e. h. t.) »vers. si vero."

35) Ex *Gloss. T.* »Notandum ex hac le»ge, quod, si aliquis habuerit aliquam exce»ptionem peremtoriam et eam omiserit, etiam »post sententiam proponere eam" (potest,) »si appellaverit a sententia. ut Cod. de temp. »appell. 7, 63. l. per hanc. 4, ubi idem dici»tur."

36) c. 3. X. G e. t. 1, 41. Innoc. 3.

37) Rf. 1. 2. parum convenienter add.

§.5. §.[56]) Sequitur de replicationibus[57]). Replicatio est exceptio, quae competit actori contra exceptionem rei, et istam semper opponit actor; et contra replicationem datur triplicatio reo; et iterum quadruplicatio.[58]) ut Dig. de except. 44, 1. l. 2. et Cod. e. t. 8, 36. l. non exceptionibus. 10. Puta, peto a te decem, quae tibi mutuavi, et tu excipis, dicens te habere pactum de non petendo, vel te ab obligatione absolutum per acceptilationem, et ego replico dicens, quod per metum sive per dolum fuit extortum vel abrenuntiatum tali pacto. ut Cod. de except. 8, 36. l. adversus fratrem. 3.[59])

Istae replicationes post fundatam intentionem rei sunt probandae. arg. Cod. e. t. 8, 36. l. adversus fratrem. 3. et Cod. de probat. 4, 19. l. 1. et l. exceptionem. 19.[60])

T.6.

De recusationibus iudicum[1]).

Quia valde meticulosa res est sub iudice litigare suspecto, et interdum tristissimum sortitur eventum, ideo post tractatum exceptionum consequenter de recusationibus iudicum videamus. Expedit enim saepissime reo iudicem recusare, cuius iudicium exceptionis ope non valuit declinare[2]). Videamus ergo, quid sit recusatio, quis possit recusari, quando sit facienda recusatio, intra quod tempus, qualiter, quibus de causis, et quis effectus recusationis.

---

56) Rf. 1. 2. inscr. »De replicationibus." (Bi. »De repl. et triplicationib.")

57) *Sequit. d. repl.* — Rf. 2. »Supra diximus de exceptionibus. Sed quoniam replicatio exceptionem elidit, ideo de replicationibus" (Ed. 2. 3. 4. add. »duplicationibus.") »et triplicationibus consequenter dicamus, »videntes, quid sit replicatio, duplicatio, et »triplicatio, et quibus huiusmodi exceptiones competant."

58) *triplic. . . quadrupl.* (Cf. *Pill.* part. 2. §. 4. pr.)—Ed. 2. 4. »duplicatio reo, et actori »triplicatio." — Ed. 3. »dupl. reo, et actori „rursum tripl., atque iterum quadrupl."

59) *Dig. de except.* (h. pag. vers. 3.) .. „*l. adv. fratrem.* — Rf. 1. „Dig. de repli. Re„plicationes nihil aliud sunt, quam exceptio„nes; exceptio actorem excludit, replicatio „reum. Sed etiam contra replicationem so„let dari triplicatio, et contra triplicationem „iterum quadruplicatio. Et deinceps nomina „multiplicantur, dum aut reus aut actor ob„iicit." — Rf. 2. „Dig. de except. et praescr. „l. 2. §. replicationes * *. l. Ad idem Cod. „de except. l. non exceptionibus * *. Ad „idem Cod. de except. l. adversus fratrem. „* *. Sed exceptio actorem excludit, repli»catio vero reum. Sed contra replicationem „solet dari duplicatio, et contra duplicatio„nem triplicatio datur actori, et contra tripli„cationem rursus quadruplicatio. Et dein„ceps multiplicantur nomina, dum aut actor „aut reus obiicit." (Cf. vulg. lect. l. l. 2. §. 2. 3. Dig. de except.) „Ad idem Inst. de repl. „4, 14. §. rursus. 1. 2. 3."

60) *sunt probandae . . . l. exceptionem.* — Rf. 1. „sunt proponendae et probandae. „Cod. de probat. l. 1. l. exceptionem." — Rf. 2. „et proponendae sunt et probandae. ut „Cod. de except. l. adversus."

1) Ita A. L. 3. Bi. F. 1. 2. M. 2. (Cf. pag. 94. vers. 3. 4., p. 141. vers. 3.) et similit. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. in rubr. de recusatione. „Tancr. parte secunda: de recusatione iudi„cum." — Al. „De recusationibus." L. 4. M. 1. — „De recusationib. iudicum et audito„rum. B. Bs. L 2., et Hal. in marg. („D. r. iu„dicis et auditorum." L. 1.)

2) Cf. not. 7. ad h. part. tit. 5.

§. 1. §. Recusatio est audientiae vel iurisdictionis declinatio, per exceptionem suspicionis oppositam [3]).

§. 2. §. Recusari potest quilibet iudex secundum canones [4]), tam ordinarius, ut C. 3. q. 5. c. quia suspecti. 15. [5]) X. 3. de for. comp. 2, 2. c. licet ex suscepto. 1. [6]) C. 2. q. 6. c. placuit. 35. et C. 11. q. 1. c. pervenit. 39. [7]), quam delegatus, etiamsi causa sit ei commissa appellatione remota, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. postremo. 45. [8]) X. 2. e. t. 2, 19. c. secundo requiris. 16. §. tertio. [9]), nisi sit ille, quem elegit alio recusato. ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.)

§. 3. §. Quando debet recusatio fieri? Ante litem contestatam dumtaxat, ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. inter monasterium. 10. [10]) Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. et l. nemo. [11]); post litem vero contestatam numquam, nisi ex nova causa superveniente. ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. insinuante. 4. [12]) Dig. de recept. 4, 8. l. licet autem. 15. X. 3. de except. 2, 16. c. pastoralis. 3. [13])

§. 4. §. Recusari potest iudex secundum leges usque ad viginti dies, ut Cod. de sent. et interl. omn. iud. 7, 45. Auth. et consequenter., sed secundum canones quandocumque ante litem contestatam, dummodo non subierit [14]) iudicium eius [15]), vel intra certum tempus a iudice statuendum, ultra quod non auditur, si iudicem velit recusare vel aliquam dilatoriam exceptionem proponere, nisi de novo sibi competere incipiat, vel fidem fecerit iuramento, illam exceptionem postmodum ad eius notitiam pervenisse. ut X. 3. de except. 2, 16. c. pastoralis. 5. [16]).

§. 5. §. Hoc modo facienda est recusatio. Causa suspicionis coram eo, qui dicitur suspectus, est alleganda, et coram arbitris electis a partibus probanda; ad quos eligendos iudex, qui recusatur, compellere debet partes. ut X. 2. de appell. 2, 19. c. secundo requiris. 16. [17]) X. 3. de for. compet. 2, 2. c. licet ex suscepto. 1. [18]) X. Lateranensis concilii Innocentii tertii. c. sacro approbante. 47. [19]). Quod quidem ve-

---

3) *Recusatio . . . oppositam.* Ita secund. „Tancr. in iudiciario ordine, rubr. de recu„sat." *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de recusat. pr. in v. recusatio est.

4) Cf. *Pill.* part. 2. §. 7.

5) Cf. *Gloss.* in v. iudicabat.

6) c. 10. X. G. e. t. 2, 2. Innoc. 3.

7) *Recusari potest . . . c. pervenit.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Recusari potest quilibet „iudex, tam ordinarius quam delegatus, se„cundum canones. De ordinario dicitur X. „d. f. c. c. licet in f., u. d., si consules iusti„tiae * *. Ad idem de utroque C. 3. q. 5. „c. quia suspecti * *." (ut in c. 15. pr.)

8) c. 36. X. G. e. t. 2, 28. Luci. 3.

9) c. 41. §. 1. X. G. e. t. 2, 28. Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. coram eodem allegare.

10) c. 20. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

11) *l. nemo.* — Accuratius Rf. 1. 2. „Cod. „de iurisd. omn. iud. 3, 13. l. nemo. 4." — Cf. *Pill.* part. 2. §. 7. et ibi not. 4.

12) c. 25. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

13) c. 4. X. G. e. t. 2, 25. Innoc. 3.

post litem (h. pag. vers. 11.) . . *c. pastoralis.* — Rf. 1. et similit. Rf 2. „Tamen ex cau„sa post litem cont. superveniente potest re„cusari, X. d. o. i. d. c. insinuante., vel si post„ea didicit exceptionem, i. e. causam recusa„tionis. X. d. e. c. pastoralis."

14) Rf. 1. 2 add. „recusans."

15) Cf. not 7. ad h. part. tit. 5.

16) Vid. not. 13.

17) c. 41. (§. 1.) X. G. e. t. 2, 28. Coelestin. 3.

18) c. 10. X. G. e. t. 2, 2. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

19) Vid. cap. cum ista const. coniunctum: cum speciali. 48. — Recte Rf. 1. „X. „4. de appell. 2, 12. cum speciali. 5."; B.B. et Rf. 2. „X. G. d. a. 2, 28. cum speciali. 61."

rum est, sive recusetur ordinarius, sive delegatus, nisi cum recusatur subdelegatus a delegato domini papae, quia tunc causa suspicionis coram primo delegato debet probari. ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. super quaestionum. 6. in f. [20]). Quidam tamen dicunt, quod, cum recusatur ordinarius, non est necesse probari causam recusationis [21]), per illud C. 3. q. 5. c. quia suspecti. 15. [22]); quod mihi numquam placuit; et expresse contra eos facit illa decretalis X. 3. de for. compet. 2, 2. licet ex suscepto. 1. et c. Lateranensis concilii sacro approbante. 47. [23])

Et nota, quod, si in scriptis velis iudicem recusare, praemittas in libello recusationis verba, quae posuimus in principio huius tituli, deinde recusationis causas libello inseras [24]).

§. 6. §. Causa recusationis unica est, scilicet suspicio, quae consurgit multis ex causis: — puta, quia iudex est consanguineus actoris vel eius, qui literas impetravit; — vel fuit eius advocatus in eodem negotio, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. postremo. 45. [25]); — item, si est affinis eius, ut C. 3. q. 9. c. absens. 18. arg. Dig. de iniur. 47, 10. l. lex Cornelia. 5. (pr.) [26]) Dig. de procurat. 3, 3. l. aut affinitate. 22. [27]); — item, si familiaris vel commensalis, ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. insinuante. 4. [28]) arg. Dig. de off. praesid. 1, 18. l. senatusconsulto. 16. [29]); — item, si dominus eius, ut X. 4. qui filii sunt legitimi. 4, 18. c. causam quae. 4. [30]); — item, si est vasallus vel subditus actoris vel eius, qui literas

---

20) *sup. quaest.* (Innoc. 3.) *in f.* — Rf. 2. »sup. quaest. (c. 27. X. G. e. t. 1, 29.) §. por»ro. vers. cum vero.“ Vid. §. 3. et ibi *Gloss.* in v. coram eo.

Ad ista *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de recusat. §. 5. num. 34. »Si ... delegatus ali»quid de causa sibi reservavit, (recusari) »potest, cum ... non desierit esse iudex se»cund. Tancr., ... imo adhuc potest ad se »revocare iurisdictionem et cognoscere, »utrum subdelegatus sit suspectus.“

Rf 2. add. »Dicit“ (Ita F. 1. 2. Ham. M. 2. — Al. »Tamen dicit.“ Bi. M. 1. Ed. 2. 3. 4.) »decretalis nova, quod, licet iudex pot»est compellere partes, ut eligant arbitros, »non tamen potest statuere terminum, infra »quem probetur causa recusationis, sed ar»bitri, qui eliguntur, terminum ad hoc pos»sunt assignare. Ratio decretalis est, ne »provocatus iudex vellet obesse et terminum »nimis arctum statuere. ut X. G. de off. iud. »deleg. 1, 29. c. suspicionis causa. 39. in pr.“ Gregor. 9.

21) *recusationis.* Bs. L. 1. E. Hal. — Al. »suspicionis.“ B. et Rf. 1. 2. — Al. »suspi»cionis vel recusationis.“ L. 2. A. L. 3. — Cf. h. t. §. 6. pr.

22) Cf. *Gloss.* in v. sed solum.

23) Cf. not. ad h. t. 18. 19.

24) Cf. *Pill.* part. 2. §. 10. pag. 31. vers. 11. et seq.

Rf. 1. add. »ut habetur Cod. de iud. 3, 1. »l. apertissimi. 16.“ (Cf. *Gloss.* in v. libello.) — Rf. 2. om.

25) c. 36. X. G. e. t. 2, 28. Luci. 3.

26) *Dig. de iniur. l. lex Corn.* — Rf. 1. 2. om.

27) Cf. ea, quae in f. h. §. 6. de recusando procuratore dicta sunt.

28) c. 25. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

29) Rf. 2. add. »Ad idem Dig. de iurisd. »omn. iud. 2, 1. l. qui iurisdictioni * *. 10.“

30) c. 17. X. G. de off. iud. deleg. 1, 29. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. dominus.

item si dominus ... caus. quae. in Rf. 1. 2. in alium locum translata sunt. Cf. not. seq. 31.

impetravit, ut X. 3. ut lite non contest. 2, 3. c. accedens. 4. [31]); — item, si appellatum fuit ab eodem iudice in illa causa vel etiam in alia, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. ad haec. 6. [32]) c. proposuit. 38. [33]); — item, si inimicus eius, qui convenitur, ut C. 3. q. 5. c. quia suspecti. 15. Dig. de procurat. 3, 3. l. vel exsilio. 24. — Et nota, quod ex qualibet causa potest iudex recusari, quae contra eum suspicionem inducit, ut dicitur in praedicta decretali „postremo" [34]); generaliter enim, quaecumque causa sufficeret ad recusandum procuratorem vel arbitrum, illam credo sufficere ad recusandum iudicem, tam ordinarium, quam delegatum [35]).

---

31) c. 4. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Item recusatur iudex, si habet causam cum parte recusante, X. 4. de off. deleg. 1, 12. c. constitutus. 4." (Innoc. 3. »..iudices certa ratione suspectos, ... quorum alter est adversarius manifestus, utpote qui partem »episcopatus ... auferre molitur, super quo »adhuc pendet quaestio." — Haud recept. in coll. Gregor.; et ab. a Rf. 2.), »quia illa iusta »causa est recusandi tutorem, Dig. de excu»sat. tutor. 27, 1. l. propter litem. 21. (pr.), »et testem, X. 3. de purg. canon. 5, 17. c. »cum in iuventute. 3." (c. 12. X. G. e. t. 5, 34. Innoc. 3.), »et accusatorem. X. 1. de »rest. spol. 2, 9. c. item cum quis. 6." (c. 6. X. G. e. t. 2, 13. Alexand. 3.) »Tamen non »semper tales inimicitiae repellunt iudicem, »sed arbiter aestimabit, an non obstante eo »admitti possit. Dig. de quaestionib. 48, 18. »l. 1. §. quaestioni. 23. §. praeterea. 24." (Ista fere omnia ex Gloss. ad l. c. constitutus. desumta esse videntur. Cf. *Augustin.* pag. 626. not. b.) »Item recusari potest »iudex, si habeat causam similem cum »actore, X. 4. de iud. 2, 1. c. causam. 1." (c. 18. X. G. e. t. 2, 1. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. similis paene causa.); »item, si iudex est »concanonicus adversarii vel actoris. X. 4. »de off. deleg. 1, 12. c. cum R. 2." (c. 35. X. G. e. t. 1, 29. Innoc 3. Cf. *Gloss.* in v. cum sint eius socii.) »Item recusatur iudex, si habeat »aliquam familiaritatem cum adversario vel »amicitiam. ut C. 3. q. 5. c. accusatores. 12. »C. 11. q. 3. c. quatuor. 78. X. 3. de off. »deleg. c. insinuante." (Cf. pag. 148. vers. 16. — Rf. 2. „X. d. o. d. insin." om.) »Item »recusatur iudex, si sit adversarii dominus, »X. 1. qui fil. sunt leg. c. causam." (Cf. not. ad h. §. 30.); »item, si advocatus adversae »partis sit commensalis iudicis. X. 3. de ap»pell. 2, 19. c. ex insinuatione. 8." (c. 50. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. — Rf. 2. superadd. »Istud tamen hodie corrigitur per decreta»lem novam X. G. de off. iud. 1, 32. c. ex li»teris. 1. u. d. * *." Honor. 3. Cf. *Gloss.* ad l. c. ex insinuatione. in v. advocatus.) »Nam »modicissima causa repellit aliquem a iudi»cio, non tamen repellit a testimonio, quia »facilius inveniuntur mille iudices, quam »unus testis. Tamen quaelibet amicitiae non »repellunt iudicem, nisi quando est maxima »familiaritate coniunctus alteri, ut Dig. de »verb. sign. 50, 16. l. latae. 223. §. amicos. 1., »sicut nec quaelibet inimicitiae repellunt te»stem. ut in Auth. de testib. § si vero dica»tur." (Nov. 90. c. 6. 7. Vid. c. 7.) »Item re»cusatur iudex, si sit suffraganeus adversa»rii. ut X. 3. ut lit. non cont. c. accedens." (Cf. pr. hui. not.) »Item repellitur aliquis a »iudicio propter defectum testis. X. 3. de te»stib. 2, 12. c. dilecto. 13." (c. 40. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Vid. summ. et ult. ipsius c. verba.)

32) c. 6. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

33) c. 24. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. — Rf. 1. 2. om.

34) Cf not. 18. ad *Pill.* part. 2. § 8.

35) *generaliter ... delegatum.* H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 1. de iud. deleg. §. 7. in f. in v. recusandum.

§.7. §. Effectus recusationis hic est, ut, iusta causa suspicionis probata, iudex in causa procedere non debet [36]), sed supersedere; cum hoc tamen temperamento, quia, si iudex ordinarius recusatur, potest cogere partes ad eligendum arbitros, quibus vices suas committet ac delegabit, et vice eius de principali causa cognoscent, tamquam delegati et non sicut arbitri, ut X. 1. de for. compet. 2, 2. c. si quis contra clericum. 5. [37]) C. 2. q. 6. c. placuit. 35. [38]) C. 11. q. 1. c. pervenit. 39. Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. [39]); si vero delegatus sit, qui recusatur, non potest cogere partes, ut arbitros eligant, qui de principali causa cognoscant, sed supersedebit a causae cognitione. ut X. 2. de appell. 2, 19. c. secundo requiris. 16. [40]) Ratio diversitatis haec est, quia, cum delegatus iam nullam habet iurisdictionem, nihil delegare potest, et nemo invitus cogitur ire ad arbitrium, ut Dig. de recept. 4, 8. l. 3. §. 1., sed iudicium redditur in invitum. ut Dig. de verb. obl. 45, 1. l. inter stipulantem. 83. (§. 1.) Et ita observatur de consuetudine in Bononia et per totam Italiam. [41]) Quidam tamen dicunt, quod delegatus, qui recusatur, potest cogere partes, ut arbitros eligant, qui de principali causa cognoscant, per l. illam Cod. de iud. 3, 1. l. apertissimi. 16. [42]); quod mihi non placet ratione praemissa.

T.7. De criminibus, et qualiter contra criminosos agatur. [1])

Reus ad iudicium vocatus, si non potest iudicium declinare, respondere tenetur; sed ante certificandus est, super quo impetatur et qualiter. Sed quia criminalia iudicia civilibus sunt graviora, idcirco de iudiciis criminum primo loco tractemus, breviter demonstrantes, quot modis de criminibus agi potest, qualiter agendum est, quis agere potest, et qua poena puniendi sunt criminosi; postea demonstrabimus, qualiter sit formandus libellus accusationis.

§.1. §. Quatuor modis de criminibus agi potest, ut etiam de notoriis taceatur:

---

36) *debet.* — Plerique codd. Rf. 2. »debeat.«

37) c. 4. X. e. t. 2, 2 Gregor. M.

38) Cf. *Gloss.* in v. consensu. ». . quia »episcopus delegabit ei causam.«

39) Rf. 1. add. »Cod. de iud. 3, 1. l. cum »specialis iudex * *. 18.« (Cf. *Gloss.* ad l. l. apertissimi. sub f. in v. eligere.) — Rf. 2. »Ad idem X. G. de appell. c. cum speciali.« (Cf. hui. tit. §. 5. et ibi not. 19.) »Ad idem »Cod. de iud. l. cum spec. * *.«

40) c. 41. (§. 1.) X. G. e. t. 2, 28. Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* ad c. cum speciali. 61. X. G. e. t. in v. de recusatoris.

41) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de recusat. §. 5. num. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. cognoscant.

42) Rf. 1. et similit. Rf. 2 add. »Ad hoc di»cas, aliud esse secundum canones, aliud »secundum leges, quod, cum secundum le»ges non sit necesse probare causam recu»sationis, ergo oportet, quod coram arbitris »agatur« (Rf. 2. „probetur“) „causa princi„palis.“

1) Ita L. 2. F. 1. 2. Ham. (Bi. »De crimi»ne et q. c. c. a.«) et *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. in rubr. de criminib. et eor. cognit. — Al. »De criminib. et q. c. c. a. et quot modis.« B. Bs. L. 1. 3. — »De criminosis et qualit. »procedendum sit contra ipsos.« L. 4. — »De iudiciis criminum.« A. — »De cri»minalib. iudiciis.« M. 1. — »De crimina»lib.« Hal. — Passim brevius noster: »de „criminib.“ Cf. part. 1. tit. 6. §. 5. in f. et part. 3. tit. 6. vers. item prohibentur a testim. omnes criminosi.

in modum denuntiationis, inquisitionis, exceptionis et accusationis [2]), sicut expresse legitur X. 3. de accusat. 5, 1. c. super his. 3. [3]) et X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. [4])

De notoriis ideo dixi tacendum, quoniam in eis nec accusatione nec testibus opus est, imo sine ipsis possunt puniri notoria crimina. ut C. 2. q. 1. c. manifesta. 15. c. de manifestis. 17. [5]) c. scelus. 21. [6]) X. 1. de accusat. 5, 1. c. evidentia. 11. [7]) X. 3. de cohabitat. clericor. 3, 2. c. tua nos. 1. [8]) — Verumtamen quidam ordo iudiciarius in notoriis criminibus est servandus, ut est arg. X. 3. de iureiur. 2, 15. c. ad nostram. 7. [9]); quia reus debet citari et interrogari, et eo praesente, vel per contumaciam absente debet sententiari, arg. C. 2. q. 1. c. de manifesta. 17. §. ult. [10]) et X. 1. et cohabitat. clericor. et mul. 3, 2. c. sicut ad exstirpanda. 5. [11]); quoniam, si non citaretur, non teneret sententia [12]). ut Dig. quae sent. sine app. resc. poss. 49, 8. l. 1. §. ex edicto. 3. — Item nota, quod dupliciter dicitur crimen notorium, scilicet notorium iuris et notorium facti. Notorium iuris est illud crimen, de quo quis canonice condemnatus est. [13]) ut X. 2. de cohabitat. clericor. 3, 1. c. vestra duxit. 1. [14]) Dig. de stat. hom. 1, 5. l. penult. [15]) Dig. de reg. iur. 50, 17. l. res iudicata. 207. Notorium facti est

---

2) Cum de notoriis aliqua addita sint, Tancredum h. l. „quinque capitula prosequi" commemoravit *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. not. 1. Cf. *eiusd. add. ad sp.* libr. 3. in rubr. de notoriis criminib.

3) c. 16. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. tribus modis.

4) c. 31. (vers. contra quos etc.) X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3.

5) *c. de manifestis.* (Ita hoc l. codd. T. et B.B., nec non L. 4. Sed cf. not. seq. 10.) Rf. 2. om.

6) *c. scelus.* — Rf. 1. 2. om.

7) c. 9. X. G. e. t. 5, 1. Augustin.

8) c. 8. X. G. e. t. 3, 2. Innoc. 3.

9) c. 21. X. G. e. t. 2, 24. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. observandus.

10) *arg. C. 2. q. 1. c. de manifesta.* (Ita hoc l. omnes fere codd. — sed L. 2. „manifestis." Cf. not. 5.) *§. ult.* (vers. absens facie.) — Ed. 2. 3. 4. „ut C. 3. q. 9." (c. 11.), „u. d., absente „adversario non audiatur accusator, nec ab„sente parte altera sententia lata obtineat „firmitatem. Ad idem c. seq., u. d., re vera „iustus mediator non est, qui uno litigante et „alio absente amborum emergentes lites de„cidere non formidat. Et hoc verum est, nisi „fuerit absens per contumaciam. ut C. 3. q. „9." (c. 13.) „u. d., absens nemo iudicetur, „quoniam divinae et humanae leges hoc pro„hibent, nisi fuerit absens per contumaciam; „tunc enim pro praesenti eum contumacia „haberi facit." (Ed. 3. add. „ut C. 23. q. 4. „c. si quis potestatem non habet, ut quem „scit reum, abiicere vel probare non valeat, „immunis est, et iudicis non est sine accu„satore damnare, sicut nec Christus Iudam „abiecit. 31.") Subinde, ut in codd. Rf. 2. „Ad „idem C. 2. q. 1. c. de manifesta. 17., u. d., „iudicis" (al. „iudicum") „non est sine accu„satore damnare, quia dominus Iudam, cum „esset" (al. „fuisset") „fur, quod" (al. „quia") „non erat accusatus, minime abiecit."

11) c. 4. X. G. e. t 3, 2. Alexand. 3.

12) H. d. test. *Durant. sp.* lib. 3. tit. de notor. criminib. §. 1. num. 1.

13) Rf. 2 add. „vel quod non diffitetur." — ex l. c. vestra duxit.

14) c. 7. X. G. e. t. 3, 2. Luci. 3. — Cf. *Gloss.* in v. notorium.

15) *Dig. de stat. h. l. penult.* (Vid. l. antepen.) Rf. 1. 2. om.

illud crimen, in quo fama publica suum adminiculum administrat [16]), et ipsa rei evidentia protestatur, nec potest aliqua tergiversatione celari. ut X. Alan. de consanguinit. c. quod vero. [17]) X. 3. de cohabitat. clericor. 3, 2. c. tua nos. 1. [18]) — Quocumque istorum modorum crimen alicuius notorium sit, potest iudex talem criminosum ex officio suo punire, quamvis coram eo non accusetur nec testibus convincatur. [19]) Si vero crimen non est notorium, licet sit publicum, servandus est ordo iuris. ut C. 11. q. 3. c. eorum qui accusantur. 76. — Sed quaeri potest, qualiter sciet iudex crimen alicuius esse notorium? Respondeo, per facti evidentiam, si est illius loci habitator [20]), vel si ei probatum fuerit per duos testes, quod crimen sit notorium, et quando omnes commissum crimen proclamant. ut C. 2. q. 1. c. scelus. 21.

Et nota, quod, qualitercumque de crimine agatur, si certa poena inveniatur super hoc statuta, illa est delinquentibus imponenda; alioquin iudicis puniri debent arbitrio. [21]) ut X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. de causis. 5. [22]) et Dig. de iur. delib. 28, 8. l. 1. (§. 1. 2.) [23])

§. 2. §. Cum vero [24]) in modum denuntiationis agitur de crimine alicuius, tunc non est inscriptio necessaria, sed caritativa praecedere debet admonitio, ut poeniteat et a malo recedat, et monendus est secundum regulam evangelicam, quam habes C. 2. q. 1. c. si peccaverit. 19.; unde, si denuntiator non praemonuit, repellitur a denuntiatione. ut X. 3. de accusat. 5, 1. c. super his. 3. [25]) X. 1. e. t.

---

16) *Notor. facti est i. crimen, in quo fama publ. suum adminic. administrat.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Notorium facti aliud praesumti, aliud manifesti. Facti praesumti, ut paternitas et filiatio. Dig. de in ius voc. 2, 4. l. quia mater * *. 5. Ad idem X. 1. de filiis presbyt. 1, 9. c. conquerente. 4." (c. 4. X. G. e. t. 1, 17. Alexand. 3.), „u. d., quod si publicum est et notorium * *. Et consanguinitas dicitur notoria praesumtive. X. 1. de divort. 4, 20. c. porro. 3." (c. 3. X. G. e. t. 4, 19. Alexand. 3.) „Notorium facti manifesti illud est crimen, de quo fama publ. suum praestat adminic."

17) *X. Alan. de consang. c. quod vero.* (in al. vulg. coll. haud recept.) — B.B. et Rf. 1. 2. om. — Fuerit decretalis Alexand. 3. haec: „Quod vero quaesivisti, an debeat appellationi deferri, ubi sub eius praetextu noscatur adulterium vel aliud crimen committendum, consultationi tuae taliter respondemus, quod, ubi notorium est crimen vel adulterium, si appellationi deferretur, deferri non debet." Vid. *Harduin.* concil. collect. T. 6. p. 2. pag. 1753. tit. de appell.

18) c. 8. X. G. e. t. 3, 2. Innoc. 3.

19) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 3. tit. de notor. criminib. §. 8. num. 11. et ibi *Io. Andr.* in v. Tancr. vero dixit.

20) H. d. test. *Durant. sp.* lib. 3. l. tit. §. 1. num. 9.

21) *arbitrio.* — Rf. 2. „officio vel arbitrio."

22) c. 4. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

23) Rf. 1. add. „Dig. de poen. 48, 19. l. interpretatione * *. 42."

24) H. vers. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. in rubr. de denuntiat.

25) c. 16. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. (Cf. *Gloss.* in v. denuntiatio.) — Rf. 1. et similit. Rf. 2. substit. „X. 4. de accusat. 5, 1. c. 1." (c. cum dilectus. 20. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3.) „u. tal. ponit. cas. * *."

5, 1. c. si quis episcopus. 8. [26]) arg. C. 2. q. 7. c. accusatio. 15. c. si quis ergo. 16. [27])

Et nota, quod criminosi et infames et inimici atque suspecti possunt a denuntiatione repelli, per illud evangelicum: hypocrita, eiice primo trabem de oculo tuo. [28]) ut [29]) C. 3. q. 7. c. qui sine peccato. 3. c. postulatus. 6. C. 35. q. 6. c. episcopus in synodo. 7. X. 2. de testib. cogend. 2, 13. c. praeterea. 3. [30]). — Idem dicendum est de eo, qui prosequitur inquisitionem. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18 c. cum I. et A. 12. [31]) X. 3. de accusat. 5, 1. c. cum oporteat. 6. [32])

Poena huius processus est mitis, quia debet poenitentia sibi [33]) imponi pro [34]) illo crimine. Et credo, eum propter hoc non esse deponendum a dignitate vel ordine, nisi delicti qualitas [35]) cogeret iudicem aliter procedere, puta, quia convictus est de simonia, de qua non potest poenitere retento eo, quod simoniace [36]) adquisivit, vel nisi infamatio seu scandalum inde oriretur. ut X. inquisitionis. [37]) C. 2. q. 5. c. si mala fama. 16.

§. Si vero agitur in modum inquisitionis [38]), similiter inscriptio non est ne- §. 3.
cessaria; et iudex procedere potest in causa cum prosecutore [39]) inquisitionis et etiam sine illo [40]). Verumtamen fama praecedere debet inquisitionem, non semel,

---

26) c. 2. X. G. e. t. 5, 1. Felic. Cf. *Gloss.* summ. et in v. accusatoribus.

Auct. Rf. 1. hoc c. cum casu, qui ex c. dilectus. (cf. not. 25.) desumtus est, coniunxit in hunc modum: »dicit papa, . . . non debent admitti ad denuntiationem. nec ad accusationem. X. 1. de acc. c. si quis episc." — Inde Rf. 2. »Et etiam ab accusatione repellitur, quia non praemonuit. ut X. G. d. a. c. s. q. e."

27) *arg. C. 2. q. 7. c. accusatio.* (§. 4. Cf. *Gloss.* in v. sed si quis.) *c. si quis ergo.* (Cf. *Gloss.* in v. si quis.) — Rf. 1. 2. om.

28) *Matth. evang.* c. 7. v. 5.

29) *ut.* — Rf. 2. »Ad idem."

30) c. 7. X. G. e. t. 2, 21. Coelestin. 3.
c. postulatus. . . c. praeterea. — Rf. 1. 2. om.

31) c. 22. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

32) c. 19. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Ibi in f. »ad prosequendam inquisitionem." Cf. h. t. §. 3. pr.

33) *sibi.* (ut saepius.) L. 1. E. Hal. et codd. Rf. 1. 2. — Al. »ei." B. Bs. L. 2. A. L. 3.

34) *pro.* Vulg. — Al. »de." B. L. 2. 3.

35) *qualitas.* B. Bs. L. 2. et codd. B.B. — Al. »quantitas." L. 1. et Rf. 1. 2.

36) *simoniace.* L. 1. E. Hal. et Rf. 1. 2. — Al. »per simoniam." B. L. 2. A. L. 3. — Bs. in cont. »simoniace." et in marg. »per simoniam."

37) *X.* (»ex." B. — »ex. e. t." L. 1. — »ex. III. e. t." Bs. L. 2.) *inquisitionis.* c. 2. X. 4. de accusat. 5, 1. siv. c. 21. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quaesivisti. ». . »Nota . . . casus, . . . in quibus aeque puniatur aliquis, sive denuntietur, sive accusetur."

38) *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. in rubr. de inquisit. »Tancr. fecit unam notam super materia inquisitionum, quam Roffred. ponit ad literam ante tit. de purgat et post tit. de criminib. in mod. exceptionis oppositis." Vid. *Roffred.* libell. sup. iur. pontif. part. 7. tit. qualit. facienda est inquisitio sup. criminib., sup. quib. fama praecessit.

39) *prosecutore.* — Rf. 2. »exsecutore."

40) *Tancr.* in libr. Roffred. (cf. not. 38.) ». . si est aliquis, qui prosequatur inquisitionem," (iudex) »audiat eum et recipiat testes ab illo nominatos; si vero nullus appareat prosecutor, vel apparuerit et repulsus est, ». . tunc iudex ex officio suo testes inducat."

sed saepe, et apud bonos et graves; alias non debet fieri inquisitio [41]); sicut expresse probatur X. 3. de accusat. 5, 1. c. qualiter et quando. 4. et c. cum oporteat. 6. [42]) et de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. [43])

Citari debet is, qui dicitur infamatus, ut audiatur eius exceptio, si quam habet, ut in praeallegatis decretalibus dicitur et X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum I. et A. 12. [44]) et in concilio [45]) Lateranensi Innocentii tertii. c. qualiter et quando. 8. [46]) et X. inquisitionis. [47])

Poena huius processus talis est, quod praelati removeri debent ab administratione, minores vero officio beneficioque privari, ut X. 3. de accusat. 5, 1. c. qualiter et quando. 4. [48]) et c. dilectus. [49]), vel melius, ad iudicis arbitrium, considerata qualitate criminis et personae et aliarum circumstantiarum. ut X. inquisitionis. [50])

Et nota, quod, si fiat inquisitio contra aliquem, et probetur contra eum per dicta testium aliquod crimen, de quo non est infamatus, non est pro eo puniendus [51]), ut expresse traditur in decretali „inquisitionis." [52]), quae multum instruit ad inquirendum. [53])

Cf. *Gloss.* ad l. c. cum oporteat. (not. 42.) in v. per viros idoneos. *Durant. sp.* lib. 3. tit. de inquisit. §. 1. num. 23. et §. 3. num. 19.

41) De probanda infamia noster alio loco (cf. not. 38.) dixit. Cf. *Durant. sp.* l. tit. §. 3. num. 17.

42) *X. 3. de acc. c. qual. et quand.* (17. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Cf. verba a Raym. om. et *Gloss.* in v. inquisitionis ordinem) *c. cum oporteat.* (19. X. G. e. t. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. famam ipsius.) — Rf. 1. 2. om. et substit. »X. 4. de accus. 5, 1. c. qualit. et quando. »4." (c. 24. X. G. e. t. Innoc. 3. in conc. Lateran. a. 1215.) »u. d., quod non solum, »cum subditus * *. et post pauca" (Rf. 2. »postea in f.") »dicitur, sicut accusationem »legitima * *."

43) c. 31. X. G e. t. 5, 3. Innoc. 3.

44) c. 22. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

45) *in concilio.* B. L. 2. — Al. »concilii" L. 1. — »ex consilio." Bs.

46) Cf. not. sup. 42. vers. Rf. 1. 2. etc.

47) *X.* (»ex. t." L. 1. — »ex. III." B. Bs. L. 2.) *inquisitionis.* Cf. not. sup. 37. — Rf. 2 add. »in pr., u. d., quod eius exceptio debet »audiri." Vid verba, quae Raym. om.

48) c. 17. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. Ibi in verbis a Raym. om. »etsi non degradetur »ab ordine, ab administratione tamen amo»veatur." — Rf. 1. et similit Rf. 2 ex recentiori c. qualit. et quand. (cf. not. 42.) »circa »med., u. d., si fuerit facta inquisitio et »fuerit gravis excessus, etsi non degrad. »ab ord., ab adm. tam. amoveatur."

49) *c. dilectus.* (Fuerit »c. cum dilectus." 7. — c. 2. X. G. de calumniat. 5, 2. Innoc. 3.) — B.B. male: »X. G. de accusat. 5, 1. c. »cum dilectus. 20." (c. 1. X. 4. e. t. 5, 1.) — Rf 1. 2. om.

50) *X.* (Codd. T. ut supr. not. 47.) *inquisitionis.* Vid. h. c. (not. 37.) pr. in f.

51) H. d. test. *Durant. sp.* lib. 3. tit. de inquisit. §. 3. num. 23.; et ibi *Io. Andr.* in v. puniend. sec. Tancr. »ubi supra" (h. t.) »vers. si vero. in f." Ceterum in Tancr. nota, quam supra (not. 38.) laudavimus, eadem fere dicta sunt.

52) Vid. h. c. §. tertiae dubitationis. 1.

53) Praeterea *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. tit. de inquisit. §. 4. num. 9. in v. cum dilectis. ». . scias, quod Bar. Brix. . . et Tancr. prius »in sua qu. 15. putant, inquisitum absolutum »accusari non posse, nisi in casibus." Verum ista non ad nostrum, sed ad *Tancr. de Corneto* referenda esse videntur. In huius

§. Si autem [54]) in modum exceptionis obiicitur crimen alicui, similiter hic non est inscriptio necessaria, nec admittitur ad excipiendum, nisi is, cuius interest [55]). §. 4.

Verumtamen distinguitur, utrum obiiciatur crimen in modum exceptionis testi vel accusatori, ut a testimonio vel ab agendo repellantur, aut promovendo, ne confirmetur vel ordinetur. — In primis duobus casibus, probato crimine, testis repellitur a testimonio et accusator ab accusatione, sed non debent alia poena puniri. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. super eo. 12. [56]) c. quamvis. 13 [57]). X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. un. [58]) Dig. de his, qui not. infam. 3, 2. l. Lucius. 21. [59]) — Sed si obiicitur promovendo, ne confirmetur vel ordinetur, et

---

enim libro (rubr. 5. qu. 3., ed. Urbin. fol. c. 3. col. 4. sub f.) leguntur haec: »quid, si . .“ (inquisitionis) »processu pendente superve»nerit legitimus accusator, qui eodem crimi»ne eundem accusat, numquid cessabit in»quisitio? Et determinat dy.“ (Dinus), »quod »sic, quia ordinaria via accusatoris“ (Fuerit: »accusationis“) »superveniens tollit extraor»dinarium auxilium inquisitionis inchoatae... »Hoc est verum secundum eum, si pendeat »extraordinarium. Secus, si sit per senten»tiam terminatum. ut Dig. de iurisd. omn. »iud. 2, 1. l. cum quaedam. 19., ut plene not. »per eum X. de reg. iur. 5, 13. in c. factum. »73. lib. 6°., nisi esset praevaricate actum, »ut ibi dicit per l. Dig. de accusat. 48, 2. l. si »cui. 7. §. hiisdem. 2.“

54) H. vers. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. in rubr. de criminib. in mod. except. oppositis. (Ibi Francof. »tam.“ male pro »Tancr“)

55) Rf. 2. add. »ut X. G. de testib. 2, 20. »c. veniens. 38.“ (c. 11. X. 3. e. t. 2, 12.) Innoc. 3. Ibi in cas. *Gloss.* »Nota, quod quili»bet, ad quem negotium pertinet, sive cuius »interest, potest se opponere, et debet ad»mitti primo probato, quod sua intersit.“

Ceterum de vitanda confessione, si quis criminis participem ab accusatione repellere velit, Tancr. alio loco dixisse fertur. (ad c. quamvis ad abolendam. 6. X. 2. de simon. 5, 2. Clem. 3., haud recept. in coll. Gregor.) Vid. *Durant. sp.* lib. 1. p. 2. tit. de accusator. num. 10. et ibi *Io. Andr.* in v. Uber. de Bo.

56) c. 13. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. — Rf. 1. 2. om.

57) *c. quamvis.* (Alexand. 3. Vintoniensi episcopo. ». . si aliquis crimen obiicit testi, »qui contra ipsum producitur, ut eum in ci»vilibus“ (al. „quibuslibet“) „causis eo »modo possit a ferendo testimonio remo»vere, audiendus est, et, si crimen civi»liter probare poterit, quod sibi obiicit, »ad testimonium ferendum contra ipsum »non est aliquatenus audiendus, sed pro»pter hoc non debet puniri.“) haud recept. in coll. Gregor. Ab. a B.B. et a Rf. 1. 2.

58) c. 2. (§. 1.) X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3. Rf. 2. add. »Ad idem X. G. de except. »2, 25. c. denique. 1.“ (c. un. X. 2. e. t. 2, 11.) Coelestin. 3.

59) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Nota, »quod quis punitur in eo, ad quod non est »directe actum contra eum, sc. cum te»stis confitetur crimen vel convincitur super »crimine, quod contingit principale nego»tium, ut probatur X. 2 de except. c. deni»que.“ (Vid. not. 58.) »in f., u. d.“ (Rf. 2. »in»nuitur“), »quod, si crimen, quod causam »contingit principalem, obiiciatur testi, pro»bato crimine punitur et etiam repellitur.“ (In Rf. 2. ex loco, quem infra notavimus, huc translata sunt haec: »Ad idem X. G. de »confess. 2, 18. c. cum super. 2. et X. G. de »elect. 1, 6. c. per inquisitionem. 26.“ Innoc. 3.) »Similiter, si testimonium arguatur de »falso et hoc probetur, punitur testis. ut X. »1. de crim. fals. 5, 16. c. 1.“ (ex conc. Eliberitano. Inde, quamvis ista decr. in coll.

hic similiter subdistinguitur: aut obiicitur ante confirmationem, aut post. — Si ante confirmationem opponitur et probatur, impedit promovendum; sed non deiicit iam promotum [60]; nec perdit [61], quod prius sibi fuerat canonice adquisitum. — Si vero obiicitur crimen promovendo [62]) post confirmationem, ut a consecratione repellatur, licet ille, qui obiicit, non teneatur inscribere, tamen ad aliquam extraordinariam poenam ad arbitrium iudicis se obligare debet; quia, cum hoc modo crimen probatur, perdit quod per electionem et confirmationem ei fuerat adquisitum; sed prius habita non amittit. ut X. 3. de accusat. 5, 1. c. super his. 3. [63])

Gregor. haud recepta est, Rf. 2. »X. de »crim. fals., u. d., falsus testis, prout crimen »est, puniatur.") „et C. 4. q. 3. §. item in cri»minali. vers. item qui falso. (c. 3. §. 20.) »Ad ista arg. X. 3. de confess. 2, 10 c. cum »super. un. et X. 3. de elect. 1, 6. c. per in»quisitionem. 11." (Hinc Rf. 2. auctor ista duo X. G. desumsit, de quibus supra dictum est.) »Similiter punitur maritus, qui agit de »adulterio, si excipiatur de lenocinio et pro»betur. Dig. ad l. Iul. de adult. 48, 5. l. 2. §. »si publico. 5. 6." (Rf. 2. add. verba ex his §. 5. 6. transcripta.) »Idem dico, si confitea»tur crimen, principale negotium contin»gens." (Rf. 2. add. »ut in praealleg. decr. »per inquisitionem. et in illa decr. cum »super.") »Testis quoque, qui in feren»do testimonio variat aut vacillat, in vin»culis mancipatur. ut X. 3. de accusat. 5, 1. »c. super his. 3." (Innoc. 3. — Rf. 2. »X. G. »de accusat. 5, 1. c. super his. 16." — Sed vid. potius eam h. decr. partem, quae in c. 8. X. G. de poenis. 5, 37. posita est.) »Et »ita patet, quod, si crimen obiiciatur testi vel »accusatori, et probetur, non solum remo»vetur ab accusatione vel testimonio, sed »etiam punitur, cum sc. crimen obiectum tan»gat principale negotium. Quod est contra „illud generale, quod sc. nullus debeat sine „accusatione damnari. ut C. 2. q. 1. c. de „manifesta. 17. et C. 23. q. 4. c. si quis pot„estatem. 31. Fallit tamen in his casibus. „Primus est, cum suspecta scriptura in iu„dicio proferatur; tunc enim, qui eam pro»fert, nisi ei fidem adstruxerit, quasi falsa»rius condemnatur ut Cod. de probat. 4, 19. »l. iubemus. 24." (Rf. 2. add. verba ex h. l. transcripta) »Alius casus est, si testis pro»cax fuerit in ferendo testimonio vel verba »suspecta dixerit. ut Cod. de testib. 4, 20. l. »nullum penitus. 14. Tertius, si suspectus »fuerit tutor. ut Dig. de susp. tutor. 26, 10. l. »tutor. 3." (Rf. 2. add. priorem part. §. 16.) »Quartus, si quis corrupit testes adversarii »sui. ut C. 3. q. 7. §. tria. vers. si quis au»tem. (c. 2. §. 14.) Alius casus est, si mari»tus accuset uxorem suam de adulterio, et »ipsa excipiat de lenocinio. ut Dig. ad l. Iul. »de adult. 48. 5. l. lenocinium." (Fuerit »l. »mariti lenocinium. 29." Rf. 2. substit. »l. 2. »§. si publico. 5. 6.") »Et hoc est, quia hu»iusmodi crimina contingunt principale ne»gotium. Plures etiam alii casus sunt, in »quibus condemnatur quis sine accusatore, »ut in inquisitione, denuntiatione, vel in no»toriis. — Nota, quod, si aliquis delinquat in iu»dicem, punitur a iudice, nulla exceptione »obstante, quod non competens sit iudex »eius, qui deliquit. ut Cod. de testib. 4, 20. l. »nullum. 14."

60) *non deiicit iam promotum.* i. e. in casu proposito exceptio plane non obiicitur eum in finem, ut aliquis deiiciatur, qui iam promotus sit; et ideo neque inscriptio, neque extraordinaria poena, de qua in sequenti casu dictum est, locum habet. Cf. *Durant. sp.* lib. 3. tit de criminib. in mod. except. opp. §. un. num. 2.

61) *nec perdit.* — Rf. 1. 2. »tamen per»dit."

62) *promovendo.* — Rf. 2. »electo."

63) c. 16. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3.

Et nota, quod in hoc casu et in duobus praecedentibus laici bonae famae contra clericos admittuntur ad agendum ac testificandum. ut Dist. 23. c. illud. 5.[64] X. 3. de testib. 2, 12. c. tam literis. 6.[65]

Praeterea nota, quod unus solus episcopus in quolibet praedictorum trium modorum de criminibus subditorum suorum cognoscere ac iudicare potest, quoniam[66], licet de criminibus agatur, non tamen illae causae sunt criminales, sed civiles, et civiliter agitur. ut X. 3 de simon. 5, 2. c. per tuas. 4.[67]

§. 5.

§. Cum autem in modum accusationis obiicitur crimen aliquod clerico vel laico, in hoc casu, quia criminaliter agitur, est inscriptio necessaria, et accusator se obligare tenetur ad poenam talionis, sicut legitur X. 3. de simon. 5, 2. c. licet. 3.[68] et C. 2. q. 8. c. quisquis. 3.[69], et, si non probaverit, quod obiicit, poenam, quam intulerit, pati debet. ut C. 2. q. 3. per totum.[70]

---

64) *Dist. 23. c. illud.* (Cf. *Gloss.* in v. plebe.) Rf. 2. om.

65) c. 33. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. foeminas.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. »e. tam literis., »u. ponit. tal. casus: quidam electus accusa»tus fuit super matrimonio, et, cum ille in»ficiaretur, quaesitum est, utrum laici vel »foeminae possent admitti ad testimonium »contra eum; et dicitur, quod sic." (Rf. 2. add. »Ratio decretalis est, quia civiliter age»batur.") »— Item quaeritur, utrum laicus »accusare possit praelatum suum de crimine »non excepto civiliter, sc ut removeatur ab »administratione; et potest dici, quod sic, ut »probatur X. 1. de testib. 2, 13. c. ex parte »Adae. 23." (c. 7. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3. Cf. *Gloss.* in v. tacito.) »Haec est ratio, »quia laici interest, ut bonum habeat praela»tum, quia, cum is, qui displicet, ad inter»pellandum mittitur, irati animus ad dete»riora provocatur. ut Dist. 49. §. sollicite." (pr. § 1. — Rf. 2. add. »C. 3. q. 7. c. in gravi»bus. 5." §. 1.) »Cum ergo eius intersit, potest »agere. Ad hoc C. 2 q 6 (c. 30.) non solent »audiri appellantes, nisi quorum interest." (Rf. 2. add. »Ad idem X. G. de elect. 1, 6. »c. cum inter R. 16." — c. 1. X. 3. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) »Nec tenetur inscribere, cum civi»liter agatur; tamen ad aliam poenam tene»tur, si defecerit. ut X. 3. de accusat c. su»per his." (Cf. not. 63.)

Ceterum, quae Tancr. in casu exceptionis oppositae de non cogendis testibus tradidisse fertur, (vid. *Durant. sp.* lib. 3. tit. de criminib. in mod. except. prop. §. un. num. 3.) ea in glossis dicta esse puto. Cf. *Gloss.* ad c. dilectorum. 10. X. G. de testib. cog. 2, 21. in v. super criminibus.

66) *quoniam.* — Rf. 1. 2. »unde."

67) c. 32. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »u. d., quod contra »quendam abbatem de simonia, de periurio »et dilapidatione agebatur civiliter, ut depo»neretur" (Rf. 2. »removeretur") »ab admi»nistratione, non criminaliter, ut degradare»tur." (Rf. 2. add. »ab ordine.") »de quo ab»bate loquitur plene X. 3. de simon. c. licet »Heli." Cf. not. seq. 68.

68) c. 31. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3.

69) Cf. *Gloss.* in v. vinculum inscriptionis arripiat.

70) Rf. 1. add. »u. d. idem de verbo ad „verbum." — Rf. 2. „et maxime in illo c. qui »non. 3 u. d. id. d verb. ad verb. et in c. ca»lumniator * *. 2."

Ex Tancr. sententia isti poenae propter probationum inopiam et tunc locum esse, si accusatus purgatione indicta deficiatur, commemorat *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 3. tit. de abolit. et purgat. §. 2. num. 4. in v. ut ibi. — Cf. h. t. §. 8.

Et hoc quidem generaliter verum est, quod nullus auditur accusans, nisi libello inscriptionis porrecto, in quo se obliget ad poenam talionis, exceptis quibusdam casibus. — Primus est in crimine abigeatus, in quo quis auditur accusans sine libello inscriptionis. ut Cod. de abigeis. 9, 37. l. un. [71]) — Secundus in levibus et parvis criminibus. ut Dig. de accusationib. 48, 2. l. levia. 6. [72]) — Tertius in his, quae ab apparitoribus [73]) referuntur. ut Cod. qui accus. non poss. 9, 1. l. ea quae. [74]) — Quartus in crimine apostasiae. ut Cod. de apostat. 1, 7. l. apostatarum. 4. [75]) — Quintus, cum accusatur Christianus, quia contraxit cum Iudaea vel e converso. ut Cod. de Iud. 1, 9. l. ne quis. 6. [76]) — Alii excipiunt sextum casum, scilicet cum maritus accusat uxorem de adulterio, iure mariti. [77]) Sed hunc non recipio, per decretalem, quam habemus X. 3. de procurat. 1, 22. c. tuae fraternitati. 2. [78])

§. 6. §. [79]) Sequitur videre, quis potest accusare. — Ad quod sciendum est, quod criminum quaedam sunt privata, ut crimen furti, iniuriarum, abigeatus et similium. Ad horum accusationem non admittitur nisi is, cuius interest. ut Dig. de privat. delict. 47, 1. [80]) — Quaedam vero sunt publica, sicut est adulterium, ho-

---

71) Post verba, ex ista l. enotata, Ed. 2. 3. 4. et similit. M. 2. add. »et Dig. e. t. 47, »14. l. abigeatus. 2. et l. 1. §. ult. At qui sunt »abigei? Dic, qui decem oves, porcos quatuor, equum unum, bovem unum frequenter abegerunt." (M. 2. add. »et equum de »stabulo") »ut Dig. e. t. l. oves. 3. et in Auth. »de nuptiis. §. mitiores." (Nov. 22. c. 14. §. 1. et c. 15. Vid. c. 15. §. 1.) Cf. *Gloss.* ad l. l. un. Cod. de abig.

72) Cf. *Gloss.* in v. de plano.

73) *ab apparitoribus.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »per officiales praesidibus."

74) *Cod. qui accus. n. p. l. ea quae.* Ita codd. T., B.B. et Rf. 1. — Melius Rf. 2. »Cod. »de accusat. 9, 2. l. ea quidem quae. 7." — Ibi Bi. et Ed. 2. 3. 4. ad verb. h. l. per officium: »i. e. officiales. erant enim quidam, »qui ad hoc deputabantur. ut Dig. de off. »praef. urb. 1, 12. l. 1. §. et sane. 12." (vers. f.) Cf. *Gloss.* ad l. l. 7. Cod. de accus. in v. per officium. — Ibid. (Bi. et similit. Ed. 2. 3. 4.) ad ult. h. l. 7. verba, (Verum, si falsis necne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet.) add. »Nam tunc non cri„men, sed notorium esse sufficeret pro„bari."

75) Ibi *Gloss.* in v. continua. »etiam sine »libello."

76) Cf. *Gloss.* in v. relaxata.

77) Cf. *Gloss.* ad l. quamvis adulterii. 30. Cod. ad l. Iul. de adult. 9, 9 in v. contineri.

78) c. 5. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad poenam talionis.

In Rf. 1. neglectis prioribus h. c. verbis, ex posteriori parte enotata sunt haec: »u. d., »quod, licet vir accuset uxorem suam de ad»ulterio ad thori separationem, etsi debet »inscribere, non tamen debet se ad poenam »talionis obligare, quia sic haberet intentio»nem suam, etiamsi in probationibus defice»ret." Similit. Rf. 2.

79) M. 2. inscr. »De his, qui accusare »possunt."

Io. Andr. ad D. sp. lib. 3. tit. de accusat. §. 3 pr. in v. nota breviter »secund. Tancr., »cuius quasi ad literam fuit totus iste §. (3.), »in suo op. tit. de criminib. vers. sequitur vi»dere." Quod in genuinum Tancredini libri contextum quadrare haud negabis.

80) Cf. *Gloss.* ad h. t. l. 3. ». . numquid »etiam extranei admittuntur ad huiusmodi »accusationem de privatis delictis, cum cri»minalis sit? Resp., quod non, quia privata est."

micidium, crimen laesae maiestatis et cetera similia. Ad quorum accusationem contra laicos admittitur quilibet de populo, dummodo sit integrae famae. ut Inst. de publ. iud. 4, 18. (§. 1.) — Infames vero et criminosi ab omnium accusatione secundum canones repelluntur, ut C. 2. q. 7. c. quaerendum. 18. c. si qui sunt vituperatores. 17. ut C. 6. q. 1. c. infames. 17.[81]) et c. qui crimen intendit. 6.[82]); nisi crimina sint excepta, vel nisi suam suorumque iniuriam prosequantur; in his enim casibus criminosi et infames accusantes non repelluntur. ut C. 4. q. ult. c. omnibus in re propria. 2.[83]). Crimina vero excepta sunt haec: crimen laesae maiestatis, crimen perduellionis, haereseos, simoniae, sacrilegii, et secundum quos-

---

81) In fin. h. c. vulg. codd. »nec ad accu- »sationem seu ad testimonium nullatenus »iuste possunt recipi." Cf. not. corr. Rom.

82) *et c. qui crim. int.* — Rf. 1. 2. om. Sed cf. fin. hui. not.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Notandum »tamen, quod infamis infamem aut crimino- »sus criminosum accusare non potest. ut C. »32. q. 6. c. nihil iniquius * *. 1. Ad idem »C. 3. q. 7. c. iudicet * *. 4. pr. Ad idem »Cod. ad l. Iul. de adult. 9, 9. l. quoniam Ale- »xandrum. 26. Licet sit arg. contr. C. 2. q. »7. c. alieni. 23., u. d., quod infames non »permittuntur impetere recte credentes et »sanctorum patrum sanctionibus obtempe- »rantes etc.; ergo a contrario sensu non recte »credentes et sanctorum patrum sanctionibus »obviantes impetere possunt. Sed dici pot- »est, quod speciale est, infames posse ac- »cusare haereticos; et hoc est propter ma- »gnitudinem criminis. Item speciale est in »episcopo, qui clericos suos familiares non »potest repellere obiectu criminis, si ab eis »fuerit accusatus. ut X. 1. de accusat. 5, »1. c. nulli. 3." (c. 5. X. G. e. t. 5, 1. Pascal.) »et hoc ideo est, quia non habere »debet pravos homines familiares. ut C. »2. q. 7. c. cum pastoris. 38" (Rf. 2. add. hui. c. verba.) »Sic ergo patet, quod »etiam criminosus potest repellere ac- »cusatorem obiectu criminis. Sed obstat" (Ed. 2. 3. 4. add. »adhuc") »X. 3 de except. „2, 16 c. a nobis 1." (X. G. e. t. 2, 25. Innoc. 3.), „ubi videtur innui" (Rf. 2. add. „a con- „trario sensu"), „quod, si accusatus esset »excommunicatione maiori excommunicatus, „non posset repellere excommunicatum." (Rf 2. add. „minori excommunicatione a sua „accusatione.") „Sed ibi supple: maxime. „Item arg. contr. C. 3. q. ult. c. neganda. 2., „u. d., neganda est accusatis licentia crimi- „nandi ... in pari vel minori crimine, prius- „quam se crimine, quo premuntur, exuerint. et „ita patet, quod, si de maiori crimine accusa- „torem accusare voluerit accusatus, bene pot- „est; verbi gratia, si accusatus de fornica- „tione, de periurio, homicidio, vel simonia, „vel simili crimine accusatorem impetere „voluerit, bene potest." (Rf. 2. add. „ut C. „e. q. ult. §. hoc autem." ad c. 3. „u. „d. idem, quod in illo c. prius est." 4. pr.) „Ad hoc dicitur, quod aliud est in accusa- „tione, aliud in exceptione, quando obstat „crimen." (Rf. 2. „Ad hoc dicitur ... in ex- „ceptione, quoniam obst. crim. in accusa- „tione, ut in praeallegatis proximo cap., in „exceptione vero non obstat. ut C. 6. q. 1. c. „qui crimen intendit. 6" — M. 2. „X. G. de „except. 2, 25. c. dilecti filii. 8." Honor. 3. „et C. 6. q. 1. c. qui crim. int.")

83) *nisi crimina ... propria.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Nota tamen, quod in crimini- „bus exceptis admittuntur infames, et si suam „suorumque iniuriam prosequantur. Dig. de „adult. 48, 5. l. si maritus. 15. §. lex Iulia. 6., „u. d., quod contra prosequentem suam in- „iuriam non admittitur exceptio." (Rf. 2. „u. „d., nec enim praescriptio obiicitur suam iniu- „riam vindicanti.") „Ad idem C. 4. q. ult. u. „d. omnibus * *."

dam crimen fraudati census [84]). In his nempe criminibus laici contra laicos [85]) indifferenter admittuntur tam ad accusandum, quam ad testificandum, nec repelluntur ratione criminis vel infamiae, nisi sint conspiratores vel inimici capitales, quoniam tales in nullo casu audiuntur nec contra laicos nec contra clericos. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum I. et A. 12. [86]) et X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. c. per tuas. 4. [87]) — Circa clericorum accusationem, exclusis quorundam magistrorum opinionibus, ita tenendum est, quod nullus admittitur ad clericorum accusationem, nisi sit clericus et sit vel esse possit illius ordinis, cuius est, qui accusatur; unde bigami, irregulares, criminosi, et infames, et ceteri [88]), qui sacerdotes esse non possunt, eos accusare non valent. ut C. 2. q. 7. c. 1. et 2. et 3. et c. ipsi apostoli. 38. [89]) et c. testes. 39. et C. 6. q. 1. c. beatus. 5. [90]) et c. qui crimen intendit. 6. Laici vero nullo modo possunt clericos accusare, nisi suam vel suorum iniuriam prosequantur, ut X. 1. de accusat. [91]) 5, 1. c. de cetero. 10. [92]), vel nisi in criminibus exceptis, superius numeratis; in quibus ita tenendum est, quod laici, si sunt bonae famae et vitae et personae legitimae, admittuntur ad clericorum accusationem in dictis criminibus; alias non essent crimina illa excepta; si vero laici sunt criminosi, irregulares vel infames, non admittuntur ad clericorum accusationem, nisi ipsi clerici sint mala fama respersi; sicut haec omnia probantur X. 1. de simon. 5, 2. c. tanta est. 16. [93]) X. 1. de accusat. 5, 1. c. cum Petrus Manconella. 12. [94]) C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 11.) [95]) X. 3. de simon. 5, 2. c. per tuas. 4. [96]); eo tamen salvo, quod capitales inimici et conspiratores in nullo casu contra clericos audiuntur, sicut supra dictum est. Et omnia, quae dicta sunt de accusatione clericorum, intelligas etiam in accusatione monachorum ac monacharum locum habere. ut X. 2. de accusat. 5, 1. c. meminimus. 2. [97])

§. 7. §. Instituta vero accusatione coram legitimo episcoporum numero, qui demonstratus est in titulis [98]) de iudicibus delegatis in fine [99]), si reus non venerit

---

84) Ed. 3. add. „vel annonae."

85) *laici contra laicos.* Vulg. — Al. nonnull. codd. Rf. 2. „clerici contra laicos et laici contra clericos." Ham. — „clerici contra laic. et e contr." Bi. — Similit. libri ed.

86) c. 22. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

87) c. 31. (vid. ult. verba, a Raym. om.) 32. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3.

88) *bigami, irregulares, criminosi, et infames, et ceteri.* — Rf. 1. 2. „criminosi, et infames, et ceteri irregulares."

89) *c. 1. et c. ipsi apost.* — Rf. 1. 2. om.

90) *c. beatus.* — Rf. 1. 2. om.

91) Rf. 1. recte add. „vel de testib. 2, 13." Vid. c. 14.

92) c. 14. X. G. de testib. 2, 20. Alexand. 3.

93) c. 7. X. G. e. t. 5, 3. Deodat. Cf. *Gloss.* in v. ad accusationem.

94) *X. de accus. c. cum P. Manc.* (c. 10. X. G. e. t. 5, 1. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. laicus.) — Rf. 1. 2. om.

95) Cf. *Gloss.* in v. crimine.

96) c. 32. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. distinguenda. vers. ad accusandum vero.

97) c. 13. X. G. e. t. 5, 1. Alexand 3. Ibi in verbis a Raym. om. „. . cum non liceat laicis, contra clericos aut monachos testimonium ferre." Cf. *Gloss.* in v. inimicus.

98) *titulis.* Ita codd. T. et Hal. (Plurium quidem rubricarum in codd., genuinum part. 1. tit. 2. contextum exhibentibus, nulla sunt vestigia, sed fortasse singulas particulas, quas eadem rubr. complectitur, titulos

ad iudicium, procedendum est contra eum, sicut notavimus supra in titulo de contumacibus et non venientibus [100]). Si autem venerit, datis legitimis induciis [101]), et litis contestatione facta, si convictus fuerit vel confessus, poena legitima per diffinitivam sententiam feriatur. ut C. 3. q. 9. c. decernimus. 10. [102]) X. 3. de confess. 2, 10. c. un. [103]) Sed si certa poena lege vel canone in crimine illo non inveniatur expressa, iudicis arbitrio statuatur, ut supra e. t. dictum est [104]).

§. In summa notabis, quod in causa criminali clarae debent esse probationes §. 8. et apertae. ut C. 2. q. 8. §. 1. (c. 2.) [105]) et C. 5. q. ult. c. Epiphanium. 4. [106]) et Cod. de probat. 4, 19. l. ult.

Praeterea notandum est, quod, qualitercumque de crimine contra aliquem actum sit, si fuerit mala fama respersus, licet convictus non sit nec confessus, ad purgationem canonicam est cogendus, ut X. 1. de accusat. 5, 1. c. cum Petrus Manconella. 12. [107]) X. 3. de testib. 2, 12. c. tam literis. 6. [108]) X. 3. de purgat. canon. 5, 17. c. ult. et penult. [109]); et, si in purgatione defecerit, tamquam convictus

---

appellari, et ideo pag. 103. vers. 1. ea, quae sub duabus tantum rubricis proposita sunt, *omnium* praecedentium titulorum nomine insigniri potuisse dixeris.) — Al. „titulo." A. L. 3. — Al. vulg. „ty." siv. „tit'l."

99) Cf. pag. 103. vers. 4. et seq.

100) Rf. 2. add. „ad iudicium."

Cf. h. part. tit. 4. §. 1. pag. 136. vers. 6. et c.

101) *si aut. ven. dat. leg. ind.* — Rf. 2. „si aut. dat. leg. ven. ind." — Sed cf. seq. h. part. tit. 8. pr. et tit. 17. §. 2. 4.

102) Cf. *Gloss.* in v. decernimus.

103) c. 2. X. G. e. t. 2, 18. Innoc. 3.

104) Vid. pag. 152. vers. 12. et seq.

Ed. 3. add, „Et nota, sive crimen sit pu„blicum, sive privatum, si criminaliter aga„tur, condemnatus infamis efficitur. Si vero „civiliter agatur, sed eiusmodi actione, „quae infamat, et illo casu infamis erit. Si „vero civiliter agatur, nec actione famosa, „puta interdicto aliquo, condemnatus non ef„ficitur infamis, quia nullum interdictum in„famat. ut Dig. de vi et vi arm. 43, 16. l. ne„que unde vi. 13."

105) *C. 2. q. 8. §. 1.* — Rf. 1. 2. „C. 2. q. „3. c 1., u. d., si quis contra huiusmodi per„sonas — „„accusatas de crimine"" supple „— non probanda detulerit, auctoritate huius „sanctionis intelligat se iacturam infamiae „sustinere."

106) *C. 5. q. ult. c. Epiphanium.* — Rf. 1. 2., fortasse ex vitiosa lectione: „C. 2. q. 3. „c. Euphemium." (i. q. al. „penult.") — sed M. 2. add. „et melius C. 5. q. ult. c. Epipha„nium." — Ed. 3. „C. 2. q. 3. c. pen. et C. 5. „q. ult. c. Epiph."

107) c. 10. X. G. e. t. 5, 1. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. purgationem. — B.B. in A. E. L. 3. „X. G. de purg. canon. 5, 34. c. cum „Petr. Manc. 7." Verum haec particula ist. decr. ad h. l. haud referenda est. — Hal. melius: „X. G. de acc. c. c. P. M."

108) c. 33. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. purgationem.

109) c. 15. 14. X. G. e. t. 5, 34. Innoc 3. — B.B. in E. Hal. L. 3. „X. G. de purg. can. „c. penult et ult." 15. 16. — A. „X. G. d. p. „c c ult."

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Imo etiam „ex sola suspicione indicitur purgatio" (Rf. 2. „videtur purg. canonica indicenda.") „X. „1. de off. ord 1, 23. c. ex parte. 7." (c. 5. X. G. e. t. 1, 31. Alexand 3.) „in f., ubi dicitur „de illis, qui sunt Romipetae" (Rf. 2. add. „et adeunt Romam") „propter petendam ab„solutionem, quod, si non constiterit episcopo „suo, vel si fuerint suspecti, quod veritatem „papae non fuerint confessi, ipsos debet „compellere ad purgationem, quousque fue„rint veritatem confessi." (Rf. 2. „quod, si

de illo crimine debet puniri. ut X. 1. de accusat. 5, 1. c. penult. 110) et X. 1. de simon. 5, 2. c. de hoc. 10. c. insinuatum. 12. 111) Sed si infamatus non est, in nullo casu compellendus est ad purgationem. ut C. 6. q. ult. c. ult. In crimine vero notorio purgatio non est indicenda, nec oblata suscipienda, quoniam absque testibus 112) potest damnari. ut X. 3. de purgat. canon. 5, 17. c. ult. 113)

T.8. De libello accusationis in causis criminalibus. 1)

Quoniam vocato ad iudicium offerri debet libellus, in quo certificandus est, quid sibi obiicitur, vel quid ab eo petitur, ut habitis induciis deliberet, utrum velit cedere vel contendere, ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.), idcirco de libellorum informatione in hoc loco tractemus; et primo de libello accusationis, qui taliter formandus est, quod dies, mensis, annus dati libelli et nomen iudicis, cui conqueritur, et principis tunc residentis in eo ponenda sunt, et nomen personae, quae accusatur, et eius, cum qua deliquisse proponitur, et locus, in quo crimen commissum fuisse dicitur, et crimen, de quo agitur, et annus et mensis, in quibus crimen illud fuit perpetratum; diem autem et horam admissi criminis nemo accusatorum ponere cogitur in libello accusationis. Erit ergo forma huius libelli talis: „Anno Domini 1214. 2), temporibus domini papae Innocentii 3., pontificatus „eius anno 17. 3), idibus Novembris, indictione 2., ego, Petrus diaconus, accuso „A. presbyterum, ecclesiae sanctae Mariae capellanum, apud vos, domine H. 4) „Bononiensis episcope, quia dico eum commisisse adulterium cum Bertha, uxore „Iohannis, in civitate Bononiensi, in domo Martini, 5) in mense Augusti pro„ximo praeteriti; unde peto dictum A. presbyterum a sacerdotali ordine depo-

---

„non constiterit episcopo, utrum veritatem „confessi sint domino papae, ipsos debet „episcopus compellere ad purgationem, quod „videlicet veritatem confessi sint.")

110) c. 7. X. G. de purg. can. 5, 34. Alexand. 3. — B.B. in E. Hal. L. 3. negligenter: „X. G. de accus. c. penult." — Alit. A. „X. „G. de accus. 5, 1. c. accedens. 23." i. q. c. 3. X. 4. de concess. praebendar. 3, 3. Innoc. 3. Vid. hui. c. f.

111) c. 11. 13. X. G. e. t. 5, 3. Alexand. 3.

112) *testibus.* — Rf. 2. „probatione."

113) c. cum dilectis. 15. X. G. e. t. 5, 34. Innoc. 3. — B.B. in Hal. L. 3. „c. ult." Male. — E. rectius: „c. penult." — Al. „c. dile„ctus." A.

Rf. 1. 2. add. „X. 1. de accusat. 5, 1. c. „evidentia. 11." siv. c. 9. X. G. e. t. 5, 1. Augustin.

1) Ita codd. T. (sed L. 1. pro „crimina„lib." vitiose „matrimonialib.") — Al. „De „libello accusationis." L. 3. Bi. F. 1. 2. Ham. M. 2. — „De libelli oblatione." L. 4. M. 1. — „De formatione libellorum." A.

Io. Andr. ad D. sp. lib. 4. p. 1. in rubr. de libellor. concept. „Tancr. non fecit gene„ralem tractatum de hoc, sed sex rubr. po„suit in parte secunda, de sex libellis. Pri„mus in causa criminali; tres in tribus pos„sessoriis, recuperandae, adipiscendae et „retinendae; quintus in personali actione; „sextus in reali."

2) *A. D. 1214.* Hunc numerum, sequenti computationi concordem, tuentur B. Bs. L. 2. et A. E. Hal. — L. 1. vitiose: „M.CC.XXIIII."

3) *pontif. e. a. 17.* (recte; nam Innoc. 3. m. Ian. a. 1198 electus, m. Febr. pontificatum gerere coepit.) Ita codd. T. et A. E. — Hal vitiose: „XIIII." —

4) Haec litera ad *Henricum da Fratti* (Bonon. episc. ab a. 1213. usque ad a. 1240.) referri potest.

5) B. Bs. L 2. E. male add. „anno tali."

„nendum; et, si calumniose hanc accusationem instituo, ad poenam talionis me „obligo; et hanc accusationem me legitime probaturum promitto [6]." — Et quod ita formandus sit libellus accusationis, probatur per multa iura. C. 2. q. 8. §. libellorum. (c. 5. §. 2.) et q. 3. §. notandum. [7] (ad c. 8.). Dig. de accusat. 48, 2. l. 3. et l. is cui. [8]) X. 3. de procurat. 1, 22. c. tuae fraternitatis. 2. [9]) — Et si de pluribus reum velit accusare criminibus, singula debet, sicut dictum est, in libello designare, et accusatum certum reddere, super quibus accusetur. Et quod in uno libello aliquis possit de pluribus criminibus accusari, probatur C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 4.) [10]) X. 1. de rest. spoliat. 2, 9. c. fratres Aremarenses. 3. [11]) X. 3. de accusat. 5, 1. c. 1. [12])

---

6) *et si calumniose . . . promitto.* Vulg. — Al., mutato ordine: „et hanc acc. me leg. „prob. prom., et si cal. h. a. inst., ad poen. „tal. m. obl." L. 1.

B.B. (test. A. E. Hal.) integram istam formam retinuit. Sed in L. 3. ann. pontif. 17. et indict. 2. cum Alexandri quarti aetate male coniuncti sunt in hunc modum: „Anno Dom. „M.CC.LVIII. temporib. dom. pap. Alexan„dri tertii (sic!), pontif. eius a. XVII., cal. „Febr., indictione secunda, e. P., diaconus, „A. presbyterum, sanct. Mariae capellanum, „apud vos, dom. H., Misn. episcope, accu„so, quia dico eum commisisse . . in civit. „Misn. . ." — Similiter etiam aliis locis in L. 3. *Misn.* episcopus legitur.

Rf. 1. »Anno ab incarnatione Dom. 1225., »tempore Honorii tertii papae, pontif. ei. a. »10., mense Ianu., ego M., diaconus, accu»so presbyterum A., eccl. s. M. capellanum, »apud vos, dom. N., Parisiensis ep., quia »dico eum commisisse adulterium cum Ber»tha, uxore Titii, in civitate Parisiensi, in »dom. Martini, m. Septemb. p. p. . ." — Annorum numeros consulto et convenienter compositos esse puto. Cum enim Honor. 3. m. Iul. a. 1216. pontificatum suscepisset, auctor Rf. 1. secundum huius muneris annum inde a Cal. Ian. a. 1217. computasse et ita annum Dom. 1225. cum ann. pontif. 10. recte iunxisse videtur. — Negligenter vero Rf. 2. »Anno ab inc. D. 1227., temporib. Honor. »tertii, pontif. a. 5. . ." etc. similit. ut Rf. 1. — Ceterum leviores mutationes, quae in singulis tantum libris, ad Rf. 1. 2. referendis, occurrunt, taceri posse exempla docent haecce: — Ed. 1. »Ann. a. i. D. M.CC. etc., »temporib. talis papae, tali anno pontif. eius, „tali mense, ego talis accuso N. . ." — M. 2. »Anno a. i. D. M.CC.XXVII. . . accuso . . . »ap. vos, dom. brem. archiep. . . quia dico »eum commisisse . . . in civ. parisiensi. . ."

7) *et q. 3. §. notandum.* — Rf. 1. 2. om.

8) *l. is cui.* Ita codd. T., plerique B.B., nec non Rf. 1. — Al. »l. is qui. 4." Hal. Bi. F. 1. Ham. M. 1. 2. — »l. eum qui." F. 2. — Ed. 2. 4. om. — Ed. 3. recte: »l. si cui. 7." (§. 1.) Cf. *Gloss.* in v. perseveraturos.

9) c. 5. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3.

10) *C. 2. q. 1. c. inprimis.* — Rf. 1. 2. om.

11) Alexand. 3. Paris. episc. etc. »F. A. »gravem ad nos contra abbatem suum trans»misere querelam, dicentes, eum ipsius *mo»nasterii bona dilapidasse,* ipsumque *inutilem »esse et sortilegum.* . . Ceterum si praefati »fratres, *accusationis libello* porrecto, in pro»batione defecerint, abbati purgatione iniun»cta, illos debita animadversione puniatis." Non recept. in coll. Greg., et ab. a B.B. et a Rf. 2.

12) c. licet. 14. X. G. e. t. 5, 1. Innoc. 3. verb. »per easdem literas etc." — Rf. 1. 2. om. — Rf. 2. substit. »X. G. de simon. 5, 3. »c. licet Heli. 31. et c. per tuas. 32." (c. 3. 4. X. 3. e. t. 5, 2.) »et X. G. de sent. et re iud. »2, 27. c. cum I. et A. 22." (c. 12. X. 3. e. t. 2, 18.) Innoc. 3.

Et nota, quod unus debet tantum esse, qui accusat, et, si plures se ad accusandum offerunt, iudex debet magis idoneum eligere. ut Dig. de accusat. 48, 2. l. si plures. 16. [13]

T.9. De libello recuperandae possessionis seu restitutionis. [1]

Libellus alius dicitur accusationis, de quo tractatum est supra titulo proximo, qui datur in causis criminalibus, alius conventionalis, qui datur in causis civilibus, tam spiritualibus, quam pecuniariis, de quo in sequentibus titulis tractare intendimus. Sed quia in causis civilibus interdum agitur possessorio, interdum petitorio, et ordinarium est, ut causa possessionis prius tractetur, quam proprietatis, ut Cod. de rei vind. 3, 32. l. ordinarii. 13., et quia [2], sicut ait iurisconsultus, qui rem petere destinavit, videre debet, an aliquo interdicto nancisci possit possessionem, quoniam commodius est possidere, quam petere, ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si quis [3] destinaverit. 24., ideo de libello recuperandae possessionis, vel adipiscendae, seu etiam retinendae vel defendendae primo loco doctrinam tradamus.

Prius tamen nota, generaliter obtinere, quod in omni libello contineri debet persona iudicis, actoris et rei, et id, quod petitur, cum certis indiciis, ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. [4] X. 3. de appell. 2, 19. c. significantibus. 7. [5], et iuxta dominum Pillium [6] causa petendi. [7] ut Dig. de except. rei iud. 44, 2. l. et an eadem. 14. §. actiones. 2. Dig. de noxalib. act. 9, 4. l. in delictis. 4. §. ult. Dig. de furt. 47, 2. l. in actione. 19. et l. si quis uxori. 52. §. si quis [8]. Alii contra, per legem Cod. de ann. except. 7, 40. l. ult.; sed lex illa

---

13) Rf. 1. 2. add. »Nota" (Rf. 2. »Item nota"), »quod nemo debet admitti ad accusationem, nisi det fideiussorem de lite prosequenda. Cod. qui accus. poss. 9, 1. l. qui »crimen publicum * *." l. 3. pr.

1) Ita B. L. 1. 2. (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de petitor. et poss. etc. »Tancr... parte secunda posuit rubricas de »libello recuperandae poss. seu restitutionis, »item adipiscendae, item et retinendae.") — Al. »De lib. recup. p." Bs. L. 3. 4. Bi. F. 1. 2. Ham. — »De lib. p." M. 2. — »De forma li»belli rec. p." M. 1. — »De libello rec. p., »vel adipiscend., seu et retinend. vel defen»dend." A.

2) *et quia.* — Rf. 2. »quia ad hoc agitur »causa possessionis, ut ordinetur causa pro»prietatis, et hoc ideo, quia."

3) *si quis.* — L. 4. et Ed. 2. 3. 4. »is, »qui."

4) L. 4. add. »et hoc ideo, quia iudex »semper debet certo sententiare. in Inst. de »act. 4, 6. §. curare debet iudex, ut certam »ferat sententiam." §. 32.

5) c. 49. X. G. e. t. 2, 28. (Sic B.B.) et c. 2. X. G. de libell. oblat. 2, 3. (Sic Rf. 2.) Innoc. 3.

6) Codd. T. passim: »py." et »pylium." B. L. 1. — Ceterum cf. not. 54. ad h. part. tit. 5.

7) Cf. *Pill.* part. 1. §. 2. pag. 7. vers. 1. et seq.

8) *si quis.* — »si quis mali." Bs. L. 1. 2. A. — »s. q. malu." L. 4. — »s. q. in alii." B. — »s. q. in alio." E. — Redeundum est ad ea, quae supra de antiquiori errore dicta sunt. (Cf. not. 14. ad Pill. part. 1. §. 2.) Quae enim Pillius laudaverat, noster h. l. iteravit.

Dig. de noxalib. act... §. si quis — Post verba, quae ex l. l. 14. §. 2. Dig. de re iud. transcripta sunt,

Rf. 1. »Ad idem Cod. de pet. hered. 3,

loquitur quoad perpetuandas actiones, et ideo praevalet sententia domini Pillii [9]).

Formatur ergo libellus recuperandae possessionis hoc modo: „Vobis, domino „H., Bononiensi episcopo [10]), conqueror ego Titius de Seio, qui me spoliavit" — vel „de possessione" vel „quasi possessione talium rerum [11]) vi deiecit; — „unde possessionem ipsarum rerum" — vel „quasi" — „cum fructibus inde per„ceptis, et qui percipi potuerunt, mihi restitui peto." — vel sic: „unde tam de „possessione, quam de fructibus, a tali tempore inde perceptis, et qui percipi „potuerunt, iustitiam peto cum poena legali [12])." — De quasi possessione ideo in libello dixi propter iura et cetera incorporalia, quae non possidentur, sed quasi possidentur. ut Dig. de servit. praed. urb. 8, 2. l. si aedes. 32. §. libertas. 1.

»31. l. hereditas. 3., u. d., quod, si accusans »patris testamentum ex una causa succubuit, »nihilominus poterit accusare ex alia causa. »Cautus tamen debet esse reus, ut, si actor »in reali actione non exprimat causam, nec »petat reus exprimi, quoniam, cum non ex»presserit, videtur totum ius suum in iudi»cium deduxisse; licet secus sit in actione »personali; tunc enim debet petere reus cau»sam sibi exprimi, qua petit rem actor; tunc »enim non intelligitur actor totum ius suum »in iudicium deduxisse. ut in §. actiones. Ad »idem Dig. de noxalib. act. l. in delictis. §. »ult. Dig. de furt. l. in actione" (L. 4. add. »Cod. de ed. d. Hadr. toll. 6, 33. l. ult." Cf. *Gloss.* in v. possessionem.) »Ad idem e. t." (i. e. »Dig. de furt.") »l. si quis uxori. §. si »quis. Arg. ad idem X 3. de probat. 2, 11. »c. ult." (Innoc. 3.), »ubi reprehenduntur te»stes Faventinorum, quod non assignaverunt »causam sive titulum suae possessionis de »districtu et honore, quod commune Faven»tinum volebat probare ad se pertinere con»tra ecclesiam Ravennatem."

Rf 2. »Ad idem X. G. de libell. obl. 2, »3. c. dilecti filii fratres. 3., ubi ponit. tal. ca»sus: fratres ecclesiae sanct. Genovefae pe»tebant quandam summam pecuniae a fra»tribus sanct. Victoris, nulla causa adiecta; »responderunt fratres s. Victoris excipiendo, »quod non tenebantur respondere, ex quo »fratres s. Genovefae non expresserant cau»sam; iudices exceptionem non admiserunt; »fratres s. Victoris appellaverunt; dominus »papa approbat appellationem." (Gregor. 9.) »Et ita patet, quod debet quis exprimere »causam in personali actione. Ad idem Cod. »de pet. hered. l. hereditas . . ." (similit. ut in Rf. 1. usque ad verb. »in iudicium dedu»xisse. ut in §. actiones.") »Ad idem Dig. de »noxalib. act. l. ult." (Male, pro l. in delictis. §. ult.) »X. G. de probat. 2, 19. c. licet. 9., »ubi reprehenduntur . . ." (similit ut in Rf. 1.)

De istis Tancr. partim alio loco dixit. Cf. seq. not. 9. pr.

9) Cf. h. part. tit. 13. §. 1. vers. sed numquid. et §. 2. vers. praeterea. in f.

Ceterum ea, quae de expensis in libello nominatim petendis noster tradidisse fertur, (vid. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de expens. §. 3. num. 2.) in glossis sive in apparatu dicta fuerint. Cf. *Gloss.* ad c. finem. 5. X. G. de dol. et cont. 2, 14. (c. 1. X. 3. e. t. 2, 7.) Innoc. 3., in v. expensas. sub f.

10) *dom. H. Bon. ep.* Sic T. et B.B. (Sol. L. 3. »domine H, Misn. ep.") — Rf. 1. 2. »do»mine, Parisiensis episcope." (M. 2. »dom. »brem. archiep.") Cf. not. 6. ad h. part. tit. 8.

11) *de poss." vel »quasi poss. tal. rer.* L. 1. E. L. 4. (»de poss. tal. rer vel quasi." L. 3.) — Al. »de poss. vel quasi de poss. tal. rer." B. Bs. L 2. A. — Plerique codd. Rf. 2. »poss. rer. mearum tal." — Al. „poss. mea vel qua»si poss. rer. mear. tal." M. 2.

12) M. 2 add. »ut, si non habet posses»sionem, restituat tantundem."

Dig. de usucap. 41, 3. l. 4. §. si viam. 27. X. 3. de caus. poss. et propr. 2, 5. c. ecclesia Sutrina. 1.[13]) X. 2. ut lite pend. 2, 9. c. a memoria. 1.[14])

Et nota, quod, si praelatus vel syndicus seu actor ecclesiae petant rem ipsius ecclesiae, debent formare libellum nomine ecclesiae, et debent petere, sibi nomine ecclesiae ipsius rem restitui vel adiudicari. Idem facere debent syndicus et actor universitatis. ut Cod. de episc. et cler. 1, 3. Auth. sed hodie. (ad l. 25.) et l. omnes. 33. (§. 4.)[15]) Nomine autem suo petere non possunt, cum nullam habeant actionem utilem vel directam. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. in rem actio. 23. §. 1.[16]) — Dicet ergo sic: „Vobis, tali iudici, conqueror ego P., syn„dicus talis ecclesiae, nomine eiusdem ecclesiae, de Seio, qui spoliavit ipsam ec„clesiam possessione talis vineae; unde ipsam vineam cum fructibus perceptis etc. „mihi nomine ecclesiae iam dictae restitui peto." — Et sic de ceteris libellus faciendus erit.[17])

T. 10. De libello adipiscendae possessionis.[1])

Interdum quis vult illius rei, quam numquam habuit, nancisci possessionem; puta, quia dicit se electum talis ecclesiae, sed numquam fuit in possessione, quamvis fuerit confirmatus; vel dicit se legitimum vel scriptum heredem alicuius, cuius hereditatem detinet alter; tunc ita formare debet libellum: „Vobis, domino „H., Bononiensi episcopo[2]), conqueror ego, talis diaconus, electus archipresby„ter plebis sanctae Mariae, de Iohanne presbytero, qui iniuste detinet ecclesiam „illam,"—vel „praelationem eiusdem ecclesiae;"— „unde peto, eum per vos inde amo„veri, et me in possessionem" vel „quasi possessionem[3])" eius induci et inductum

---

13) *c. eccl. S.* (Sic codd. T. — Al. „c. „cum eccl. S." B.B. et Rf. 1. 2.) 3. X. G. e. t. 2, 12. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quasi possessionem.

14) *X. 2. ut lit. pend. c. a memoria.* (c. 1. X. G. e. t. 2, 16. Alexand. 3. Ibi in verb., a Raym. om. „de possessione." Cf. *Gloss.* in v. deferre crucem.) — Rf. 1. 2. om.

15) Ista *l. omnes.* in Rf. 1. 2. haud om., sed in codd. Rf. 2. et inde in Ed. 2. 3. 4. cum pr. Auth. sed hodie., quod in utraque Rf. inepte descriptum est, et cum seq. genuino contextu negligenter coniungitur in hunc modum: „sed hodie nulla persona, in iudicio" (Ed. 3., ut in ips. Auth. „officio") „ecclesia„stico constituta, in qualibet causa criminali „vel pecuniaria —, cuiuscumque qualitatis „vel conditionis sit, ut diaconissa, vel mona„chus, vel monacha," (Ed. 3., ut in ips. Auth. „cuiusc. quantitatis vel cond., sive diac., sive „mon., vel ascetria, vel mon.") — „*omnes* no„mine suo petere non possunt, cum . . ."

B.B. in cod. E. add. „X. G. de for. comp. „2, 2. c. conquestus. 16." (Gregor. 9.) „et de „dilat. 2, 8. c. literae. 3." (Honor. 3.)

16) Cf. *Gloss.* in v. quasi nostra.

17) *Et sic de cet. libellus faciendus erit.* L. 1. 2. („Et de cet. libellus sic faciendus est." F. 2. Ham. M. 1. 2.) — Al. „Et sic de cet. li„bellis faciendum erit." B. Bs. A. L. 3. („Et „de cet. libellis sic fac. est." F. 1.) — „Et sic „de cet. ecclesiis faciendum." L. 4. („Et de „cet. eccl. sic f." Bi.)

1) Ita vulg. — Al. „De forma lib. nanci„scendae poss." M. 1.

Cf. not. 1. ad tit. 8. et not. 1. ad tit. 9. h. part.

2) *dom. H. Bon. ep.* — Rf. 1., „dom. H., „Parisi. ep." — Rf. 2. „Parisi. episcope."

3) *quasi poss.* Vulg. — Al. „quasi in „poss." L. 1.

„defendi." vel „tueri." 4) — vel sic: „peto ego, talis clericus, electus in ca„nonicum talis ecclesiae, induci in possessionem vel quasi possessionem canoni„cae eiusdem ecclesiae, et inductum tueri per vos, domine H., Bononiensis epi„scope 5), et peto, mihi in dicta ecclesia assignari locum in capitulo, stallum in „choro et cetera, quae alii canonici ipsius ecclesiae percipere vel habere consue„verunt." — Eodem modo formatur libellus, si possessionem hereditatis vel alterius rei sibi pertinentis velit adquirere.

Et ad hoc pertinent omnia interdicta de adquirenda vel adipiscenda possessione.

Et nota, quod, cum quis agit, ut possessionem alicuius rei adipiscatur, docere debet de iure suo, per quod probet rem illam ad se pertinere; alioquin succumbet, quamvis ad detentorem res illa non pertineat, ut Cod. de edend. 2, 1. l. qui accusare. 4. Cod. de rei vind. 3, 32. l. penult. 6) et C. 2. q. 5. §. 1. 7)

De libello retinendae seu defendendae possessionis. 1) T. 11.

Contingit interdum, quod is, qui possidet, non sinitur rem, quam detinet, pacifice possidere, nec vult de possessione recedere, quia forte dominium probare non potest, et quia, sicut supra dictum est titulo secundo 2), commodius est possidere quam petere 3); ad defendendam vel retinendam possessionem suam sic formabit libellum: „Vobis, domino H., Bononiensi episcopo 4), conqueror ego Ti„tius de Seio, qui inquietat" vel „turbat mihi possessionem talis vineae"; — vel: „inquietat me in possessione" vel „quasi possessione talis ecclesiae;" — vel: „qui „non sinit" vel „non permittit me quiete possidere talem rem"; — „unde peto

---

4) *defendi . . tueri.* Bs. L. 1. 2. A. L. 3. (»def. v. teneri" Hal. — »tueri v. def." L. 4.) — Al. „tueri et defendi." B. — »tueri." Rf. 2.

5) *dom. H. Bon. ep.* — Rf. 1. 2. »dom., »Paris. ep."

6) *l. penult.* Vid. l. ult. — Rf. 1. »l. pen»ult., u. d., res alienas * *." (ut in l. ult.) — Rf. 2. »l ult. * *."

7) *C. 2. q. 5. §. 1.* (Gratian. pr. »sicut »enim rei possessor etc.") Rf. 1. 2. om.

B.B. in L. 3. add. »Ad idem facit, quod »legitur in Inst. de interd. 4, 15. §. commo»dum. (in med. §. 4.) Ad idem X. G. de caus. »poss. et propr. 2, 12. c. cum ecclesia. 3." (Innoc. 3.) »vers. f., u. d., actore non pro»bante reus, etsi non praestiterit, obtinebit." — Rf. 1. »X. 3. de caus. poss. et propr. 2, 5. »c. cum eccl. Sutrina. 1. vers. f., u. d., actore »non probante, qui convenitur, etsi nihil »praestiterit, obtinebit." — Rf. 2. »Ad idem »Inst. de interd. §. commodum. Ad idem X. »G. de caus. poss. et propr. c. cum eccl., »u. d. . ." (similit., ut in Rf. 1.)

1) Ita vulg. — Al. »Retinendae." A. — »D. l. poss. tuendae vel def." L. 4. (»D. l. »tuend. vel def. poss." Bi.) — »D. l. tenen»dae vel def. poss." F. 1. — »D. l. tuendae »poss." M. 2. — »De forma libelli retinendae »poss." M. 1. —

Cf. not. 1. ad tit. 8. et not. 1. ad tit. 9. h. part.

2) *tit. secund.* — L. 3. »in proximo super. »secund. tit." — Rf. 2. vulg. »tit. secund. de »libellis." — Vid. pag. 164. vers. 12.

3) Rf. 2. add. »ut Inst. de interd. 4, 15. §. »commodum." (in med. §. 4.)

4) *dom. H. Bon. ep.* — Rf. 1. »Parisien»sis episcope." — Rf. 2. vulg. »domine epi»scope."

„ipsum a dicta [5]) inquietatione compesci." vel: „ab inquietatione" seu „turbatione „illa prohiberi."

Et nota, quod in hoc casu habet locum interdictum uti possidetis [6]), quod datur de rebus immobilibus tantum. — Si vero pro retinenda possessione rei mobilis velit quis agere, quia forte possessio sua turbatur sibi ab aliquo, eodem modo concipiet libellum, sicut dictum est; et tunc locum habet interdictum utrobi. ut Inst. de interd. 4, 15. §. sed interdicto. (in med. §. 4.) — Et haec interdicta locum habent, quando quilibet dicit se possidere vel quasi possidere. — Et uterque intelligitur actor, uterque reus, et quilibet iurabit de calumnia, sicut actor et sicut reus. — Natura horum interdictorum est hodie, ut obtineat et vincat in causa, qui possessionem non vi, non clam, non precario ab adversario litis contestationis tempore possidet. ut Inst. de interd. 4, 15. §. hodie. (§. 4. in f.) [7]) Dig. de itin. actuq. priv. 43, 19. l. 1. [8]) X. 3. de probat. 2, 11. c. licet. 4. [9]) circa f.; et ideo haec a partibus sollicite sunt probanda [10]).

T. 12. De libello in personali actione formando. [1])

Quoniam in causis civilibus [2]) interdum agitur petitorio, interdum vero possessorio, explicito tractatu de libellis possessoriis, ad informationem libellorum super petitorio accedamus. Verum, quia aliquando personali agitur actione, aliquando reali, primo, qualiter in personali formetur libellus, videamus; cuius forma sit talis [3]): „Vobis, talibus iudicibus, conqueror ego Titius de Seio, qui de„bet mihi decem libras talis monetae, quas sibi mutuavi; — vel „apud eum de„posui;" — „unde rationem [4]) peto [5])." — vel sic: „conqueror de Seio, qui mihi

---

5) *a dicta.* Bs. L. 1. 2. A. Hal. L. 4. — Al. »ab ipsa." B. — »a tali." E. L. 3. Rf. 2.

6) M. 2. add. »Dig. uti possid. 43, 17. l. »si duo. 3, u. d., quid sit dicendum. * *." (pr. et §. 1.)

7) Post verb. ex h. §. enotata, Ed. 3. add. »licet antiquitus diversimode his interdictis »usi sint."

8) Ed. 2. 3. 4. add. »in f."

9) c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.

10) Cf. *Gloss.* ad l. l. Dig. §. 2. in v. an non. et ad l. c. X. G. vers. f. in v. uti possidetis.

1) Ita B. L. 1. 2. (»D. l. in pers. act. in»formando." Bs. — »D. l. in pers. act." L. 3.) — Al. »D. l. actionis personalis." L. 4. — »De libellis in personali act. formandis." F. 1. 2. Ham. — »De libellis sup. petitorio for»mand." M. 2. — »De for. li. pe. in personali »act." M. 1. — »Qualiter formatur libellus »sup. personali act." A.

Cf. not. 1. ad h. part. tit. 8.

2) *in causis civilib.* — Rf. 1. 2. »in aliis »civilib. causis."

3) *talis sit.* Bs. L. 1. Hal. (»sit talis." E. et Rf. 1. 2.) — Al. »talis est." B. L. 2. A.

4) *unde rationem.* Vulg. — Al. »restitutio»nem." L. 3. — »de quibus iudicium." Ed. 2. 4. — »unde rationem, vel de quib. iudicium." Ed. 3.

5) Ed. 3. add. »vel sic: „„ego Seius dedi „„anno superiori Titio decem, ne mihi litem „„super hereditate Menii moveret, et is mo„„vit pridie Calendas;"" — aut: „„dedi ei „„decem, ut Romam intra calendas Iunias „„iret, nec ivit; — unde repeto illa decem."" »ut Dig. de cond. caus. dat. caus. 12, 4. l. 1. »2. et 3. et Cod. e. t. 4, 6. l. 1. et Dig. de in »dot. l. si stipulationum." (Fuerit »Dig. de „iur. dot. 23, 3. l. stipulationem. 21.") „ve„luti dedi causa dotis, matrimonio non se„cuto repeto id per hanc solum condictio-

„debuit fecisse tale opus usque ad talem diem, et non fecit; unde peto, eum „condemnari mihi ad poenam viginti librarum, per stipulationem mihi promissam." — vel: „peto, eum condemnari mihi ad interesse meum, quod aestimo decem li- „bras."

Et nota, quod, cum quis petit speciem vel rem aliquam sibi deberi [6]), utique certam debet petere, et dicere materiam, pondus et colorem, si potest, ut Dig. depos. 16, 3. l. 1. §. si quis argentum. 40. et Dig. de furt. 47, 2. l. actione. [7]) 19.; verbi gratia, infectae materiae debet dicere pondus, puta unam platam [8]) argenti, quae est decem marcarum; et si fuerit materia signata [9]), debet dicere numerum, puta viginti solidos Bononiensis monetae [10]); et si fuerit facta, debet dicere speciem, videlicet scyphum vel scutellam argenteam. Item mensura dicenda erit, cum res consuevit dari ad mensuram, puta decem modios frumenti, tot corbes vini, decem metretas olei. In vestimentis autem dici oportet numerum et colorem. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. Dig. de furt. 47, 2. l. in actione. 19. [11]) Sed si actor iuraverit se non posse dicere colorem, huius rei necessitas sibi remittitur. ut Dig. de furt. 47, 2. l. in actione. 19. §. 1. (4.) [12]) Idem erit, si iuret se nescire pondus rei, quam petit. Illud idem credo in numero et mensura. ut Dig. depos. 16, 3. l. 1. §. si quis argentum. 40. Sed quid proderit ei tale iuramentum, cum iudex certam debeat ferre sententiam? Respondeo, proderit ei quantum ad hoc, ut litem [13]) contestetur, quoniam reus sine libello ei non cogeretur respondere. arg. X. 3. de appell. 2, 19. c. significantibus. 7. [14])

De libello rei vindicationis in reali actione. 1) T. 13.

§. Cum autem quis reali actione debet agere, sic concipiat libellum: „Vo- §. 1.

„nem, licet non sit expressum in stipula- „tione. Sed si non stat per eum, qui acce- „pit, quo minus impleta sit conditio, cessat „repetitio. ut Cod. e. t. 4, 6. l. si repetendi. 7. „l. pecuniam. 10. et l. ult. item Dig. locat. 19, „2. l. qui operas. 38. Caveas inprimis, ne ex- „primatur causa dandi."

6) *deberi.* — Rf. 2. „dari."

7) *actione.* Ita quidem h. l. codd. T. et B.B. (sol. Hal „si quis actore.") Sed cf. Pill. part. 1. §. 2. (pag. 7. vers. 13.) et h. pag. vers. 14. et vers. 16. — Rf. 1. 2. „in actione."

In Ed. 2. 3. 4. cum verbis, in Rf. 1. 2. ex l. 1. Dig. depos. §. si quis argentum. enotatis, coniuncta sunt haec: „Dig. de furt. l. in „actione, u." (vid. §. 4. in f.) „d., plane, si „quis iuret, pro certo se colorem dicere non „posse, remitti ei huius rei necessitas de- „bet." — Haud convenienter. Vid. infr. h. pag. vers. 15. 16.

8) *unam platam.* (vid. *Pill.* pag. 7. vers. 14.) — Rf. 2. „patenam." — Ed. 3. „mas- „sam."

9) *signata.* (cf. *Pill.* pag. 7. vers. 15.) L. 1. et sic Rf. 1. 2. — Al. „assignata." B. Bs. L. 2. et codd. B.B.

10) *solidos Bonon. m.* — Rf. 1. „solidos „Paris m." — Rf. 2. „libras Paris. m."

11) *Dig. de furt. l. in act.* — Rf. 1. 2. om.

12) Cf. not. sup. 7.

13) *litem.* (ut *Pill.* pag. 8. vers. 8.) — Al. „lis." Bi. et libri ed.

14) *arg. X. 3. de app. c. significantib.* (c. 49. X. G. e. t. 2, 28. — sic B.B. — et c. 2. X. G. de libell. obl. 2, 3. Innoc. 3.) — Rf. 1. „X. 1. de libell. obl. 2, 3. c. Ignarus. un." (ex conc. ap. sanct. Medardum.) „X. 3. de „app. c. significantib." — Rf. 2. „ut C. 3. q. 3. „§. offeratur." (c. 4. §. 5.) „et X. G. de libell. „obl. c. Ignarus. 1. et e. t. c. significantib. 2."

1) Ita B. L 2. F. 1. 2. Ham. („D. l. rei „vind. et reali act." Bi.) — Al. „D. l. rei

„bis, talibus iudicibus, conqueror ego Titius de Seio, qui detinet fundum meum [2]) „positum in curticella in loco tali [3]), intra hos fines: ab oriente possidet talis, „a meridie talis, etc.; unde peto fundum ipsum et fructus ex eo a decem annis „retro perceptos." — vel sic: „unde tam de ipso fundo, quam de eius fructibus „rationem peto."

Sed quoniam difficulter probari potest dominium et rem esse actoris, ideo tutius est, si dicat in libello: „peto talem fundum ad me pertinentem etc." Quidam tamen talem libellum non admittunt, propter latissimam significationem huius verbi „pertinere", quam habes Dig. de verb. signif. 50, 16. l. verbum pertinere. 181. [4])

Item nota, quod actor debet designare fundum proprio nomine, si proprium nomen habet, puta fundum Cornelianum, vel ea demonstratione ostendere, quae fungitur vice proprii nominis [5]). Item si petit mancipium [6]), dicere debet nomen eius; sed si nomen ignorat, dicere debet „qui est natus ex tali ancilla", vel „qui „est ex illa hereditate." ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem aliquis. 6. Et illa talis demonstratio fungitur vice proprii nominis. ut [7]) Dig. de condit. et demonstr.

»vind." Bs. M. 2. — »D. l. in reali act." L. 3. (»D. l, actionis real." L. 4.) — »Qualiter for»matur sup. reali act." A. — »De for. li. pe. »in reali act." M. 1.

Cf. not. 1. ad h. part. tit. 8. et not. ad h. tit. 27.

2) Rf. 2. add. »et possidet."

3) *in curticella in loco tali.* (prout »in curti»cella in territorio S." in exemplis, quae in *Dufresn.* glossario laudata sunt.) per coniect., ex var. lect. his: »in curte ceule i. l. t." B. — »in curte celule i. l. t." L. 2. (»in curte ceule »i. l. t.", sed superadd. lit. »l." in v. ceule. post prim. syllab. Bs.) et E. — »in culte ce»lule i. l. t." L. 1. — »in curte culle i. l. t" Hal. — »in curia cellule i. l. t." A. — Rf. 1. »in tali loco N." — L. 3. et Rf. 2. »in tali lo»co." — Ceterum cf. *Io. Bass.* summ. quicumque vult. (*v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 453. vers. 29. et seq.) „Deo et vobis »consulib. Bonon. conqueror ego Ioannes de »Uberto Ermanni, qui iniuste detinet meum »fundum botrianum positum in curte panica»lis." — et de hac v. »panicalis." vid. *Hugolin. D. D.* §. 119. pag. 350. et ibi not. p.

4) Cf. *Pill.* part. 1. §. 2. pag. 11. vers. 3. 3. et seq.

Post verba ex l. verb. pert. transcripta, Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Dig. de rei vind. „6, 1. l. idem Pomponius. 5. in f., u. d., quod, „si quis petat servum, qui vocetur Clethes" (Rf. 2. in plerisque codd. „Elotes.") »et multi „hoc nomine vocentur, nil petit, quia non „facit certum iudicem."

Post haec Ed. 3. »Item acturus quis rei „vindicatione ita proponet: „„„quoniam ego „„„Maximus contra Titium vindicare consti„„„tuo mancipium meum tale, quod is me in„„„vito detinet, imploro officium vestrum, ut „„„faciatis id in publico reum exhibere."'" ut „Dig. ad exhib. 10, 4. l. 1."

5) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »X. 4. de „testib. 2, 7. c. licet. 6." (c. 47. X. G. e. t. 2, 20. ex conc. Lateran. Innoc. 3. a. 1215. c. 52.) „in f., u. d., non enim refert, an proprio no„mine, an demonstratione, an circumlocu„tione res declaretur. Dig. si cert. pet. 12, „1. l. certum. 6."

6) *mancipium*. B. L. 2. A. E. L. 3. — Al. „puerum." Bs. L. 1. Hal.

7) *Item si petit mancipium . . . nominis. ut.* — Rf. 1. 2. om. Equidem suspicor, auctorem Rf. 1. libro aliquo usum esse, in quo omnia ea, quae post verba h. pag. vers. 13. »*fung. v.* „*propr. nom.*" usque ad ead. verba h. vers. 16. „*f. v. p. n.*" in genuino contextu legun-

33, 1. l. nominatim. 34. Et si errat in nomine, non nocet, dummodo de corpore constet. [8]) ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. idem Pomponius. 5. §. cum in rem. 4. Cod. de testam. 6, 23. l. si in nomine. 4.

Sed numquid debebit [9]) exprimere causam, propter quam dicit suum, puta: „fundum, quem emi a tali", vel „qui mihi donatus fuit et a Seio traditus"? Et quidam dicunt, quod sic, per legem Dig. de except. rei iud. 44, 2. l. si mater. 11. §. si autem. 2. [10]) Aliter tamen se habet veritas. ut in eadem l. §. eandem causam. 4. 5. in f. [11]) et l. et an eadem. 14. §. actione. 2. [12])

Item designare debet, utrum totam rem petat vel partem, et [13]) quotam. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. — Sed si dicat simpliciter „peto rem talem", totam intelligitur petiisse; si „partem", intelligitur petiisse dimidiam. nomine partis medietas intelligitur. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. si defensor. (9. §. 4. et seq.) §. qui interrogatus. 5. [14]) Dig. de verb. signif. 50, 16. l. nomen filiarum. 164. §. portionis. 1. — Alioquin non posset instrui reus, utrum vellet cedere vel contendere, quod fieri debet. ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) Dig. de edend. 2, 13. l. 1. (pr.) in Auth. de exhibend. reis. §. sancimus. Coll. 5. (Nov. 53. c. 3. §. 1.) — Verumtamen iusta causa interveniente remittitur necessitas dicendi, quotam partem petat, quoniam interdum admittitur vindicatio incertae partis. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. quae de tota. 76. (§. 1.) [15])

---

tur, per negligentiam, in libris manuscr. haud insolitam, omissa erant.

8) *Et si errat . . . constet.* — Rf. 2. om.; et verba ex l. l. nominatim. pr. transcripta. cum seq. „ut Dig. de rei vind. l. id. Pomp. „§. cum in rem agitur * *." coniuncta sunt.

9) *debebit.* Bs. L. 1. 2. et codd. B.B. — Al. »debet." B. et codd. Rf. 1. 2.

10) *§. si autem.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »§. si hominem petiero, nulla causa expres»sa, et victus fuero, sc. quod ob eam cau»sam meum existimavi, quod mihi traditus est »ab alio, cum is ex hereditaria causa meus es»set, rursus petenti mihi obstat exceptio; et »hoc, quia totum ius suum deduxit in iudici»um" (Rf. 2. »rurs. pet. m. obstaturam Celsus »ait exceptionem."—reliq. om.); »si quis au»tem dicat fundum suum esse eo, quod Ti»tius eum sibi tradidit, si postea eum ex alia »causa petat, causa adiecta, non debet amo»veri exceptione." Cf. l. l. 11. §. 1. 2. — Et subinde Rf. 2. »ut Dig. de exc. rei iud. l. et »an eadem. §. actiones." Cf. not. seq. 11.

11) *Aliter tamen . . . §. eand. caus. in f.* — Rf. 2. om.

12) *§. actione.* — Rf. 1. 2. »§. actiones." Cf. not. 10. in f.

13) *et.* Ita codd. T. et B.B. — Al. »vel". Rf. 1. 2. — Cf. not. 30. ad *Pill.* part. 1. §. 2.

14) *l. si defensor. §. qui interrog.* — Ed. 2. 4. »l. de aetate. 11." — Ed. 3. »l. de aetate. »§. si interrogatus. 6."

15) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Similiter »et incertus de iure suo potest sic dicere: »»propono hanc vel illam actionem, quae»»cumque mihi competat."" ut Dig. quor. le»gat. 43, 3. l. 1. §. quia autem. 4." (Rf. 2. add. »u. d., quia autem nonnumquam duas actio»nes dictamus, protestari ex altera nos opor»tet velle consequi, quod ad nos contingit.") »Dig. quod met. caus. 4, 2. l. si cum exceptione. »14." (Ed. 3. add. »§. eum, qui metum fecit. »13." — Ed. 2. 4. vitiose: »§. eum q. met. »fec. et l. si cum exceptione.") »Dig. de reg. »iur. 50, 17. l. nemo. 43. §. quotiens. 1." — Et post illa, Rf. 2. »Ad idem X. G. de rest. »in int. 1, 41. c. constitutus in praesentia no»stra. 8." (Gregor. 9.), »ubi quidam pro se et »pro fratre suo petebat restitui in integrum »contra venditionem quandam factam a pa-

Et quod dictum est, in libello debere comprehendi et exprimi id, quod petitur, vel quota eius pars, verum est in singularibus actionibus; in generalibus autem secus est, quia non est necesse, ut singula exprimantur; ibi enim tam libellus quam sententia super incerto formatur; puta:" „peto talem ecclesiam cum pertinentiis suis." — vel „peto talis viri hereditatem." ut X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. cum ad sedem. 5.[16]) X 3 de fide instrum. 2, 13. c. inter dilectos. 1.[17]); et in hoc casu intelligunt quidam, et est verum[18]), quod plus venire potest in condemnatione, quam fuerat in petitione, si res aliquae fuerunt expressae. ut Inst. de act. 4, 6. §. si minus. 34.[19]) Dig. de pet. hered. 5, 3. l. 4.[20]); sed hoc non placet domino Pilio[21]), sicut in eius libello continetur[22])

§. 2. §.[23]) Praeterea nota, quod quidam legistarum dicunt, actionem expresso nomine in libello comprehendi debere. Alii dicunt, actionem non oportere comprehendi in libello nominatim, sed postea in iudicio debet[24]) exprimi[25]). Nos autem secundum canonicam aequitatem incedentes dicimus, quod nec in libello, nec in processu[26]) causae necesse est exprimere actionem.[27]) ut X. 1. de appell. 2, 20.

»tre suo de rebus maternis, vel rescindi ven»ditionem; et ita alternative petebat; et fuit »bene auditus. Ad idem X. G. de testam. 3, »26. c. Raynaldus. 18." (Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. si contra ipsum venirent.)

16) c. 15. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. et pertinentiis.

17) c. 6. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. cum honore.

18) *et est verum.* — Rf. 2. om. Sed cf. seq. not. 20.

19) Ibi *Gloss.* in v. in eodem iudicio. in f. »Sed quid in universalibus? Resp, potest in »eis adiici quandocumque ante sententiam, »ut Dig. de pet. hered. 5, 3. l. 4. et l. si quo »tempore. 41. (pr.); et sic intelligitur Cod. »de appell. 7, 62. l. fin. §. fin."

20) Rf. 2. add. »u. d., si petam heredita»tem, et videam apud te partem hereditatis »meae, super qua tota controversia erat in»ter me et te, postea aliae res deveniant ad »te, tu condemnaberis inde in omnes res" (Libr. ed. add. »apud te existentes"), »ut in »praedicta lege videtur innui." Cf. *Gloss.* in v. coepit.

21) Codd. T. et B.B. et Rf. 1. „pilius." — „pylius." — Compl. codd. Rf. 2. „pillius."

22) Cf. *Pill.* pag. 10. vers. 6. et seq.

23) *§.* sc. loco epilogi, qui ad totam hor. titul. (h. part. 8. et seq.) seriem referendus est. Cf. not. inf. 27.

Rf. 1. 2. add. »Item nemo sine actione »recipitur." (Rf. 2. »experitur.") »ut Dig. de »administr. tut. 26, 7. l. quotiens. 9." (Ed. 2. 3. 4. »§. item si temporali. 2. 3.") Haec verba cum epilogo sequenti iungenda esse facile patet. Cf. *Pill.* part. 1. §. 3. pag. 11. vers. 16. et seq.

24) *Alii dicunt . . . oportere . . . debet.* Ita vulg. codd. T. et B.B. (Hal. »debere.") — Rf. 1. 2. »Alii dicunt, quod non, sed postea" (Rf. 2. »sed tantum") »in iudicio" (Ed. 2. 3. 4. »in progressu iudicii") »debet."

25) Cf. *Pill.* part. 1. §. 3. pr.

26) *processu.* Vulg. — Al. »progressu." B.

27) *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de act. seu petit. §. 1. num. 3. »Tancr. . . dicit, quod ne»mo cogitur in foro ecclesiastico, nec in li»bello, nec in processu, exprimere actio»nem." — et ibi *Io Andr.* in v. Tancr. dicit. »in suo libello de actione reali."

Praeterea *Durant.* l. l. num 5. »secund. »Tancr." (fortasse in glossis siv. in apparatu.) »ubi invenies in canonibus *actio*, expone i. e. *petitio*." Cf. *Gloss.* ad c. 6. X. G. de iud. (vid. not. seq 28.) in v. actio intentetur. in f.

c. 1.[28]) Verum, si proponatur inepta, succumbit etiam secundum canones, qui ineptam proponit [29]), ut X. 3. de confirmat. util. 2, 20. c. examinata. 3.[30]) arg. X. 3. de restit. spol. 2, 6. c. cum ad sedem. 5.[31]) in f., ubi dicitur, quod ille, qui proposuit interdictum unde vi, cum locum ibi non habuit, non obtinuit. Sed licet actio non sit proponenda, ut dictum est, tamen causa petendi, ex qua possit oriri actio, in personali actione debet proponi [32]).

Et nota, quod, si libellus inepte conceptus sit, bene potest actor ipsum emendare et alio modo concipere usque ad litis contestationem, sed non ultra, sive sit clausula illa ibi „salvo iure mutandi" [33]), sive non. Quod hoc possit, probatur C. 2. q. ult. §. libellorum. (c. 5. §. 2. in f.) et Cod. de edend. 2, 1. l. 3.[34]) Et quotiens de novo concipitur libellus, totiens reus inducias deliberatorias, si voluerit, habere debebit. ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.)[35])

---

28) c. dilecti. 6. X. G. de iud. 2, 1. Alexand. 3.

29) Rf. 2. add. „cadit a causa." — Ed. 2. 3. 4. „caditque a causa."

30) c. 15. X. G. de iud. 2, 1. Innoc. 3.

31) c. 15. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. interdictum.

32) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „aliter „enim ad rei veritatem non pervenitur. C. „23. q. 8. c. occidit Phineas. 14., u. d., quod „non est respiciendum ad opera, sed ad tem„pus et causam et voluntatem, — quia, si iu„sto bello quis occidit, ei non imputatur, — „personarum quoque differentiam; aliter „enim non possumus ad veritatem perveni„re." (Rf. 2. „aliter autem .. voluntatem; „personarum quoque differentiam et quanta„cumque ipsis temporibus acciderint, dili„gentissime inquiramus; alit. autem non „poss. ad verit. pervenire."

33) *mutandi.* — Rf. 1. „augendi vel mi„nuendi." — Rf. 2. „aug. v. min. vel mutan„di." F. 1. 2. Ham. M. 1. — „aug. v. min. vel „addendi v. mut." M. 2. — „aug. v. min. v. „mut. vel corrigendi." Bi.

34) Cf. *Gloss.* in v. emendari.

35) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Et ea, „quae de novo accidunt, novo indigent au„xilio. Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de ae„tate. 11. §. ex causa. 8. vel novis morbis „nova convenit antidota praeparari. X. 1. de „iuram. cal. 1, 34. (35.) c. ceterum. 6." (c. 5. X. G. e. t. 2, 7. Luci. 3.)

Subinde Rf. 2. „Verumtamen propter „correctionem, vel mutationem, vel decla„rationem libelli non debet quis habere lon„giores inducias. ut X. G. de dilat 2, 8 c. li„terae tuae. 3." (Honor. 3.), „ubi ponitur talis „casus: quidam archipresbyter egit contra „quosdam nobiles nomine ecclesiae suae et „porrexit libellum, in quo continebatur, quod „dicti nobiles pensionem de possessionibus „debitam non solverunt tribus annis et ul„tra; dicti nobiles petierunt, quod declara„ret illud verbum: elapsis tribus annis et ul„tra, i. e. quantum temporis volebat per illud „tempus „„ultra"" significari; et archipres„byter dixit, quod septem annis dicti nobiles „cessaverunt in dictae pensionis solutione; „propter illam vero declarationem voluerunt „nobiles longiores inducias habere ad deli„berandum, et, quia eis fuerunt denegatae, „appellaverunt; dominus papa reputat illam „appellationem frivolam et mandat iudici„bus, quatenus, ea non obstante, in negotio „ratione praevia procedant, iuxta priorum „continentiam literarum. Et ita patet, quod „propter correctionem vel declarationem li„belli non debet quis habere longiores indu„cias."

De satisdatione actoris. [1]

T.14. Cum aliquis vult agere in iudicio, libellum suae petitionis porrigere debet iudici, et per iudicem vel eius apparitorem offerendus est reo [2]. Sed antequam actor libellum suum iudici porrigat, satisdabit cum idoneo fideiussore, quod usque ad finem litis perseverabit in causa, eamque per se vel per procuratorem suum perficiet, et, si apparuerit eum iniuste litem movisse, dabit reo decimam partem litis in libello comprehensae; si vero constiterit per ipsius sacramentum, quod fideiussorem dare non possit, remittitur ei datio fideiussoris, sed iuratoriam exponet cautionem; et in libello profiteri debet se facturum haec omnia. Et hoc verum est generaliter, quod talis cautio praestari debet, nisi causa moveatur ex consensu utriusque; puta apud arbitros; vel dico, ex consensu utriusque partis, id est cautione remissa, quod melius est [3]. Et haec omnia collige ex Auth. illo [4] Cod. de episc. et cler. 1, 3. generaliter. (ad l. 25.) et Cod. de assert. toll. 7, 17, l. 1. §. omnes. 2. — Hoc facto iudex libellum recipit et citat [5] reum, ut veniat. Et cum venerit, debet actor iterum cautionem exponere in eum, quem dicit obnoxium, vel in [6] negotii exsecutorem, quod infra duos menses litem contestabitur, vel, si non fuerit litem contestatus, omne damnum in duplum resarciet reo, ita tamen, quod cautio illa non transcendat summam triginta sex aureorum. ut C. 3. q. 3. §. libellum autem. (c. 4. §. 4.) [7] in Auth. de litigios. §. ad excludendas. Coll. 8. (Nov. 112. c. 2.) Cod. de lit. cont. 3, 9. Auth. libellum [8]. Pot-

---

1) Ita L. 4. F. 1. M. 1. (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de satisdat. »Tancr. »parte secunda facit tres rubricas de satis- »dationib. actoris, rei, et agentium causas »alienas." Cf. not. 1. ad seqq tit. 15. 16.) — Al. »De satisd. ab actore praestanda." B. L. 1. 2. — »De satisd. ab actore." Bs. Bi. F. 2. Ham. — »De satisd. praestanda." L. 3. — »Cui et quomodo offeratur libellus et de sa- »tisd. actoris." A. — »De libelli oblatione et »satisd." M. 2.

Cf. *Pill.* p. 1. §. 1.

2) Rf. 2. add. »ut Cod. quom. et quand. »iud. 7, 43. Auth. qui semel. (ad l. 8.)"

3) *nisi causa moveatur ... quod melius est.* — Rf. 2. »nisi causa moveatur apud ar- »bitros de consensu utriusque partis, vel »nisi cautio remissa sit."

4) *Aut illo.* B. L. 1. 2. et codd. B.B. — Al. »aut. illa." Bs. — »illa aut." Rf. 1. 2.

5) *recipit et citat.* L. 1. E. Hal. Bi. M. 2. et libri ed. — Al. vulg. libr. manuscr. »reci- „piat et citet."

6) *vel in.* — Rf. 1. 2. „et." — Cf. *Azo.* lectur. in Cod. tit. de lit. cont. 3, 9. sub f. in Auth. libellum etc.

7) *C. 3. q. 3. §. libellum autem.* — Rf. 2. male: „C. 2. q. ult. §. libellorum. (c. 5. § 2.)"

8) Ex *Gloss. T.* ad seq. tit. pr. (Inst. de satisd. §. 2.) „. . . primam." (cautionem actor) „exponit, antequam libellum principi porri- „gat. Haec est de lite prosequenda. ut in „Auth. de exhibend. et intromitt. reis. §. il- „lud. (Nov. 53 c. 3.) et Cod. de lit. cont. 3, „9. Auth. ibi signata: libellum. Aliam cau- „tionem exponit actor, postquam libellum „conventionalem porrexit. Et haec cautio „est de decima quantitatis in libello compre- „hensae nomine expensarum restituenda. ut „in Auth. de litigios. §. ad excludendas. „(Nov. 112. c. 2.) Verumtamen dominus Azo „credit, quod si expensae excesserint deci- „mam partem litis, bene condemnatur actor „in solitis" (Fuerit: „solutis") „expensis, „unde Authenticam illam: ad excludendas. „intelligit, quando expensae factae subsi- „stant in decima parte vel eam non exce- „dunt." — *Azo* lect. in Cod. tit. de episc. et

est tamen dici, quod statim iudex recipere potest libellum et actor simul [9]) praestet utramque cautionem, antequam reus libellum recipiat, quod non est absonum dicere. — Et licet iura has cautiones praecipiant offerri, temporibus tamen nostris eas praestari non videmus [10]); et audivi dominum Azonem dicentem, quod supra dictae cautiones hodie locum non habent consuetudine praevalente [11]).

De satisdatione rei. [1]) T.15.

Haec de satisdationibus actoris. Reus autem, cum libellum recipit, satis- §. 1. dare debet, quod usque ad finem litis permanebit. ut Inst. de satisdat. 4, 11. §. sed hodie. 2. [2]) Quandoque tamen sufficit, si iuratoriam exponat cautionem, ut si possideat immobilia. ut Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. sciendum. 15. [3]) Quandoque tamen sufficit sola promissio cum hypotheca rerum suarum, ut in clericis. in Auth. de sanct. episc. §. si quis autem. (Nov. 123. c. 21. §. 2.) Et de hac diversitate satisdationum videtur loqui Auth. [4]), ut reus praebitis sportulis vel data fideiussione viginti dierum gaudeat induciis, in quibus deliberet, an cedat, vel contendat, vel petat alium sociari, ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) Cod.

---

cler. 1, 3. in Auth. generaliter. ad l. 25. „Intellige . . quod si reus tantum decimam expendit, decimam" (actor) „praestabit; si vero plus, praestabit amplius, et hoc taxatione iudicis, si invenerit se plus expendisse. ut arg. Auth. de dilat. quod fieri. (ad „l. 2. Cod. 3, 11.)"

9) *simul.* Codd. T. et A. Hal. L 3. — Al. „si vult." E. — Ex huiusm. vitiosa lect. Rf. 1. 2. „si velit." — „similiter si velit."

10) *videmus.* B. Bs. L. 1., codd. B.B. et L. 4 — Al. „vidimus." L. 2. et Rf. 2.

11) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr. et in v. praevalente.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Si fideiussor iudicio sistendi causa datur," (Rf. 2. „Et nota, quod, ubi fideiussor datur," — Libri ed. „Et nota, quod, ubi dicitur, fideiussor detur,") „locuples dari iubetur, non „tantum ex facultatibus, sed ex conveniendi „facilitate. Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. 2. (pr.) „Dig. de verb. sign. 50, 16. l. quos nos. 234. „§. locuples * *. 1. Dig. e." (Rf. 2. „Ad „idem Dig. qui satisd. cog. 2, 8.") „l. 2. §. „in fideiussorem, qui aliquem iudicio sistendi causa promisit, nec id effecerit, tanti, „quanti ea res erit, actionem dat prae„tor * *. 5." (Rf. 2. superadd. „nisi ex causa „detentus fuerit, quod venire non potuit; „tunc non tenetur. ut") „Dig. e. t. l. qui iu„ramento * *. 16." (Rf. 2. „Ad idem") „Dig. „in ius vocati ut eant. 2, 6. l. edicto * *. 1."

1) Ita B. Bs. A. L. 3. 4. F. 1. M. 1. (*Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de salar. §. 1. num. 10. „Tancr. in libello suo in tit. de satisdat. „rei." Cf. not. 1. ad praeced. tit. 14.) — Al. „De satisd. a reo praestanda." L. 1. 2. — „De satisd. a reo." Bi. F. 2. Ham. M. 2.

Cf. *Pill.* p. 1. §. 1. pag. 5. vers. 10. et seq.

2) Rf. 1. et similit. Rf. 2. in f. verborum, quae ex isto loco enotata sunt: » . . nudam »promissionem, i. e. sine iuramento, cum »est persona rerum immobilium ditata. Et »hoc est, quod dicit: pro qualitate personae, »sc. secundum quod est dives vel pauper, »satisdationem pro qualitate personae suae »dare compelletur."

3) Cf. *Gloss.* ad pr. in v. non compelli. vers. tertio, an ille.

4) *Auth.* — Vulg. »autentica." — Rf. 1. 2. »autentica canoic." (canonizata.)

de lit. contest. 3, 9. offeratur [5]). Sed qui suo nomine convenitur, iudicatum solvi satisdare non debet. ut Inst. de satisdat. 4, 11. §. sed hodie. 2.

Verumtamen, sicut ait dominus Pillius [6]), hodie tenacissima consuetudo hominum quasi ferrea in contrarium tenet, quoniam iudices statim libellum recipiunt ab actore, nulla dictarum satisdationum ab eo exacta vel praestita; sed ab utroque, id est ab actore et reo, recipiunt pignora, vel fideiussores, si pignora dare non possunt, et hoc propter expensas, quae fiunt in causis et in actis causarum, et propter decimas litis, quas iudices saeculares secundum consuetudinem diversarum terrarum accipere consueverunt [7]).

Sed si iurabit reus, se pignora vel fideiussores dare non posse, sufficit, sicut in satisdatione actoris dictum est [8]).

§. 2 §. Et nota, quod, licet praelati ecclesiarum huiusmodi decimam vel aliam partem litis suscipere non possint, ut X. 3. de vita et honest. cleric. 3, 1. c. 1. [9]), tamen expensas moderatas suscipere possunt et pro eis pignora recipere [10]); debentur enim eis expensae, sicut testibus, ut in eadem arguitur decretali, ut C. 4. q. 3. §. item in criminali. vers. venturis. (c. 3. in med. §. 40.) [11]); quoniam nemo cogitur suis stipendiis militare. ut X. 1. de simon. 5, 2. c. cum sit Romana. 9. [12]) C. 1. q. 1. c. iudices. 23. [13]) C. 12. q. 2. c. caritatem. 45. [14]) Dig. de off. praesid. 1, 18. l. plebisscito. 18. [15]) Assessor autem iuste salarium recipere potest [16]) et pro eo pignora recipere a partibus, sicut dictum est supra in titulo de assessoribus [17]). Idem intelligo de iudice ecclesiastico, qui de bonis ecclesiae non sustentatur [18]).

---

5) *ut C. 3. . . . offeratur.* — Rf. 1. 2. „quam „Auth. habes C. 3. q. 3. offeratur."

6) Codd. T. et B.B. et Rf. 1. „pilius." — „pylius." — Compl. codd. Rf. 2. „pillius."

7) Rf. 1. 2. add. „X. 3. de vit. et honest. „cleric. 3, 1. c. cum ab omni. 1." siv. c. 10. X. G. e. t. 3, 1. Innoc. 3.

8) *Verumtamen* (h. pag. vers. 3.) . . . *dictum est.* Eadem fere servavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 2. num. 2. Cf. *Io. Andr.* add. in v. consuetudo.

9) Cf. not. 7.

10) *recipere.* (ut saepius.) Bs. L. 1. E. Hal. et ita ex h. l. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de salar. §. 1. num. 10., lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 2. num. 3. (Ibi Francof. „tit." male pro „Tancr.") — Al. „accipere." B. L. 2. A. L. 3. Rf. 1. 2.

11) Cf. *Gloss.* ad l. c. 10. (not. 7.) in v. praeter expensas.

12) c. 10. X. G. e. t. 5, 3. Alexand. 3. Ibi in verb. a Raym. om. „cum apostolus di„cat, nemo cogitur suis stipendiis militare." — Hinc Rf. 1. „c. cum s. R., ubi de verbo ad „verbum idem dicitur." nec non Rf. 2. „c. „cum s. R., ubi hoc dicitur." — Et B.B. hoc c. retinuit. — Cf. *Gloss.* in v. procurationem.

13) *C. 1. q. 1. c. iudices.* Rf. 1. 2. om.

14) Cf. *Gloss.* in v. stipendium.

Rf. 2. add. „C. 10. q. 2. c. precariae. 4. „(§. 1. in f.) quia nemo compellitur de pro„prio facere beneficium."

15) *Dig. de off. praes. l. plebisc.* Rf. 1. 2. om.

16) *recipere potest.* Vulg. — Al. „petere „potest vel recipere." Hal.

17) Cf. part. 1. tit. 4. §. 5.

18) *Idem intelligo etc.* — H. d. test. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de salar. §. 1. num. 10. in f.

De satisdatione procuratorum et ceterarum personarum. [1] T. 16.

Vidimus de satisdatione principalium personarum. Nunc autem videndum est, qualiter procuratores vel ceterae personae, quae nomine alterius agunt vel defendunt, satisdare debeant.

§. Et primo de procuratore actoris dicamus. §. 1.

Et quidem si de mandato eius literis vel testibus constat, non debet cavere rem ratam dominum habiturum. [2] ut Cod. de satisd. 2, 57. l. un. [3] Si vero de mandato dubitatur, cogitur cavere de rato, ut Inst. de satisdat. 4, 11. §. sin autem. 3. [4]; alias non audiretur, nisi esset coniuncta persona; sicut dictum est supra in titulo de procuratoribus [5]. Ubi autem de mandato dubitatur, dicunt quidam esse in potestate rei, quid velit suscipere a procuratore actoris, scilicet probet mandatum, vel caveat [6] de rato. Dominus Azo [7] dicit, hoc esse in arbitrio procuratoris, probet [8] mandatum, an satisdet, quoniam, cum quis ad duo alternative tenetur, habet optionem faciendi, quid velit, ut Dig. de iur. dot. 23, 3. l. plerumque. 10. (§. 6.) [9] arg. X. 1. de rescr. 1, 2. c. inter ceteras. 4. [10]; quis enim diceret cogendum procuratorem satisdare, si ultro velit mandatum probare? item, si nolit probare mandatum, sed satisdare, cur non admitteretur? [11]

---

1) Ita B. L. 1. 2. (Bs. »De satisd. procu»ratoris et c. p.") — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. in rubr. de tutore. »Tancr. . . in rubr. »de satisd. procuratorum etc." Cf. not. 1. ad h. part. tit. 14.) — Al. »De satisd. procura»torum." L. 3. M. 2. — »De satisd. procura»toris actoris." Bi. F. 2. Ham. M. 1. Cf. not. 17. ad h. t. — »De satisd. procuratoris acto»ris, aliarum personarum." A. — »De sa»tisd. personarum, quae nomine alterius »agunt." L. 4.

2) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 3. num. 2. in v. vel testibus.

Rf. 1. 2. add. »Dig. rem ratam hab. 46, »8. l. ne satisdatio * *. 21."

3) Post verba hui. l. transcripta, Rf. 2. add. »Et quod ratum debet esse, quidquid »sit cum procuratore, antequam revocatio »mandati veniat ad iudicem vel adversarium, »actum, dicit decretalis nova X. G. de pro»curat. 1, 38. c. mandato. 13." Gregor. 9. Cf. not. 67. ad part. 1. tit. 6.

4) In Rf. 1. 2. non solum multa ex §. 3. 4. transcripta, sed et eadem fere inserta sunt, quae in *Gloss.* ad h. §. 4. in v. clausulis. (de satisd. iudicatum solvi) leguntur.

5) part. 1. tit. 6. §. 1. pag. 115. vers. 1. et seq.

6) *sc. prob. m. v. cav.* B. Bs. L. 1. — Al. »sc. ut prob. m. v. cav." L. 2. E. L. 3. — »ut »vel prob. m. v. cav." A. — »sc. an prob. m. »an cav." Hal. — »sc. quod prob. m. v. cav." Rf. 1. 2. — Cf. not. seq. 8.

7) Vid. summ. Cod. tit. de procurat. 2, 13. num. 23., quo loco noster usus esse videtur. Sed cf. not. seq. 9.

8) *probet.* B. Bs. L. 1. et ita Azo. l. l. not. 7. — Al. »ut probet." E. — »an probet." A. Hal. L. 3. Rf. 1. 2. — Cf. not. 6.

9) *Azo.* lect. in Cod. tit. de procurat. 2, 13. ad l. 1. sub f. »Io. dixit, esse in electione »procuratoris, quod istorum velit facere, de »mandato probare, vel de rato cavere, mo»tus quadam regula: nam si aliquis tenetur »alternative ad duo, in electione eius est, »quod illorum praestet ut Dig. de iur. dot. l. »plerumque. §. ult."

10) c. 4. X. G. e. t. 1, 3. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. istorum.

11) *admitteretur.* Bs. M. 2., atque libri ed.; et ita *Azo.* l. l. not. 7. — Al. libr. manuscr. vulg. »admittetur." (L. 3. »admittatur."); et ita ex h. l. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 3. num 2.

Est et alia cautio, quam procurator actoris praestare tenetur, quia debet cavere de defendendo, si reconveniatur dominus coram eodem iudice, etiamsi con-

---

Rf. 2. add. »quia sine mandato quilibet »potest alium defendere. ut Cod. de satisd. »2, 57. l. un." (ubi in f. »procurator vel de»fensor." sed Ed. 2. 3. 4. hanc l. om.) »et »Cod. de procurat. 2, 13. l. exigendi. 12. et »Dig. de solut. 46, 3. l. solutionem. 23."

Ex *Gloss. T.* ad h. part. tit. 15. pr. (Inst. de satisdat. §. 2.) »Ubi procurator actoris »agit, aut constat de mandato, aut constat »cessare mandatum, aut dubitatur de man»dato. — (§.) Si constat de mandato, ad»mittatur sine cautione de rato. ut Cod. de »satisd. 2, 57. l. un. et Dig. rem rat. 46, 8." (In cod. Ham. aliqua omissa et in hunc modum restituenda esse videntur: »l. ne sa»tisdatio. 21. Contra Dig. de op. no. nunt. »39, 1.") »l. de pupillo. 5. §. qui procurato»rio. 18. dicitur ibi, quod, si aliquis nomine »procuratorio velit opus novum nuntiare, et»si" (Ham. male »et non") »habeat manda»tum, tamen debet cavere de rato. Idem est »in Trebellianica restitutione, si petat Tre»bellianam restitutionem fieri nomine domini »sui. ut Dig. ad Trebell. 36, 1. l. qui ita." (Ham. male »l. qui rei") »66. §. 1. Solutio: »dicendum est, quod speciale est in illis le»gibus; vel alio modo: dubitabatur de man»dato, ideo locus fuit cautioni." (Cf. *Gloss.* ad l. l. Dig. de op. no. nunt. in v. verus.) »— (§.) Si constiterit cessare mandatum, »etiamsi velit cavere, non admittitur, nisi »coniuncta sit persona. Coniuncta enim per»sona bene admittitur sine mandato, dum»modo caveat de rato. ut Dig. de procurat. »3, 3. l. sed et hae. 35. (pr.) Et hoc demum »verum est, nisi probetur contraria domini »voluntas intervenire. Quandoque tamen, »etsi probetur" (contraria) »domini voluntas, »bene admittitur; ut in causa libertatis. ut »Dig. de liberal. caus. 40, 12. l. 1. et 2. et »Dig de appellat. 49, 1. l. non tantum. 6. di»citur ibi, quod, si sententia aliqua lata sit »super aliquo crimine contra aliquem, bene »admittitur quis, etiamsi non sit coniuncta »persona, vel, si forte condemnatus nolue»rit, bene admittitur ad appellandum. — §. »Nota autem" (si de tertio casu quaeras), »quod Burgarius ita distinguit, quod si ali»quis dixerit: dubito, an tu habeas man»datum, tunc locus est cautioni, ut Cod. de »procurat. 2, 13. l. 1.; si ita dixerit: tu non »habes mandatum, tunc habet necesse pro»bare mandatum. Quidam alius dominus di»cit, quod generale est, ut omnes admittan»tur ad agendum cum cautione de rato; et »ita non essent coniunctae personae melio»ris conditionis, quam extranei. Iacobus Ar. »dicit, et bene, quod si" (sive) »ita dicat »reus: dubito, an habeas mandatum, sive »ita: nego te habere, quod est in electione »illius procuratoris, utrum probet an caveat »etc. arg. ad hoc Dig. de iur. dot. 23, 3. l. »plerumque. 10. (§. 6.) et est ratio, quia, qui „negando respondit, dubitative respondit, „quia per negationem fit res dubia, ut Cod. „quib. ad libert. clam. non lic. 7, 18. l. 3. et „ita, cum dubitetur de mandato, locus est „cautioni. Cod. de procurat. 2, 13. l. 1. Re„probatur illa distinctio, nego te habere „mandatum, vel dubito, cum idem sit ne„gare et dubitare, et per l. Cod. quib. ad li„bert. clam. non lic. 7, 18. l. 3., u. d., quód „per negationem efficitur res dubia. Et in„telligas ista verba sane, h. e. de possibili„bus, et non de impossibilibus; v. gr. si ali»quis negaret me esse hominem, essetne du»bitandum, an ego essem aliud, quam homo? »certe non, cum istud esset impossibile per »se. Item alio modo poteris probare distin»ctionem praedictam superfluam esse, per »istam rationem: sic negando vel dubitando »esset in potestate ipsius rei, utrum proce»deret iudicium vel non, et semper nititur »reus ad hoc, ne procedat, cum sententia

stet eum habere mandatum. ut Cod. de satisd. 2, 57. l. un.[12]) Dig. de procurat. 3, 3. l. omnium. 37.[13]) et l. non solum. 39. Sed si hanc cautionem praestare nolit, non patitur aliam poenam, nisi quod ei actio denegatur, hoc est, quod non auditur. ut Dig. de procurat. 3, 3. l. mutus. 43. §. poena. 4. et Cod. e. t. 2, 13. l. actionem. 5. — Et nota, cautionem istam cOntinere debere hoc, scilicet quod eum arbitrio boni viri defendet. ut Dig. de procurat. 3, 3. l. servum quoque. 33. §. ait praetor. 3. — Item[14]) praestabit cautionem iudicatum solvi, sicut procurator rei, quoniam rei procurator est quoad causam, in qua reconvenitur.

Item nota, quod istas cautiones praestare debet procurator ante litem contestatam, et non postea, cum intervenit a principio. ut Dig. de procurat. 3, 3. l. Pomponius. 40. §. rati. 3.[15]) Si autem litis contestatio cum domino facta sit, et postea detur procurator, simili modo cavebit. ut Cod. de consort. eiusd. lit. 3, 40. l. 2.[16])

§.[17]) Nunc de satisdatione procuratoris rei agamus. §. 2.

Procurator rei satisdare debet iudicatum solvi, sive habeat mandatum, sive non. ut Cod. de satisd. 2, 57. l. un. in f. Imo, etsi certum sit eum non habere mandatum, debet admitti praestita satisdatione praedicta. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. exigendi. 12. et Inst. de satisdat. 4, 11. §. si vero. 5. — Et haec cautio sive clausula, scilicet iudicatum solvi, tria continere debet, de defensione causae facienda, de re iudicata solvenda, de dolo non adhibendo. ut Dig. iudicat. solvi. 46, 7. l. iudicatum solvi. 6. — Et ubi reus praesens suum constituit procuratorem, ipsemet reus pro suo procuratore fideiubebit.

Satisdare autem dominum rem ratam habiturum non tenetur procurator rei in personali actione, cum etiam illo ratum non habente teneatur de suo solvere. Porro, ubi dominus revocare posset vel retractare, quod actum est, debebit eius procurator satisdare, rem ratam dominum habiturum, hoc est ubi procurator convenitur reali actione directa, arg. X. 3. de iuram. cal. 1, 26. c. un.[18]), vel praeiudiciali actione, puta quia servus contra procuratorem domini proclamat in libertatem, vel familiae erciscundae, vel communi dividundo, vel finium regundorum, vel officio iudicis implorato per in integrum restitutionem, quia res dicitur vendita a reo minore; in his enim casibus, quia reus revocare potest, quod per eius procuratorem actum est, duplex cautio exponetur[19]) a procuratore rei, et iudicatum solvi, et ratam rem dominum habiturum. Dig. de procurat. 3, 3. l. si defunctus. 15. §. ult.[20]) et l. non solum. 39. §. si status. 5. et §. est casus. 6. 7. et l. Pomponius. 40. §. sed in his. 2.[21])

„ruat in invitum. ut Dig. de verb. obl. 45, 1. „l. inter stipulantem. 83. §. 1." — Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 11. pag. 131. *Hugolin.* §. 28. pag. 271. et in specim. distinct. e cod. B. §. 7. pag. 563.

12) Cf. *Gloss.* in v. lite.

13) *l. omnium.* Rf. 2. om.

14) *Item.* — Rf. 1. 2. „et tunc."

15) Cf. *Gloss.* in v. contestationem. vers. item hoc.

16) Cf. *Gloss.* in v. cavere.

17) Codd. Rf. 2. inscr. „De satisdat. pro„curatoris rei."

18) c. 6. X. G. e. t. 2, 7. (verb. „cum in„strumentis de rato.") Innoc. 3.

19) *exponetur.* B. L. 2. A. L. 3. — Al. „ex„ponitur." Bs. L. 1. E. Hal. — „exigitur." Rf. 1. 2.

20) Cf. *Gloss.* in v. duplici cautela.

21) *sed in his.* Codd. T. et B.B. (A. „sed

§. 3. §. [22]) Nunc autem de effectibus satisdationum iudicatum solvi videamus.

Et quidem, si procurator rei satisdedit iudicatum solvi, ipse tantum tenetur ex ea stipulatione, et non dominus. Tenetur tamen dominus actione in factum ex re iudicata cum procuratore suo, nam si per se defendisset causam, sic teneretur, nec habuisset necesse satisdare iudicatum solvi. ut Inst. de satisdat. 4, 11. §. sed hodie. 2. [23])

§. 4. §. De syndico vero vel actore universitatis quaeritur, utrum satisdare debeant. Et dicimus, quod non, sive agant, sive defendant, nisi de mandato dubitetur, tunc enim tenentur cavere de rato. ut Dig. quod cuiusq. univers. 3, 4. l. item eorum. 6. §. actor universitatis. 3. — Idem intelligo in tutoribus pupillorum et curatoribus minorum. ut Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. sciendum. 15. §. tutores. 5. [24])

T. 17. De dilationibus. [1])

Quoniam recepto libello et praestitis satisdationibus reus dilationes petere consuevit, consequenter videndum est de dilationibus, quae et quot sint, et qualiter concedendae sint.

§. 1. §. Dilationum seu induciarum aliae sunt citatoriae, aliae restitutoriae, aliae deliberatoriae, aliae praeparatoriae, aliae appellatoriae, aliae exsecutoriae [2]).

»his." — Hal. »si in his.") — Rf. 1. 2. recte »sed et is." — Cf. *Gloss.* in v. de rato. et in v. quod iudicatum est.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Tutore suspecto postulato defensor si voluerit respondere, compellendus est rem ratam dominum habiturum cavere. ut Dig. rem rat. »hab, 46, 8. l. tutore. 6." (Cf. l. l. non solum. Dig. de procurat. §. ult. — Libri ed. »Idem »est, si tutor suspectus postuletur. ut Dig. »rem rat. hab. l. tutore. u d. * *.") et subinde: »Iudicium familiae erciscundae, com»muni dividundo, finium regundorum tale »est, ut in eo singulae personae duplex ius »habeant, et agentis, et eius, cum quo agitur. »Dig. fin. reg. 10, 1." (Vid. l. iudicium. 10. — Rf. 2. »ut Dig. fin. reg. per totum. et Dig. de »iud. 5, 1. l. in his tribus. 13.")

22) Rf. 1. 2. inscr. »De effectu satisdatio»num." L. 4. — »De effectibus satisdationis." F. 2. Ham M. 2.

23) Totum hui. §. contextum ex »vers. »penult. h. t." in *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de satisdat. §. 4. in f. receptum esse testatur *Io. Andr.* in ult. add. ad h. §. 4.

24) De tutorum satisdatione in f. h. t. dictum esse commemorat *Io. Andr. ad Dur. sp.* lib. 1. p. 3. in rubr. de tutore.

Rf. 1. 2. add. »Quod ratione differtur, »culpae vel morae imputandum non est. Dig. »de usur. 22, 1. l. sciendum. 21. Dig. de iud. »5, 1. l. non videtur. 3." — Ibi *Gloss. T.* »Dicit »magister: quod ratione ... Ita debet con»cordari ad propositum magistri. Tractat in »praesenti rubrica" (cf. sup. not. 22.) »magi»ster de effectib. satisdat. Sed unus effectus »esset, ut dominus ratum habeat, quod actum »est per procuratorem. Sed debetne in »continenti, ne committatur poena? Et dicit »magister, respondendo ad hoc: quod ra»tione etc." — Equidem ista verba „quod „ratione etc." in marg. tit. seq. et fortasse ad ipsam rubr. de dilationib. prooemii loco apposita fuisse, post vero in contextum irrepsisse crediderim.

1) Ita vulg. (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de dilationib. „Hanc generalem „rubr. posuit Tancr. parte secunda.") — Al. „De dilationib., quae dantur ab homine." A. — „De dil., q. conceduntur ab hom." Bi.

2) Istam enumerationem allegavit *Io. Andr. ad D. sp.* ad pr. tit. de dilat. in v. vi-

§. Citatoriae sunt, quae dantur vocato ad iudicium, hoc est, quanto inter- §. 2.
vallo dierum sit aliquis ad iudicium vocandus. De his plene notavimus supra titulo de citationibus ad iudicium [3]).

§. Restitutoriae sunt, quae dantur spoliato post restitutionem, in quibus §. 3.
quiescit nec cogitur suis spoliatoribus respondere super principali; et sunt ad minus sex mensium vel ad plus unius anni. ut C. 3. q. 2. c. eiectis. 5. [4])

§. Deliberatoriae sunt [5]), quae dantur reo vel actori convento [6]), ad delibe- §. 4.
randum, utrum velit cedere vel contendere, vel recuset iudicem, vel petat alium sociari. ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) et Cod. e. offeratur. [7]) arg. X. 2. de dilat. 2, 4. c. praeterea (un.) [8]) Et hae regulariter viginti dierum sunt, ut in primis concordantiis [9]). Iudex tamen ex officio suo poterit eas abbreviare et elongare, sicut expedire viderit, ut infra dicemus [10]).

§. Praeparatoriae sunt, quae dantur post litem contestatam ad testes quae- §. 5.
rendos [11]), instrumenta praeparanda, advocatos inveniendos et consilia amicorum petenda. Et sunt in causa criminali ad minus sex mensium, ad plus vero unius anni. ut C. 3. q. 3. c. de induciis. 2. In civili vero, si ex illa provincia, in qua causa tractatur, testes vel instrumenta petuntur, dabitur [12]) dilatio trium mensium, ex continentibus provinciis sex menses indulgentur, ex ultramarina vero novem menses. ut Cod. de dilat. 3, 11. l. 1. et C. 3. q. 3. §. spatium. (ad c. 4.) [13]) Et dicit dominus Azo [14]), quod istae dilationes dantur actori et reo, accusatori et accusato, in pecuniariis causis tantum semel pro singulis causis, id est [15]) pro singulis impedimentis, ut Dig. de fer. et dilat. 2, 12. l. ult.; et hoc sine grandi causae cognitione, nam eo ipso, quod petuntur gratia testium vel instrumentorum, videtur, quod iuste petantur; et dandae sunt, nisi evidens appareat calumnia. Iterum secundae dilationes dandae sunt, si probet se aliqua iusta causa impeditum fuisse, quo minus produceret testes suos vel instrumenta. arg. Dig. de edend. 2,

---

deamus. Errores autem, quos ibi in apposita numerorum serie editores passim admiserunt, ex hoc libri nostri loco facile emendare poteris.

3) h. part. tit. 3.

4) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de dilat. §. 1. num. 2. in v. eiectis. — — Ceterum opinionem hanc, quod spoliatus, cum vocatus sit, „venire non teneatur", a Tancr. improbari commemoravit *I. A. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citat. §. 1. num. 11. in v. venire.

5) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* tit. de dilat. §. 1. num. 18. in v. deliberatoriae.

6) *convento.* — Rf. 2. „citato."

7) *C. 3. q. 3. §. off. et Cod. e. offeratur.* (Cod. 3, 9. Auth. offeratur.) — Rf. 2. „C. 3. q. 3. „Auth. offeratur." Cf. not. 9.

8) c. 2. X. G. e. t. 2, 8. Coelest. 3.

9) *ut in primis conc.* — Rf. 1. „ut in c. of- „feratur." — Rf. 2. „ut C. 3. q. 3. in Auth. „canon. offeratur." Cf. not. 7.

10) Cf. h. t. §. 8.

11) Rf. 1. 2. add. „et producendos."

12) Rf. 1. 2. add. „reo."

13) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Et hoc „super eodem articulo. Secus est, si super „pluribus articulis. X. 1. de testib. 2, 13. c. „fraternitatis. 17. et c. in causis. 15." (c. 17. 15. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.) Ed. 3. superadd. „et (X. G. e. t.) c. cum causa. 42." (c. 2. X. 3. de emt. 3, 14. Innoc. 3.)

14) in summ. Cod. tit. de dilat. 3, 11. num. 3. et seq.

15) *id est.* B. Bs. L. 1. Hal. et ita Azo. — Al. „et." L. 2. 3. et codd. Rf. 1. 2. — Cf. seq. not. 16.

13. l. si quis. 6. §. penult. et ult. 8. 9. 10. et l. veluti. 7. Dig. de fer. 2, 12. l. oratione. 7.[16]) In criminalibus duae actori et tres reo dantur dilationes, non exquisita probatione impedimenti. ut Dig. de fer. 2, 12. l. ult. Sed si plures petat, non dabuntur absque causae cognitione. Quarta, sicut dicit[17]), non dabitur, nisi iuret, quod testificata non didicit. ut in Auth. de testib. §. et quia. (Nov. 90. c. 4.) X. 1. de testib. 2, 13. c. in causis. 15.[18]) Quinta[19]) nullo modo dabitur. Quod verum est, si quos induxit testes. Si vero nullos testes induxit, probatis impedimentis dabitur quinta dilatio, et, ut dicit[20]), etiam centesima, si necesse esset. Alii vero dicunt, inter quos ego[21]), quod in omnibus causis, tam pecuniariis, quam spiritualibus, et etiam in criminalibus, pro singulis causis plures dilationes dandae sunt ad testes producendos, et etiam quarta cum solennitate illa, scilicet ut iuret, quod testificata non didicit et quod quartam productionem malitiose non petit. ut in Auth. de testib. §. quia vero multi. (Nov. 90. c. 4.) X. 1. de testib. 2, 13. c. in causis. 15. X. 3. e. t. 2, 12. c. significaverunt. 9.[22]) Et intelligo illam legem Dig. de fer. 2, 12. l. ult.[23]), per quam dominus Azo suam fovet opinionem, quam praemisi[24]), de dilationibus, quae indulgentur a iudice[25]); decretales et authenticum[26]) intelligo de his, quae conceduntur a iure.

§. 6. §. Appellatoriarum aliae sunt statutae ad appellandum, aliae ad appellationem prosequendam. A tempore latae sententiae, tam interlocutoriae, quam diffi-

---

16) Post ista *Azo*: »et l. ult.; et hoc est, »quod dicitur in litera" (sc. in l. l. ult.): »singulis causis."

17) *sicut dicit* (Azo. Sed cf. not. seq. 24. — L. 3. male: »sicut dic. dom. pilius.") Rf. 1. 2. om.

18) B.B. in cod. A. add. »et melius in decretali: ultra." Vid. fin. hui. not.

ut in Auth. . . in causis. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »X. 1. de testib. c. in causis." (c. 15. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.), »u. d., »quod in civilibus causis vel in ecclesiasticis »non datur quarta productio testium, nisi ad»hibita quadam solennitate, quae in legibus »invenitur expressa; quam solennitatem ha»bes in Auth. de testib. Coll. 7. §. quia ve»ro * *." — et post ista Rf. 2. „Ad idem X. »G. de testib. 2, 20. c. ultra. 55., u. d. * *." Gregor. 9.

19) Rf. 1. add. »dilatio." — Rf. 2. »pro»ductio vel dilatio." — Cf. not. inf. 24.

20) *ut dicit* (Azo.) Rf. 1. 2. om. Cf. not. sup. 17.

21) *inter quos ego.* Rf. 2. om.

22) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. (In hui. c. loc. B.B. in cod. E. substit. »c. pen»ult." Cf. not. sup. 18.) — Rf. 1. 2. add. »u. »d. de solennitate legali, quam habes in illo »§. quia vero multi."

23) Rf. 2. add. »et l. quaestione."; sed »rectius Ed. 2. 3. 4. l. oratione. 7."

24) Ceterum Azo l. l. (not. sup. 14.) num. 5. add. haecce: »Videretur tamen, quod »etiam in civilibus causis plures darentur di»lationes ob unam causam. ut in Auth. de »testib. §. quia vero multi. Ibi tamen non lo»quitur de pluribus dilationibus, sed de plu»ribus productionibus, quae fiunt intra tem»pus unius dilationis; nec conceditur quarta »productio, nisi iuret, ut ibidem dicitur. Vel, »si loquatur de pluribus dilationibus, exigam »probationes impedimentorum in secunda et »tertia dilatione, sed in quarta ea amplius „exigitur, ut iuretur." — Cf. *Gloss.* ad l. c. 15. X. G. de testib. in v. productionem.

25) Rf. 2. add. „u. d., quod in causis pe„cuniariis nonnisi una dilatio datur"

26) *authenticum.* — Vulg. „auteñ." — B. Bs. A. „autenticum." — L. 1. Bi. F. 1. „au„tenticam."

nitivae, decem tantummodo conceduntur dies ad appellandum. ut C. 2. q. 6. c. anteriorum. 28. (pr.) et X. 3. de testib. 2, 12. c. significaverunt. 9. [27]) — Et nota, quod secundum antiquos canones indistincte poterat appellari, tam ante sententiam, quam post sententiam, et etiam in sententiae prolatione. ut C. 2. q. 6. c. non ita. 18. et X. 1. de appellat. 2, 20. c. super eo. 13. [28]) Secundum nova iura, quae antiquos canones corrigunt et emendant, non potest ante sententiam appellari, nisi iusta causa assignata, puta, quia iniuste gravatur. ut in constitutione Lateranensis concilii Innocentii tertii. c. ut debitus honor. 35. [29]) — Ad exsequendum appellationem unus annus regulariter indulgetur, vel ex iusta causa biennium. ut C. 2. q. 6. c. si quis appellat. [30]) X. 3. de appellat. 2, 19. c. constitutus. 3. [31]) Quod verum est generaliter, quandocumque appelletur ante sententiam vel post, nisi iudex recisius tempus fuerit moderatus, assignando terminum ad prosequendam appellationem. ut X. 1. de appellat. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. [32]) Et ille terminus vicem obtinet peremtorii. ut X. 3. e. t. 2, 19. c. saepe contingit. 2. [33])

§. Exsecutoriae seu iudicatoriae sunt, quae dantur post sententiam condemnato, antequam sententia mandetur exsecutioni. Et hae in personali actione sunt quatuor mensium. ut Cod. de usur. rei iud. 7, 54. l. ult. [34]) X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. quod ad consultationem. 5. [35]) X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. quaerenti. 5. [36]) In reali vero actione si actum est [37]), mandari debet sententia exsecutioni statim elapso decendio, si praesens sit res, de qua actum est; sed si §. 7.

---

27) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

Rf. 1. 2. add. „et de sent. et re iud. c. „quod ad consultationem, u. d., quod qui „non provocat infra decendium, appellandi „sibi aditum denegat, et transit res in auctoritatem rei iudicatae." c. 5. X. 3. de sent. etc. 2, 18. siv. c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

28) c. 12. X. G. e. t 2, 28. Alexand. 3.

29) c. 3. X. 4. de appellat. 2, 12. siv. c. 59. X. G. e. t. 2, 28.

30) *C. 2. q. 6. c. si quis appellat.* (Fuerit c. ei qui appellat. 41. pr.) Rf. 1. 2. om.

31) *X. 3. de app. c. constitutus.* (c. 45. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.) — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Ro„mana. 5." (c. 5. X. G. e. t. Alexand. 3.) „u. „d., quod, si frustratoriae dilationis causa, „vel etiam necessario, i. e. cum causa pro„babilis sit, ante sententiam vel post fuerit „appellatum, huiusmodi appellationi annus „indulgetur, aut, si necessaria causa et evi„dens apparuerit necessitas, indulgetur bi„ennium; nisi forte iudex, a quo appellatum „est, secundum locorum et provinciarum di„stantiam et qualitatem temporis" (cf. not. 49. in ed. *Richter.*) »recisius tempus fuerit „moderatus: intra quod, si is, qui appellave»rit, causam appellationis non fuerit prose»cutus, tenebit sententia. ut X. 4. de appell. »2, 12. c. oblatae. 1." c. 57. X. G. e. t. Innoc. 3.

32) Vid. not. praeced. 31.

33) c. 44. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.

Post verba, ex isto c. enotata, Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Tamen notandum, quod post »biennium potest appellans prosequi appel»lationem." (Rf. 2. add. „nec facit sibi prae„iudicium, si ex causa eam omiserit.") »ut X. »1. de appell. 2, 20. c. ex ratione. 8." (c. 8. X. G. e. t. Alexand. 3.) »u. d. * *."

34) *Cod. de usur. r. i. l. ult.* Rf. 1. 2. om.

35) c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

36) c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

37) *si actum est.* — Libri ed. »si" (Ed. 3. »ubi.") »iudicatum est."

non est praesens, praestita cautione de aestimatione ipsius rei infra tempus a iudice statuendum mandabitur executioni. ut Inst. de off. iud. 4, 17. circa pr. (§. 2.) Cum autem criminaliter actum est, statim mandari debet sententia executioni elapso decendio, ut C. 2. q. 1. c. sicut. 3., nisi in quibusdam casibus notatis. C. 11. q. 3. c. cum apud. 69. 38)

§. 8. §. Et nota, quod omnes dilationes, exceptis appellatoriis et iudicatoriis, arbitrariae sunt et iudicum arbitrio moderantur. arg. Dig. de iud. 5, 1. l. nonnumquam. 72. 39) X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. quod ad consultationem. 5. 40) X. 1. de appellat. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. 41) C. 3. q. 2. c. si episcopus. 8. C. 5. q. 3. c. si aegrotans. 1.

Indulgentur omnes dilationes a iudice sedente pro tribunali, causa cognita et utraque parte praesente. ut C. 3. q. 3. §. spatium. vers. a procedente. (c. 4. §. 3.) Cod. de dilat. 3, 11. l. a iudice. 4.

Item nota, quod data dilatione interim officium iudicis conquiescere debet. ut Cod. e. t. 3, 11. l. sive pars. 3. 42)

T.18. De feriis. 1)

Diximus de dilationibus, quae dantur ab homine. Nunc videamus de his di-

---

38) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de dilat. §. 1. num. 24. in v. apud.

nisi in quibusd. casib. not. C. 11. q. 3. c. cum apud. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Nota, „quod istud habet instantiam in quibusdam „casibus notatis C. 11. q. 3. c. cum apud." (Cf. *Gloss.* in v. animadversione.) »Quorum »unus est Cod. de poen. 9, 47. l. si vindicari »in aliquos severius contra nostram consue»tudinem" (Codd. Rf. 2. »constitutionem") »pro causae intuitu iusserimus, nolumus sta»tim eos aut subire poenam, aut accipere »sententiam; sed per dies triginta super statu »eorum sors et fortuna suspensa sit . . . 20. »nam regulariter non differtur poena. ut Cod. »de poen. l. cum reis * *. 18. Est etiam »alius casus, quando differtur, sc. in muliere »praegnante, donec pariat. ut Dig. de poen. „48, 19 l. praegnantis * *. 3. Item in servo, „donec peculii rationem domino reddiderit. »ut Cod. de bon. proscript. 9, 49. l. 1. §. „ipsius quoque * *." — Inepte add. »l. 2. „eiusd. tit deportati * *.") „Idem est, quando dominus relegat vel praeses iudicat ali„quem relegandum, debet exspectare, donec „imperator insulam ei assignaverit: quod „non facere posset praeses, nisi insula es„set in iurisdictione ipsius. ut Dig. de interd. „et releg. 48, 22. l. relegatorum duo sunt ge„nera. vers. fin." (Libri ed. „circa princ.") Vid. l. 7. §. 1.)

39) *Dig. de iud. l. nonnumquam.* (cf. *Pill.* pag. 5. vers. 16. 17., pag. 42. vers. 18., pag. 77. vers. 23.) Rf. 1. 2. om.

40) c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

41) c. 5. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

42) B.B. in codd. A. E. add. „et X. G. de „appell. 2, 28. c. significante. 69." Gregor. 9.

Rf. 2. add. „Ad idem X. G. de appell. c. „significante Aurel. ep., u. d., quod iudex „non potest praevenire diem assignatam „partibus statuendo aliquid, nisi de consensu „partium hoc faciat." — Quae cum in margine apposita essent, in codd. Rf. 2. in med. context. l. l. 3. Cod. de dilat. ita inserta sunt, ut subinde scriberentur haec: „Feriae enim „sive repentinae. . . ." (ut in ista l. 3.) — In libris ed. om. verba: „Feriae etc."

1) Vulg. (*Io. Andr. ad D. sp.*) lib. 2. p. 1. in rubr. de feriis. „Eodem ordine" (post tit. de dilationib.) „Tancr. posuit hanc

lationibus, quae indulgentur a iure, id est de feriis. Videamus, quae genera feriarum sunt, qualiter distinguantur, quid in eis agi possit. [2])

§. Feriarum aliae sunt solemnes, aliae repentinae, aliae rusticae seu publicae. §. 1.
Solemnes feriae sunt omnes dies dominici [3]) et solemnium festivitatum, quae numerantur de consecr. Dist. 3. c. 1., et etiam quidam dies, qui praecedunt et sequuntur quasdam festivitates [4]), scilicet a septem diebus ante festivitatem vel nativitatem Domini usque ad octavam epiphaniae et a quinquagesima [5]) usque ad octavam paschae et septem diebus [6]) ante nativitatem sancti Iohannis Baptistae. ut C. 15. q. 4. c. placita saecularia. 2. et Cod. de fer. 3, 12. l. ult. [7]) Verumtamen licet praedicta iura omnes supradictos dies censeant esse solemnes, tamen quod dictum est de observatione quinquagesimae [8]) et de septem diebus ante nativitatem sancti Iohannis, credo non tenere, per contrariam consuetudinem Romanae ecclesiae et aliarum provinciarum, ceteris autem diebus in suo robore duraturis [9]).

Repentinae sunt, quas princeps indicit ob publicam gratulationem, scilicet ob diem natalem imperatoris vel eius filii, vel propter gaudium victoriae de inimicis habitae, quae a nullo iudice indici possunt nisi a principe. ut Cod. e. t. 3, 12. l. a nullo. 4. [10])

Rusticae sunt seu publicae, quae dantur propter publicam utilitatem, videlicet pro messibus et vindemiis colligendis; et sunt duorum mensium. ut Cod. e. t. 3, 12. l. publicas. 5. [11]) et l. omnes dies. 7. Et hae feriae rusticae statuuntur secundum consuetudinem cuiusque loci et secundum varios situs [12]) terrarum. ut Dig. de fer. 2, 12. l. praeses. [13]) 4. — Et nota, quod hae feriae publicae seu rusticae non solum ad rusticos vel agricultores extenduntur, sed etiam ad omnes alios, ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1. (pr.); quoniam, licet propriis manibus non colligant fructus, oportet tamen eos intendere ad fructus colligendos per se vel per suos procuratores, syndicos vel actores. [14])

„rubr.") — Al. „De dilationib., quae augen„tur" (legend. „indulgentur") „a iure." A.

2) *Durant. sp.* tit. de fer. pr. „. . atten„dendum est, quot sint genera feriarum, quid „in eis agi possit vel non, et quibus feriis „possit renuntiari." et ibi *Io. Andr.* „Tancr. „. . tria, quae distinguit auctor, prosequitur" (cf. hui. t. §. 2.), „licet in princ. solum expri„mat prima duo."

3) *dominici.* Vulg. — Al. „dominicae." B. L. 2. 3. 4.

4) Rf. 1. 2. add. „sunt observandi, tam„quam feriati."

5) *quinquagesima.* — Codd. Rf. 2. „XL." — al. „quadragesima."

6) *septem diebus.* Bs. L. 1. 2. E. Hal. — Al. „a septem dieb." B. A. L. 3. — „septem „dies." Codd. Rf. 1. 2.

7) B.B. codd. A. E. add. „et plenius X. „G. de feriis. 2, 9. c. ult." Gregor. 9.

8) *quinquagesimae.* — Codd. Rf. 2. ut supra. not. 5.

9) *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de fer. §. 1. num. 2. ista recepit et auxit. Et ibi *Io. Andr.* in v. duraturis. „secund. Tancr. ubi supra." (Cf. not. 1. ad h. t.)

10) H. d. test. *Io. Andr.* l. l. §. 1. num. 3. in v. nullo.

11) *l. publicas.* Rf. 1. 2. om.

12) *situs.* Ita codd. T. et plerique B.B. — Al. „ritus." Hal. et Rf. 1. 2.

13) *praeses.* — Rf. 1. 2. „praesides."

14) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de fer. §. 1. num. 8. in v. venerealis.

Cf. h. part. tit. 3. in f.

§. 2. §. In omnibus supradictis feriis ea, quae ad contentiosam iurisdictionem pertinent, tractari non debent; puta non sunt aliqui ad causam vocandi, nec causae tractandae, nec sententiae ferendae. ut C. 15. q. 4. c. 1. et 3. Cod. de fer. 3, 12. per totum.[15]) Et si lata fuerit sententia feriatis diebus, non tenet, nisi lata sit de consensu partium. ut Dig. e. t. 2, 12. l. si feriatis. 6. Sed hoc restringitur tantum ad ferias rusticas, quibus de consensu partium renuntiari potest; solemnibus autem feriis vel repentinis, quae ob[16]) divinum cultum vel publicam gratulationem inductae sunt, nullus renuntiare potest.[17]) ut Dig. de fer. 2, 12. l. si feriatis. 6.[18]) et Cod. e. t. 3, 12. l. omnes dies. 7.[19])

Quod autem dictum est supra, causas tractari non posse feriatis diebus, verum est generaliter; sed excipiuntur quaedam causae, quae feriatis diebus possunt tractari: — videlicet ea, quae pertinent ad agriculturam et collectionem vindemiarum et messium, ut Dig. e. t. 2, 12. l. 1. (§. 2.) et l. 3. (pr.)[20]) Cod. e. t. 3, 12. l. omnes. 3. §. ruri.; — item ea, quae pertinent ad pacem et concordiam faciendam, ut pacta et transactiones, ut Cod. e. t. 3, 12. l. ult. X. 1. e. t. 2, 7. c. un.[21]); — item ea, quae sunt tempore peritura vel morte; tunc eatenus proceditur in causa, ut fiat litis contestatio, ut perpetuetur actio, quae tempore peritura erat, vel ut fiat id, quod commode differri non potest, ut Dig. e. t. 2, 12. l. 1. §. ult. et l. solet. 3. X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. c. quoniam frequenter. 5.[22]); sicut ibi dicitur, ea perfici possunt[23]), quae non capiunt dilationem et commode differri non possunt; — item causae latronum et praecipue Isaurorum omni die et tempore expediri possunt, ut Cod. e. t. 3, 12. l. penult.; — item publicae et confiscales[24]) causae in feriis rusticis tractari possunt, ut Cod. e. t. 3, 12.[25]) l. omnes. 7. in f.[26]); — item liberalia iudicia et ea, quae pertinent ad pietatem, omnibus diebus tractari possunt, sicut probatur per multa exempla, ut Dig. e. t.

---

15) *Cod. de fer. p. tot.* Rf. 1. 2. om. — B. B. cod. A. add. „et X. G. de fer. 2, 9. c. ult." Cf. not. sup. 7. — Rf. 2. add. „X. G. de fer. „c. omnes. 1." c. un. X. 1. e. t. 2, 7. ex conc. ap. Compendium.

16) *ob* Bs. L. 1. E. Hal. — Al. „ad." B. L. 2. A. L. 3.

17) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de fer. §. 3. pr. in v. renuntiari.

18) Cf. *Gloss* in v. voluntate partium.

19) Cf. *Gloss.* in v. vel ortus.

B B. codd. E. Hal. add. „et X. G. de fer. „c. ult." Cf. not. sup. 7. 15.

Sed hoc restringitur (h. pag. vers. 5.) .. *dies.* Rf. 1. 2. om. — Post verba ex l. si feriatis. transcripta Rf. 2. add. »Istud corri»gitur hodie per decretalem novam, quae »dicit, quod sententia lata vel processus ha»bitus die feriato solemni non valeat, licet »partes consentiant, nisi in casibus. ut X. G. »de fer. c. conquestus * *. (c. ult.)"

20) *et l. 3.* Rf. 1. 2. om.

21) c. 1. X. G. e. t. 2, 9. ex conc. ap. Compendium.

22) c. 5. (pr. §. 1.) X. G. e. t. 2, 6 Innoc. 3.

23) *sicut ibi dic., ea perf. poss.* — Rf. 2. »ibi enim praecipit, ea facere."

24) *confiscales.* Ita B. Bs. L. 2. Hal. L. 3. — Al »fiscales." L. 1. A. et Rf. 1. 2.

25) Ed. 3. add. »l. publicas. 5."

26) *Azo.* summ. Cod. h. t. 3, 12. num. 5. »publicae et fiscales causae etiam geminis »mensibus tractantur, . . sed . . forte non »tractantur in diebus feriatis ob honorem »Dei. ut in l. omnes."

2, 12. l. 2. [27]); — item quolibet tempore appellari potest et super qualibet causa. ut Cod. e. t. 3, 12. l. 1.

Illa vero, quae ad voluntariam pertinent iurisdictionem, sicut est manumissio, emancipatio, quolibet tempore possunt exerceri. ut Cod. e. t. 3, 12. l. actus. 8.

De reconventionibus et mutuis petitionibus. 1) T.19.

Quia datis dilationibus et facta deliberatione saepe reus vult reconvenire actorem, et sic fiunt hinc inde mutuae petitiones, idcirco de reconventionibus videamus, videlicet apud quem iudicem fieri possit reconventio, de quibus rebus fieri potest, quando facienda est reconventio, et qualiter, et quae sit poena actoris nolentis respondere super reconventione rei.

§. Reconventio fieri potest apud omnem iudicem, tam ordinarium, quam §. 1. delegatum. ut C. 3. q. 8. §. cuius in agendo. (c. 1. §. 2.) Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. cum Papinianus. 14. [2]) X. 1. de mut. pet. 2, 4. c. 1. et 2. [3]) — Sed apud arbitrum locum non habet reconventio, quoniam arbiter iudicare non potest nisi de his tantum, de quibus [4]) compromissum est in eum. ut X. 3. de arbitr. 1, 25. c. cum dilecti. 3. [5]) Dig. de recept. 4, 8. l. de his. 46.

§. De omnibus rebus et causis fieri potest reconventio [6]); — exceptis cri- §. 2. minalibus, in quibus reconventio locum non habet, ut C. 3. q. 11. c. 1. et 2. [7])

---

27) *l. 2.* — Al. „l. 3. §. liberalia * *. (§. 1. 2.)" L. 4. M. 2. — „l. 1. in f. et l. 2. et l. 3. „§. liberalia. 1." Ed. 3.

Rf. 2. add. „X. G. de fer. 2, 9. c. con„questus. 5." (Gregor. 9.) „ubi fit mentio de „istis casibus."

1) Sic B. L. 1. 2. 3. Bi. F. 1. 2. Ham. — „De rec. sive m. p." A. — (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de reconvent. „Tancr. „fecit rubr. de reconventionib. et mutuis pe„tit., et est antepenultima secund. partis.") — Al. „De reconventionib." Hal. L. 4. M. 2., et sic noster pag. 105. vers. 10.

2) *Cod. de sent. et int. l. cum Pap.* Rf. 1. 2. om.

3) *c. 1.* (Gregor. M. Paulino episc. etc. „Clerus ecclesiae Regitanae etc." — i. e. „multa contra reverendissimum fratrem no„strum Bonifacium episcopum suum, data „nobis petitione, conquestus est." — „et ideo „mediis sacrosanctis evangeliis fraternitas „vestra in causa praedicti cleri et episcopi „sui, sine cuiusquam personae respectu, „tam clericorum querelam, quam habent „contra suum episcopum, quam, si quam „forte episcopus contra clerum habuerit, „perscrutetur, et quidquid in veritate cogno„verit, nobis significet." Haud recept. in coll. Greg.) *et 2.* (c. ex literis. 1. X. G. e. t. 2, 4. Alexand. 3.)

B.B. „X. G. de mut. pet. c. 1. et c. 2." (c. prudentiam. un. X. 2. e. t. 2, 3. Coelestin. 3.)

Rf. 1. „X. 1. de mut. pet. c. 1. et c. mi„ramur." (cf. not. 5. ad Pill. part. 2. §. 5.)

Rf. 2. „X. G. de mut. pet. c. ex literis."

4) *de quibus.* Vulg. — Al. „super quib." L. 1 Hal. — „sup. de quib." Bs. — „de qui„bus ab initio." Rf. 2. Cf. l. l. 46. Dig. de recept.

5) *X. 3. de arbitr. c. cum dil.* (c. 6. X. G. e t. 1, 43. Innoc. 3.) Rf. 1. 2. om.

6) Cf. *Gloss.* ad C. 3. q. 8. c. 1. §. 2. in v. in eodem.

7) Ex *Gloss. T.* „In secundo c. dicitur, „quod, si velint accusati aliquos accusare, „aut volunt in pari crimine aut in minori. Si „in pari aut minori, non audiuntur. Et verum „est istud, nisi velint suam suorumque iniu„riam prosequi. In fine autem dicitur, quod „verumtamen inscribere debent pendente

et 3. et Cod. qui accus. non poss. 9, 1. l. 1. [8]); — item exceptis praeiudicialibus actionibus, quae licet a reo vicissim proponantur, tamen cum petitione actoris tractari non possunt [9]), ut C. 3. q. 11. §. aliquando. (ad c. 4.) et in sequentib. legib. [10]) et X. 1. de ord. cognit. 2, 5. c. intelleximus. 1. [11]) Cod. de ord. cognit. 7, 19. l. 1. 2. et 3. [12]); et de his praeiudicialibus actionibus plenius dicemus in titulo proximo; — item excipiuntur causae spirituales, de quibus coram laico reconventio locum non habet, quia de his nullo modo potest laicus iudicare, et, si sententiam tulerit, non tenet. ut X. 1. de iud. 2, 1. c. decernimus. 2. [13]) c. relatum. 4. [14]) c. quanto te. 5. [15]) X. 1. de decim. 3, 26. c. quoniam a nobis. 25. [16]) et de iur. patronat. 3, 33. c. relatum. 27. §. ad haec. [17])

§. 3. §. Quando debet fieri reconventio? Generaliter ante litem contestatam [18]), postea vero numquam, nisi libellus reconventionis antea sit porrectus vel prote-

---

»prima accusatione, et lata sententia tunc »alium accusent. — Ad istorum evidentiam »notare debetis, quod, si accusatus propo»nit crimen aliquod contra suum actorem, »aut proponit in modum exceptionis, aut in »modum accusationis." — (Addenda sunt haec: »Si in modum accusationis,") »aut no»men ipsius accusati est scriptum inter no»mina reorum, h. e. an lis sit contestata cum »ipso, aut non, quia demum, cum lis conte»stata est, in continenti iam scribitur nomen »ipsius accusati inter nomina reorum. Si est »scriptum, non auditur. Si non est scriptum, »aut ipse vult agere super maiori crimine, »aut minori. Si super maiori crimine, audi»tur. ut Cod. de accusat." (rectius: »qui ac»cus. non poss. 9, 1.") »l. 1.; dicitur ibi, quod »maior causa prius debet terminari, et est »ratio, ut ex eventu unius sententiae appa»reat, an accusator possit accusare vel non. »Si autem est minor causa vel par, inscri»bere debet, et demum lite terminata ad»mitti debet. ut Dig. de publ. iud. 48, 1. l. is »qui. 5. Si autem sequitur suam propriam »iniuriam vel suorum, bene admittitur et »ante et post. ut Dig. de accusat. 48, 2. l. qui »publico iudicio. 4. — Si vero in modum ex»ceptionis, semper auditur excipiens. ut »Cod. de adult 9, 9. l. quoniam Alexandrum. »26."

Cf. h. part. tit. 20. §. 5.

8) *Cod. qui accus. n. p. l. 1.* Rf. 1. 2. om.

9) *tamen cum pet. act. tractari non possunt.* — Libri ed. »tamen ante impletam pe»titionem actoris tractantur." — al. Ed. 3. »cum petit. tamen actoris tractari non possunt, »sed ante impletam eandem explicantur."

10) *et in seq. legib.* (ex Cod. de ord. cognit. 7, 19. in l. c. 4. translatis.) Rf. 1. 2. om.

11) c. 1. X. G. e. t. 2, 10. Clem. 3.

12) *Cod. de ord. cogn. l. 1. 2. et 3.* (»III." Sic L. 3. — Al. vulg. codd. T. et B.B. »III. I'. »VII." i. e. »3 vel 7.") Rf. 1. 2. om. Cf. not. sup. 10.

13) *X. de iud. c. decern.* (c. 2. X. G. e. t. 2, 1. ex synod. Eugenii.) Rf. 1. 2. om.

14) *X. de iud. c. relat.* (haud recept. in coll. Gregor. Cf. not. 22. ad h. part. tit. 1.) Ab. a B.B. cod. Hal. et a Rf. 2. — per negligentiam servat. in B.B. cod. L. 3. — Parum apte substit. (X. G. e. t. 2, 1.) »c. at si clerici. »4." B.B. in codd. A. E.

15) *X. de iud. c. quanto te.* (c. 3. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3.) Rf. 1. 2. om.

16) *X. de decim. c. quon. a nob.* (cf. not. 24. ad h. part. tit. 1.) ab. a B.B. cod. Hal. et a Rf. 2. — retent. in B.B. codd. A. E. L. 3. — In cod. A. add. »tua." et in E. »tua. quan»to." Fuerit X. G. e. t. 3, 30. c. tua porro. 25. Innoc. 3.

17) c. 21. vers. ad hoc. X. G. e. t. 3, 38. Alexand. 3.

18) *litem cont.* Vulg. — Al. »litis conte»stationem." B. L. 2.

status fuerit reus de reconventione facienda. ut X. 1. de mut. pet. 2, 4. per totum.[19]) et Cod. de sent. et interl. 7, 45. Auth. et consequenter.[20])

§. 4. §. Hoc modo debet fieri reconventio. Primo fiat litis contestatio super petitione actoris et consequenter super petitione rei; postmodum vicissim interrogationes, probationes et allegationes utriusque partis audiantur[21]), ut X. 1. de mut. pet. 2, 4. c. ex literis. 2.[22]); et una sententia utraque terminabitur quaestio; prius tamen pronuntiabit[23]) iudex super petitione actoris. ut X. 3. de ord. cogn. 2, 4. c. un.[24]) et de caus. poss. et propr. 2, 5. c. 1.[25]) et c. ult.[26])

Et nota, quod, sicut non potest appellari super petitione actoris, ita nec super reconventione rei appellabitur. ut X. 2. de mut. pet. 2, 3. c. prudentiam. 1.[27])

§. 5. §. Poena actoris nolentis respondere reo super reconventione haec est, quod ei non respondeatur. ut X. 1. de mut. pet. 2, 4. c. 2. et 3.[28]) Credo tamen, quod, si reus voluerit actorem praecise compelli sibi respondere, audiendus est, arg. a contrario sensu X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. 1.[29]), quia iudicium redditur in invitum. ut Dig. de verb. oblig. 45, 1. l. inter stipulantem. 83. (§. 1.)[30])

T.20. De ordine iudiciorum et incidentibus quaestionibus.[1])

Plures interdum in iudiciis veniunt quaestiones, et quandoque ab una parte,

---

19) *X. 1. de mut. pet. p. tot.* (c. 1. 2. 3.). — B.B. et Rf. 2. »X. G. de mut. pet. 2, 4. p. tot.“ (c. 1. 2.) — Vid. not. sup. 3.

Cf. *Gloss.* ad c. 1. X. G. e. t. in v. respondere.

20) Hui. §. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de reconvent. §. 3. pr. §. 4. pr. et ibi *Io. Andr.* ad §. 3. in v. dixit Tancr., in v. et consequenter., ad §. 4. in v. secund. Tancr..

Rf. 2. add. »Ad idem et melius e. Auth.“ (Libri ed. »Auth. de exsecutorib. etc. Coll. 7.“) »sancimus * *.“ (Nov. 96. c. 2. §. 1.) »Ad „idem Cod. e. 7, 45. l. cum Papinianus * *. 14.“

21) *audiantur.* — Rf. 1. 2. „diligenter au- „diantur.“

22) c. 1. X. G. e. t. 2, 4. Alexand. 3.

23) *pronuntiabit.* Vulg. — Al. „sententia- „bit.“ Bs. L. 2. A. Hal. L. 3.

24) c. cum dilectus. 2. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. eadem sententia terminandae.

25) *c. 1.* (c. cum eccl. Sutrina. 3. X. G. e. t. 2. 12. Innoc. 3.) Rf. 1. 2. om.

Cf. *Gloss.* in v. quidquid iuris.

26) c. cum dilectus. 6. X. G. e. t. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. possessorio et petitorio. vers. quidam intelligunt.

27) c. 2. X. G. e. t. 2, 4 Coelestin. 3.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. post alia, quae ex isto c. enotata sunt: »Allegatur etiam“ (Libri ed. add. »Dig.“ 2, 2.), »quod quisque iuris in »alium statuit, eodem iure utatur.“ (Cf. verba, quae Raym. om.) Subinde Rf. 2. »ut X. »G. de constit. 1, 2. c. cum omnes. 6.“ c. 1. X. 3. e. t. 1, 1. Innoc. 3.

28) *X. 1. de mut. pet. c. 2. 3.* — B.B. »X. G. »de mut. pet. c. 1.“ et similit. Rf. 2. »X. G. »d. m. p. c. ex literis.“ — Cf. sup. not. 3.

29) c. 2. (vers. sed quoniam quaestio etc.) X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

30) Hui. §. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de reconvent. §. 5. in v. stipulantem.

1) Ita B. L. 1. 2. Bi. F. 1. 2. Ham. (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de incidentib. quaestionib. et de ord. cognitionum. »Tancr. convertit hanc rubr.; et est secundae »suae partis penult.“). — Al. »De ord. iudi- »cior.“ L. 3. — »De incidentib. quaestionib.“ M. 2. — »Quis ordo intendi debeat, cum »plures quaestiones moventur simul.“ A.

quandoque a diversis. Quis ordo in eis proponendis et tractandis servari debeat, videamus.

§. 1. §. Et quidem si ab una parte plures civiles quaestiones proponuntur, potest, qui eas proponit, quam voluerit praemittere, et [2]) omnes simul tractare, nisi in quatuor casibus.

Primus est, si sunt contrariae, quoniam contraria petens non auditur, ut X. 3. de appell. 2, 19. c. sollicitudinem. 12. in f. [3]) X. 3. ut benef. eccles. sin. diminut. 3, 10. c. ut nostrum. (un.) et Dist. 74. c. gesta. 2. [4]); tunc enim eligat, quam voluerit, et prius illam tractet. ut Cod. de furt. 6, 2. l. 1. [5]) et Cod. si serv. extero se mand. emend. 4, 36. l. un. [6])

Secundus est, si illa, quae primo proponitur, pendet ex altera, quae postea proponi desideratur; ut ecce, aliquis tamquam heres petit debitum hereditarium [7]), postea vult inquiri, an sit heres, vel non; praepostera est talis petitio, ut Cod. de heredit. act. 4, 16. l. ut debitum 5.; vel si petam fundum rei vindicatione et interim condico fructus eius, ac si fundus esset meus, repellor ab hac secunda, ut Dig. de except. 44, 1. l. fundi. 18.; primo enim debet constare de re, et postea de circumstantiis eius quaeri. arg. X. 2. de eccles. aedif. 3, 26. c. ad audientiam. 4. [8])

Tertius casus est, cum secunda est praeiudicialis primae; puta, petebam a te fundum Titianum, quem tu possides et negas meum, et peto viam ad ipsum per fundum Sempronianum, qui tuus est; non sum audiendus in hac secunda petitione, quia praeiudicat primae, ut Dig. de except. 44, 1. l. fundum Titianum. 16.; vel, si vindico a te aliquem fundum et velim interim agere tecum communi dividundo pro eodem; non sum audiendus, quia per hanc praeiudicaretur primae. ut Dig. e. 44, 1. l. fundi. 18.

Quartus est, quando tales sunt actiones propositae, quod una tollitur ele-

---

2) *et.* — Rf. 1. 2. „aut."

3) c. 54. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.

4) *X. ut benef. eccl. s. dim. c. ut nostr.* (c. un. X. G. e. t. 3, 12. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. contrarietatem.) *et Dist. 74. c. gesta.* (Cf. *Gloss.* in v. quae tamquam.) Rf. 1. 2. om.; sed servata sunt in *Durant. sp.* Vid. not. 9. ad h. t.

5) Cf. *Gloss.* in v. comparaverunt. et in v. bonae fidei contractum.

Gloss. T. „Casus. Titius plures habuit „servos; isti servi mandaverunt quandam „pecuniae summam Sempronio, ut Sempro„nius quoddam emeret praedium; iste Sem„pronius male consumsit istam pecuniam; „dicitur, quod Titius potest eligere, utrum „velit agere actione furti adversus Sempro„nium et illam pecuniam condicere, an agere „mandati actione directa. Sed ponamus, iste „convenit Sempronium actione mandati; pot„estne convenire eum actione furti? Dicitur, „quod non; et est ratio, quia iuris ratio non „postulat, ut allegans contraria audiatur, „quia agendo actione mandati approbat, „quod factum fuit a servis; agendo actione „furti iam reprobat; ideo non debet audiri."

6) *Cod. si serv. etc. l. un.* (Cf. *Gloss.* in v. contrarias actiones.) Rf. 1 2. om.; sed retent. in *Durant. sp.* Vid. not. 9. ad h. t.

7) *aliquis tamq. heres .. hereditarium.* — Ed. 3. „aliquis heres institutus petit pecu„niam sibi a testatore debitam."

8) c. 5. X. G. e. t. 3, 48. Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. non possumus.

ctione alterius, ut actio de peculio et tributoria. ut Dig. de tribut. 14, 4. l. quod in herede. 9. §. eligere. 1. [9])

§. Si vero ab utraque parte diversae quaestiones proponuntur et ambae §. 2. sunt civiles, vel spirituales, seu mixtae, et directe proponuntur, simul ambae tractantur, sicut dictum est supra titulo proximo [10]); et tunc locum habet illa regula: qui prior appellat, prior agat. ut Dig. de iud. 5, 1. l. qui prior. 29. X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. (un.) [11]) Quod quidem verum est, nisi altera sit praeiudicialis alterius, tunc enim praeiudicialis prius tractabitur. ut C. 3. q. 11. §. si de hereditate. (c. 4. in pr.) X. 1. de ord. cognit. 2, 5. c. intelleximus. 1. [12]) Inst. de act. 4, 6. §. praeiudiciales. 13. [13]) Dig. de liberal. caus. 40, 12. l. ordinata. 24. Et hoc quidem obtinet, ubi uterque agit petitorio. Ceterum, si actor agat possessorio et reus obiiciat praeiudicialem exceptionem [14]), secus est; puta, uxor petit virum sibi restitui; licet maritus obiiciat parentelam, prius tamen restituetur, quam de praeiudiciali quaestione viri cognoscatur. ut X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. causam quae. 21. [15]) X. 1. de rest. spol. 2, 9. c. ex conquestione. 8. [16]) X. 1. de divort. 4, 20. c. porro. 3. [17]) X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. literas. 3. [18])

Item nota, quod si reus in modum exceptionis obiicit aliquam quaestionem, non ut petat actorem sibi condemnari, sed ut eum ab agendo repellat, semper erit cognoscendum prius de exceptione. ut Cod. de probat. 4, 19. l. exceptionem. 19. [19]) X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. 1. [20])

§. Sed si actor civilem proponit [21]) quaestionem, reus autem proponat cri- §. 3. minalem, prius tractabitur criminalis quam civilis, ut Cod. de ord. iud. 3, 8. l. penult. et ult. [22]) et C. 3. q. 11. vers. civili quaestione. (c. 3. in f.), nisi [23]) sit

---

9) Ad ea, quae ex h. §. in *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de incidentib. quaest. etc. §. 1. num. 4. translata sunt, *Io. Andr.* in v. opus. »secund. Tancr., cuius sunt haec verba ... »quod tamen receperat ab Azone in summ. »de ord. iudicior." Cf. *Azo.* summ. Cod. 3, 8. num. 2.

10) tit. 19. §. 4.

11) c. 2. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

12) c. 1. X. G. e. t. 2, 10. Clem. 3.
B.B. cod. A. add. »et c. penult. et c. ult." Honor. 3. Gregor. 9.

13) Cf. *Gloss.* in v. praeiudiciales. vers. item quare dicuntur praeiudiciales?

14) Rf. 2. add. »sc. parentelam."

15) c. 16. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. recipiat.

16) c. 10. X. G. e. t. 2, 13. Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. restitui faciatis.

17) c. 3. X. G. e. t. 4, 19. Alexand. 3.

18) c. 13. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. offeruntur in continenti.

19) Cf. *Gloss.* in v. exceptionem dilatoriam. vers. si autem sit declinatoria iudicii. et *Gloss.* ad c. exceptionem. 12. X. G. de except. 2, 25. in v. in dilatoriis. vers. declinatoria iudicii triplex est.

20) c. 2. (vers. sed quoniam. pr. in f.) X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

21) *proponit.* Bs. L. 1. 2. Hal. — Al. vulg. »proponat."

22) *Cod. de ord. iud. l. penult.* (Cf. *Gloss.* in v. tempore.) *et ult.* — Al. »Cod. de ord. »cognit. 7, 19. l. penult." Codd. Rf. 2. et Ed. 1. — »Cod. de ord. iud. l. penult." Ed. 2. 4. — »Cod. de ord. iud. l. ult." Ed. 3.

23) *nisi.* — Rf. 1. (post verba ult. l. c. 3. transcripta: »civili quaest. intermissa * *.") »Et hoc verum est, nisi." — Rf. 2. »Et hoc forte »verum est, nisi."

praeiudicialis criminali, quia tunc primo tractabitur civilis. ut C. 3. q. 11. §. si crimen. (c. 4. §. 1.) et Cod. de ord. iud. 3, 8. l. ult. [24])

§. 4. §. Cum vero ab una parte tantum duae vel plures quaestiones proponuntur criminales, potest accusator simul omnes proponere, et in uno libello de omnibus simul agere. ut X. 1. de rest. spol. 2, 9. c. fratres Aremarenses. 3. [25]) X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. [26]) et C. 2. q. 8. §. libellorum. (c. 5. §. 2. 3.) [27]) Sed si primo coeperit de uno crimine agere et in eius probatione defecerit, non admittitur ad sequentia; alias secus. ut C. 3. q. 10. c. placuit. 1. [28])

§. 5. §. Si vero actor accusat reum de uno vel pluribus criminibus, et reus versa vice vult reaccusare suum accusatorem, distinguitur sic: quia, si nomen rei receptum est in numero reorum, id est si lis est contestata [29]), de nullo crimine potest reus suum accusatorem reaccusare, arg. Dig. ad l. Iul. de adult. 48, 5. l. si maritus. 15. §. praescriptiones. 7. et C. 3. q. 11. c. 1. [30]); potest tamen inscriptionem deponere pendente accusatione, et prima causa finita postea illam tractare poterit, ut C. 3. q. 11. c. 2.; sed si lis non est contestata, potest reus accusatorem suum de maiori crimine accusare, et prius super illo maiori audietur, ut C. 3. q. 11. c. prius est. 4. (pr.) [31]) Cod. qui accus. non poss. 9, 1. l. 1.; de pari vero crimine vel minori non poterit eum reaccusare, nisi reus suam vel suorum iniuriam prosequatur. ut C. 4. q. 6. c. omnibus. 2. Cod. qui accus. non poss. 9, 1. l. cum rationibus. 16. [32]) Dig. de accusat. 48, 2. l. hos. 12. §. lege. 2.

Si autem reus non vult contra accusatorem inscribere, sed tantum excipere,

---

24) *Cod. de ord. iud. l. ult.* (Cf. *Gloss.* in v. saepe fit.) — Al. (post verba, ex l. c. 4. §. 1. descripta.) „ut Cod. de ord. cognit. 7, „19. l. ult." Codd. Rf. 1. 2. et Ed. 1. — „ut „Cod. de ord. cognit. l. 3." Ed. 3. — Cf. fontem, ex quo sumt. est l. c. 4. §. 1.

25) *X. de rest. spol. c. fr. Arem.* (cf. not. 11. ad h. part. tit. 8.) ab. a B.B. et a Rf. 2.

26) c. 31. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3. Rf. 2. add. „et c. per tuas. 32." (c. 4. X. 3. e. t. Innoc. 3.) „et X. G. de sent. et re iud. 2, 27. c. cum I. et A. 22." (c. 12. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.)

27) Vid. §. 3. vers. sed et si aliud crimen etc.

28) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de incidentib. quaest. etc. §. 1. num. 7. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr. (Francof. pro „Tancr." male „tit.")

29) *i. e. si lis est cont.* (cf. *Gloss.* ad C. 3. q. 11. pr. in v. ab accusato., et not. 7. ad h. part. tit. 19.) — Rf. 2. „vel" (M. 1. „et") „lis „erat cont."

30) *c. 1.* — Ed. 2. 4. „c. 3." — Ed. 3. „per totum."

31) *C. 3. q. 11. c. prius est.* (desumt. ex l. 1. 1. Cod. qui accus. n. poss.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in Durant. sp. Vid. not. 38. ad h. t.

Gloss. T. ad l. 1. 1. Cod. qui accus. n. p. „Casus. Titius accusavit me actione iniuria„rum; ego accusavi eum l. Cornelia de sica„riis; quaerebatur a domino imperatore, „quae causa debet prius terminari; et dicitur, „quod mea accusatio habet prius terminari. „Et est ratio, quia ex eventu meae senten„tiae apparebit, an Titius possit agere vel „non; quia, si Titius damnatus est ultimo „supplicio, iam volens agere non admitte„tur."

32) *Cod. qui acc. n. p. l. cum rationib.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in Durant. sp. Vid. not. 38. ad h. t.

ut eum ab accusatione repellat, de quolibet crimine pari vel minori [33]) potest contra eum agere, et probato crimine in modum exceptionis repelletur accusator. ut C. 6. q. 1. c. qui crimen. 6. et X. 3. de adult. 5, 8. c. 1. et 2. [34]) arg. X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. (un.) [35]) et Cod. ad l. Iul. de adult. 9, 9. l. quoniam Alexandrum. 26. Et hoc quidem verum est, nisi accusator accuset eum de crimine excepto, quia tunc ratione criminis non potest eum a sua accusatione repellere, nisi sit eius capitalis inimicus vel conspirator; sicut plene tractatum est de hac materia supra in titulo de criminibus [36]).

Et haec ideo sic diversa in excipiente et directe accusante, quia in excipiendo non quaeritur de iure accusati, sed accusatoris, et qui excipit, non accusat. ut Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. falsi. 5. et Dig. de accusat. 48, 2. l. hi tamen. 11. (§. 1.) [37]) Item probato crimine in modum exceptionis nulla poena punitur actor, sed tantum ab accusatione repellitur, sicut plene probavimus in titulo de criminibus circa principium [38]).

De interrogationibus, quae fiunt ante litem contestatam. [1]) T.21.

Quia petitorium iudicium frustra intentatur, cum reus non possidet nec dolo desiit possidere, unde interrogandus est reus, utrum possideat rem, quae petitur, ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. qui petitorio. 36. et l. si in rem actum sit. 42., ideo de interrogationibus, quae litis contestationem praecedunt, videamus [2]).

§. Et est sciendum, quod in decem casibus specialibus fiunt interrogationes §. 1. ante litis contestationem [3]) et in uno generali. — Primus est, an reus sit heres eius defuncti, cuius nomine convenitur. — Secundus, quota ex parte sit heres. — Tertius, an servus, cuius nomine noxali iudicio agitur, sit in potestate rei, qui convenitur. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. qui interrogatur. 5. — Quartus est, an quadrupes, quae pauperiem fecit, vel servus, qui damnum dedit, sit ipsius rei. ut Dig. e. t. 11, 1. l. qui in iure. 7. et l. sequenti [4]). — Quintus est, utrum

33) *pari vel min.* — Ed. 3. »etiam pari »vel min."

34) c. 6. 7. X. G. e. t. 5, 16. Innoc. 3.

35) c. 2. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3. — Et hoc c. et seq. l. Cod. ad l. Iul. etc. Rf. 1. 2. om.; sed servata sunt in Durant. sp. Vid. not. 38. ad h. t.

36) h. part. tit. 7. §. 6. pag. 159. vers. 6. et seq.

37) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »X. 3. de »ord. cognit. c. un." siv. c. 2. X. G. e. t. Cf. not. sup. 35.

38) h. part. tit. 7. §. 4. pag. 155. vers. 6. et seq.

Hui. §. 5. (pag. 192. vers. 9. et seq.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de incidentib. quaest. etc. §. 1. num. 15. in v. subdistingue.

1) Ita h. l. Bi. F. 1. 2. Ham., et noster p. 3. tit. 4. §. 3. (cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in add. ad eand. rubr.) — Al. »De inter»rog., quae fieri debent ante litem cont." B. Bs. L. 2. 3. — »De interrog., quae litis »contestationes praecedunt." A. — »De in»terrog. ante lit. cont. faciendis" L. 1. in marg. — »De interrogationib." M. 2. — »De interrog. factis a reo." L. 4.

2) Hui. pr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. tit. pr. in v. quoniam.

3) *fiunt interr. ant lit. cont.* — Rf. 1. 2. »sunt interr. ant. lit. cont. faciendae."

4) *et l. seq.* Rf. 1. 2. om.

sit heres ex testamento; an suo nomine sit ei adquisita hereditas, vel per eos [5]), qui iuri eius subiecti sunt. ut Dig. e. t. 11, 1. l. si sine. 9. §. illud quoque. 6. [6]) — Sextus casus est, an ei sit restituta hereditas. ut ibidem dicitur [7]). — Septimus, an peculium filii vel servi, qui contraxisse dicitur, sit apud eum, cum quo agitur. ut Dig. e. t. 11, 1. l. si sine. [8]) 9. §. ult. — Octavus, an aedificium seu domus, ex quibus damnum timetur, eius sint, vel quota ex parte. ut Dig. e. t. 11, 1. l. non alienum. 10. — Nonus est, ut respondeat, cuius aetatis sit, qui convenitur. ut Dig. e. 11, 1. l. de aetate. 11. (pr.) — Decimus est, quia compellendus est reus respondere, utrum possideat rem, quae petitur, et pro qua parte, vel utrum dolo desiit possidere, ut Dig. e. 11, 1. l. qui servum. 20. §. ult. 1. 2. et Dig. de rei vind. 6, 1. l. qui petitorio. 36.; verumtamen non compellitur dicere titulum suae possessionis, vel utrum res sua sit. ut Cod. de pet. hered. 3, 31. l. cogi possessorem. 11. et C. 2. q. 5. §. 1. et Dig. de rei vind. 6, 1. l. in speciali. 73. — Undecimus casus est generalis, ubicumque aequitas moverit iudicem ad interrogandum, ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. ubicumque. 21.; et hic generalis est casus, et locum habet [9]) ante litem contestatam et post.

§. 2. §. Effectus autem istarum interrogationum est, ut qui respondet suum esse, vel se possidere, vel habere, seu heredem esse, vel aliquod simile, sic teneatur ea actione, qua agitur adversus eum, ac si suum esset, vel possideret, vel haberet, vel heres esset, seu contraxisset, ut Dig. e. 11, 1. l. de aetate. 11. §. 1. et 2. [10]); nec potest revocare confessionem, qui semel confessus est, nisi iusta de causa. ut Dig. e. 11, 1. l. de aetate. 11. §. qui interrogatus. 9. et §. ex causa. 8. et §. qui iusto. 10. 11. [11]) Item potest revocare confessionem, si nulla captio actoris ex revocatione fiat. ut e. l. §. ult.

---

5) *an suo nom. sit ei adq. hered., vel p. eos.* — Ed. 3. »et utrum suo nom. sit ei adq. he»red., an p. eos.«

6) *l. si sine. §. illud quoque.* — Al. in plerisque codd. Rf. 1. 2. »l. si defensor.« (cf. §. 4. hui. l. 9.) »§. illud quaeritur * *.« In medio autem contextu verborum, quae in Rf. 1. 2. ex §. 6. 7. transcripta sunt, post §. 6. Bi. F. 2. Ham. M. 2. add. »Et quod hono»raria successio est, quae datur a praetore, »dicitur Inst. de heredit., quae ab int. def. »3, 1. in illo §. emancipati * * concurrant. »9.«

7) Vid. l. l. 9. §. 7.

8) *si sine.* — Al. »si defensor.« Cf. not. 6.

9) *et hic general. est cas. et loc. hab.* B. — Al. »et hic est general. cas. et loc. hab.« Bs. — »et est general. hic cas et loc. hab.« L. 2. — »et hic est general. cas. loc. hab.« L. 1. — »et hic general. loc. hab.« Hal. — »et loc. »hab.« E. — »et hab. loc.« L. 3. — »et hic »general. cas. loc. hab.« Rf. 1. — »et hic »cas. generaliter loc. hab.« Rf. 2. — Cf. *Pill.* p. 1. §. 11. in f.

10) Rf. 1. 2. post verba §. 2. 3. (Ibi in f. »Interdum tamen iusta ratione potest opinari »se heredem ex minori parte . . . cur ei re»sponsum noceat?«) add. »Quasi diceret: non »nocet responsio, ubi iusta fuerit ignoran»tia.« — et subinde Rf. 2. »et Dig. de inter»rog. act. l. procuratore * * 22.« Verum hic locus ad aliam quaestionem spectat.

11) Rf. 2. post verba §. 11. add. »Et di»cit hodie decretalis nova, quod erroneam »confessionem advocati potest procurator »revocare ut X. G. de appell. 2, 28. c. cum »causam. 62.« (Honor. 3.) »Et dicit decreta»lis nova, quod qui errat in facto, potest re»vocare confessionem suam usque ad sen»tentiam. ut X. G. de confess. 2, 18. c. ex

Et hic notandum est, quod qui offert se vindicationi fundi vel alterius rei, quacumque actione conveniatur, cum non possideat, damnabitur ad interesse actoris vel quanti actor in litem iuraverit, ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. si is qui. 7. [12]) Dig. de pet. hered. 5, 3. l. qui se liti. 45.; cum hac distinctione, quia, si ignoret actor reum non possidere, nec dolo fecisse, quo minus possideret, condemnandus erit reus, si patitur secum litem contestari; si vero ante litem contestatam poeniteat eum, et dicat se non possidere, et discedat, non decipit actorem, cum non possideat, sed ipse actor decipit semet ipsum, quia vult vindicare rem ab eo, qui ipsam non possidet, et ideo reus debet absolvi. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. is qui. 25. et l. nam si. 26. [13])

Item nota, quod is, qui possidet, non compellitur pati actionem in rem, si dicat se non possidere, sed in hoc punitur, quia, si actor probaverit eum possidere, qui respondit se [14]) non possidere, transfertur possessio rei petitae in actorem ipsum iudicis officio, quamvis non probet rem suam esse. ut Dig. de rei vind. 6, 1. l. penult. [15])

»parte * *. 3." (Gregor. 9.) »Et ad hoc facit »Dig. ad Velleian. 16, 1. l. si mulier interro- »gata responderit. 23."

12) *l. si is qui.* (Cf. *Gloss.* in v. damnatus est.) — Rf. 1. 2. »l. is qui * *. 25."

Ceterum, quamvis h. l. eadem l. allegata est, quam a genuino Pilliani libri contextu separandam esse puto (cf. not. 32. ad Pill. p. 1. §. 2.), nihilominus Tancredum, si regulam propositam ex isto opusculo hauserit, eius loci rationem habuisse crediderim, quo Pillius, perinde ut noster, de interrogationibus ante lit. cont. faciendis disputavit. Cf. *Pill.* p. 1. §. 10. sub f.

13) Post h. l. verba Rf. 2. add. »Et quod »ignorantia excusat et scientia onerat, dicit »expresse l. Dig. ad Velleian. sen. 16, 1. l. si »mulier hereditatem. 32. §. si mulier, ne »ipsa * *. 3. Nec iuvatur mulier beneficio »senatusconsulti Velleiani, quando intercedit pro aliquo animo decipiendi. ut Dig. ad »Vellei. 16, 1. l. si decipiendi * *. 30. pr. »Nec minor, cum decipit, iuvatur beneficio »restitutionis in integrum. ut Cod. si min. se »mai. dix. 2, 43. l. 4. (3.)"

14) *respondit se.* Vulg. — Al. »se respondet." B. L. 2.

15) *l. penult.* Ita codd. T. et plerique B.B. — Al. recte »l. ult." Hal., Rf. 1. 2. et Gloss. T.

B.B. in codd. A. E. add. »et X. G. de »except. 2, 25. c. adversario. 13." (Gregor. 9.) Haud apte.

Rf. 2. add. »Et prior creditor perdit »prioritatem per suum mendacium et poste- »rior creditor fit potior. ut Cod. qui pot. in »pign. 8, 18. in Auth. ibi signata: item pos- »sessor. (ad l. 7.) Et qui primo praecise ne- »gavit instrumentum suum confectum super »debito, postea volens probare solutionem »non admittitur. ut Cod. de non num. pec. 4, »30. Auth. contra qui propriam. (ad l 4.) Et »propter mendacium suum transfertur onus »probationis in reum, cum regulariter actor »deberet probare. ut Dig. de probat. 22, 3. l. »cum de indebito. 25. circa princ."

P. 3.
T. 1.

De litis contestatione. 1)

Explicatis his, quae ante causae principalis 2) ingressum saepe in quaestione vertuntur, quae praeparatoria sunt ad iudicium, quia iudicium per litis contestationem sumit exordium, ideo de ipsa et his, quae litis contestationem sequuntur usque ad diffinitivam sententiam, in hac tertia particula pertractemus.

Videamus, quid sit litis contestatio, qualiter fiat, per quas personas fieri potest, ubi, quando, et quis sit eius effectus. 3)

§. 1. §. Litis contestatio est principalis negotii apud suum iudicem hinc inde facta narratio. 4) ut Cod. de iud. 3, 1. l. rem non novam. 14. §. patroni. 1. 5) X. 1. de dol. et contum. 2, 10. c. prout. 4. 6) X. 3. de iuram. calumn. 1, 26. c. un. 7)

§. 2. §. Litis contestatio fit per narrationem et responsionem partium in iudicio factam. ut Cod. de lit. cont. 3, 9. l. un. et X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. relatum. 22. 8) Et nota, dominos Azonem et Pillium 9) sentire 10) et dicere, litis contestationem solummodo tunc valere, quando ea intentione fit, ut in causa procedatur; dicunt enim, quia, sive reus confiteatur, sive neget, sive excipiendo factum proponat, non praeiudicat ei, dummodo litem non intendat contestari 11). Sed contradicit illis expresse decretalis illa de dol. et contum. prout 12). In hoc

---

1) Vulg. »Incipit tertia particula. De litis contestatione." (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de litis cont. »Tancr. eam posuit in princ. suae tertiae partis.") — Al. »Inc. tert. part. de cont. lit. et omnibus, quae »sequuntur in iudicio usque ad sententiam »diffinitivam." L. 1. in marg. — »Liber tertius. De litis cont." M. 2.

2) *caus. princip.* — Ed. 2. 3. 4. »litis."

3) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. pr. in v. effectus.

4) *narratio.* (Ed. 2. 4. »narratio subsecu»taque responsio." — Ed. 3. »expositio.") cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 3, 9. num. 1. et *Io. Andr.* l. l. §. 1. in v. iudicem.

5) Rf. 1. add. »X. 1. de off. deleg. 1, 21. »c. relatum. 22., u. d. expresse, quod lis per »narrationem et responsionem est contesta»ta." (c. 19. X. G. e t. 1, 29. Luci. 3. — Ibi in f., in verbis a Raym. om. »poterit . . in eo »casu . . procedi, in quo ante mortem man»datoris lis fuerit per narrationem et respon»sionem contestata.") — Hor. loco Rf. 2. »X. »G. de elect. 1, 6. c. dudum. 54." (Gregor. 9. — Ed. 3. add. »§. licet autem. 3.") »et X. G. »de lit. cont. 2, 5. c. olim." (c. un. Gregor. 9.) »u. »d. expresse, quod lis per narr. et commu»nem resp." (Ed. 2. 3. 4. »et subsecutam »resp.") »est contestata."

6) c. 4. X. G. e. t. 2, 14. Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. utpote.

7) c. cum causam. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. alteram.

8) *X. 1. de off. i. d. c. relatum.* — B.B. in codd. Hal. L. 3. »X. G. de off. i. d. c. rela»tum."—B.B. in codd. A. E. »X. G. de elect. »c. dudum ecclesia. et de lit. cont. c. un." — Rf. 2. »X. G. de lit. cont. c. olim." — Cf. not. sup. 5.

9) *Pillium.* —Vulg. »pilium." siv. »pyl."— Al. »philium." Bs. — »pillium." F. 1. 2. Ham M. 1. 2.

10) *sentire.* Vulg.— Al. »consentire." L. 2.

11) Rf. 2. add. »ut X. G. de appell. 2, 28. »c. cum causam. 62." Honor. 3.

Cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 3, 9. num. 2. *Pill.* p. 2. pr. pag. 22. vers. 13. verb. »sed »non declinando iudicium."

12) Cf. sup. not. 6. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »u. d., quod quidam fuit vocatus ad »iudicium et nolebat respondere ad principa»lem quaestionem, quia non habebat advoca-

tamen cum eis sentio, quia, licet quis faciat responsionem in principali causa non ea mente, ut in causa procedat, sed iudici tamquam amico narrat factum, protestando id se facturum sine praeiudicio suo, vel si aliqua in modum exceptionis iudicium proponit declinando, non dico litem contestari per talem narrationem [13]. Argumenta sunt valida Dig. quib. mod. pign. vel hyp. solv. 20, 6. l. si debitor. 4. §. si in venditione. 1. Cod. de except. 8, 36. l. siquidem. 9. [14] Dig. de except. 44, 1. l. non utique. 9. X. 3. de in int. restit. 1, 24. c. cum venissent. 1. [15]) X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. un. [16])

§. Fit autem litis contestatio per principales personas, dummodo pos- §. 3.

„tum; et dum quaereret advocatum, et variis „exceptionibus uteretur, quaesitum fuit ei ab „actore, per quot annos possedisset deci„mas, de quibus agebatur; respondit reus, „quod possederat per quadraginta; dicitur in „fine, quod tamquam lite, quae ingeritur, „contestata, contra illum procedi poterat, „quasi contra contumacem, ad sententiam „diffinitivam; tamen ille, qui respondit qua„draginta, non intendebat litem contestari."

13) Cf. *Azo.* summ. Cod. l. l. et lectur. e. tit. 3, 9. in v. cum iudex. *D. D. Hugolin.* §. 122. pag. 354.

14) l. siquidem. iungenda cum l. seq. Dig. non utique. Cf. *Gloss.* ad h. l. siquidem. in v. contestatione. vers. sed nonne excipiens confitetur?

15) c. 2. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. protestatus.

16) c. cum dilectus. 2. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. exceptionis.

H. d. („Et nota etc." pag. 196. vers. 13.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. §. 2. num. 12. in v. unde.

Post verba „Arg. sunt valid." (h. pag. vers. 5.) Rf. 1. „Dig. de except. l. non uti„que. u. d. * *. Ad idem X. 4 de confess. „2, 5. c. un." (c. cum venerabilis. 6. X. G. de except. 2, 25. Innoc. 3.) „u. d., quod ex„ceptionem obiiciens de intentione partis ad„versae non intelligitur fuisse confessus. Ad „idem X. 3. de in int. rest. c. cum venissent. „et de ord. cogn. c. un."

Post verba „per tal. narrat." (h. pag. vers. 4.) Rf. 2. „Et ad hoc facit decretalis „nova X. G. de procurat. 1, 38. c. petitio. 9." (Honor. 3.) „ubi dominus papa consideravit „intentionem cuiusdam episcopi constituentis „vicarios, et dicit, quod illi vicarii possunt „agere contra detentores rerum episcopi et „pro episcopo respondere, quia haec fuit in„tentio episcopi. Et ad hoc facit decretalis „X. G. de appell. 2, 28. c. secundo requiris. „41." (c. 16. X. 2. e. t. 2, 19. Coelestin. 3.) „u. „d." (Ed. 2. 3. 4. add. „aliquis impetravit lite„ras, in quibus contenti sunt plures articuli, „et in uno prohibetur appellatio; quaeritur, „an et in aliis sit prohibita; et dicitur, quod „sic, quia papa sic intellexit, et verba inten„tioni deserviunt. ut X. G. de verb. sign. „5, 40. c. intelligentia. 6." — c. 5. X. 1. e. t. 5, 36. Hilar. — „u. d.") „quod verba intentioni „deserviunt. Et ad hoc facit C. 22. q. 5. c. „humanae aures. 11." (Bi. et similit. Ed. 2. 3. 4. add. „Ad idem Dig. de pign. act. 13, 7. l. „si pignus * *. 37. Ad idem Dig. ad l. Rhod. „de iact. 14, 2. l. qui. 8., u. d., * *. Ita per „istas duas leges et per alia iura praealléga„ta animus et intentio consideranda sunt.") „Ita ergo per ista iura habetur, quod mens „alicuius et intentio sunt potius consideran„da, quam verba. Et ad hoc est arg. valid. „Dig. de except. l. non utique * *. Ad idem „X. G. de except. c. cum venerabilis., u. d., ob„iiciens exceptionem de intentione adversae „partis non intelligitur fuisse confessus. Ad „idem X. G. de in int. rest. c. cum venissent. „et e. l. de ord. cogn. c. cum dilectus."

sint [17]) stare in iudicio, vel per eorum procuratores, seu minorum tutores, curatores, syndicos vel actores, ut probatur per tres primas concordantias huius tituli [18]) et Dig. de dol. mal. except. 44., 4. l. si procurator agit. 11. Cod. de procurat. 2, 13. l. procuratoribus. 22. et l. neque. 11. [19]) Si vero non habeat personam standi in iudicio is, qui litem contestatur, puta quia minor est viginti quinque annis, non valet, quod cum eo gestum est. ut Cod. qui legit. pers. standi in iud. hab. 3, 6. l. ult. [20])

§. 4. §. Ubi est facienda litis contestatio? Respondeo, coram suo iudice. alias non valet. [21]) ut X. 1. de iud. 2, 1. c. at si clerici. 6. [22]) C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 8. et seq.) [23]) X. 3. de consuet. 1, 3. c. ad audientiam. 2. [24]) Cod. si a non comp. iud. 7, 48. l. ult. — Quandoque tamen coram eo, qui iudex esse non potest litigantium, puta in praeside, qui non potest esse iudex in causa suorum, contestatio litis potest fieri contra suos in actionibus tempore perituris. [25]) ut Dig. de off. praesid. 1, 18. l. senatusconsulto. 16.

§. 5. §. Facienda est litis contestatio porrecto libello et datis induciis deliberatoriis. ut C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) Cod. de lit. cont. 3, 9. Auth. offeratur. Et dicunt quidam legistae, quod non valet litis contestatio, nisi prius porrigatur libellus vel de consensu partium remittatur [26]); quod satis credo, nisi

---

17) *possint.* Bs. L. 1. E. L. 3. (A. „pos„sit.") — Al. vulg. „possunt."

18) Vid. §. 1.

19) *ut prob. per tres prim. conc. . . l. neque.* — Rf. 1. „ut prob. per tres prim. conc. h. t. „et Cod. de procur. l. procuratorib. et l. ne„que." — Rf. 2. „ut Cod. de procur. l. neque. „Dig. quod cuiusq. univ. 3, 4. l. 1. §. quibus. „1. Dig. de procur 3, 3. l. 1." — Post haec Ed. 3. „et X. G. de iuram. cal. 2, 7. c. pen„ult." (Vid. not. sup. 7.) „item de off. deleg. „1, 29. c. cum olim. 32." (c. 11. X. 3. e. t 1, 18. Innoc. 3.) „Sed si reus praesens nulla „causa assignata noluerit litem contestari, „credo, quod debet fieri missio in possessio„nem causa rei servandae, vel excommuni„cari tamquam contumaciter absens: licet „contrarium dicant quidam, quod pro con„fesso debeat haberi, ut ille, qui non vult „iurare de calumnia. X. G. de iuram. cal. „2, 7. c. ult. ad fin." (Gregor. 9.)

20) *l ult.* — Rf 1. 2. „l. si cum esses * * . 1."

Bi. et similit. Ed. 2. 3. 4. add. „Ad idem „Dig. de pign. act 13, 7. l. pupillo * *. 38. „Ad idem Dig. de exerc. act. 14, l. 1. §. par„vi autem refert 16. in f., u. d., pupillus. * *. „— Contra Dig. de inst. act. 14, 3. l. quicum„que igitur. 5." (Edd. recte „l. sed et si quis. 7.) „§. pupillus * *. (l. 7. §. 2.) Dig. de exerc." (Edd. recte „de inst. act.") „l. verum * *. 9."

Genuini h. §. contextus memoriam servavit *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. §. 3. in v. litis contestatio.

21) *non valet.* — Rf. 1. „coram non suo „iudice facta confessio nec valet nec nocet" — Rf. 2. „non valet, quia sententia lata a non „suo iudice vel confessio facta coram non „suo iudice non nocet nec prodest."

22) c. 4. (pr.) X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3.

23) *C. 2. q. 1. c. inprimis.* Rf. 1. 2. om.

24) c. 3. X. G. e. t. 1, 4. Innoc. 3.

Rf. 2. add. „Et hodie dicit ius novum, „quod clericus non potest consentire in iudi„cem non suum, nisi duo concurrant, scili„cet quod iudex sit ecclesiastica persona et „quod accedat voluntas dioecesani episcopi. „ut X. G. de for. comp. 2, 2. c. significasti. „18." Gregor. 9.

25) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. §. 4. in v. subditos.

26) Cf. *Azo.* summ. Cod. h. t. 3, 9. num.

consuetudo loci se habeat in contrarium [27]); in multis enim locis libellus de more non datur, et valet, quod ibi in iudicio tractatur.

Et potest [28]) lis contestari omni tempore legitimo ad agendum, sed non in tempore feriarum [29]), exceptis actionibus tempore perituris, ut notatum est supra in titulo de feriis [30]).

§. Effectus litis contestationis est maximus: — quoniam post eam iudex §. 6. non recusatur, sicut plene notatum est supra in titulo de recusationibus iudicum [31]); — item ut omnis personalis actio perpetuetur, id est ut usque ad quadraginta annos extendatur.; — et postea transit ad heredes, ut Cod. de praescr. 30. vel 40. ann. 7, 39. l. saepe. 9. [32]) — item fit usuraria, quae prius non erat, ut Dig. de usur. 22, 1. l. lite. 35. [33]); — salvo eo, quod dicitur in actione de dolo, quae non perpetuatur litis contestatione, ut Cod. de dol. 2, 21. l. ult. [34]); — item eius effectus est, ut interrumpatur quaelibet praescriptio, ut C. 16. q. 3. §. praescriptionum. (c. 15. §. 1. et seq.) [35]); — item nulla exceptio dilatoria

---

1. et lectur. in Cod. e. t. Auth. offeratur. in v. pro nihilo est habenda. *Pill.* part. 2. §. 6. pag. 27. vers. 26. et seq. *Gloss.* ad l. Auth. offeratur. in v. pro nihilo. *Gloss.* ad c. dudum. 54. §. 3. X. G. de elect. 1, 6. in v. responsionem.

27) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. §. 5. pr. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

28) Rf. 1. 2. add. »ibi."

29) *sed non in temp. fer.* — Rf. 2. »non in »omni temp. fer." — Ed. 3. »non indifferenter »in omni temp., utputa fer."

30) Cf. part. 2. tit. 18. §. 2. 3.

Ed. 3. add. »Item nota, quod in qualibet »causa lis contestatur, etiam in causa appel»lationis, secund. c. Raynaldus. circa med. »vers. a cuius. de testam." (c. 18. X. G. 3, 26. Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. contestata.) »Quod intelligo verum, si altera pars contu»max fuerit. X. G. de appell. 2, 28. c. per »tuas. 58." (c. 2. X. 4. e. t. 2, 12. Innoc 3.) »et Cod. de temp. appell. 7, 63. l. ult. §. illud »4." (Cf. *Gloss.* in v. ex una parte.) »Quae »ita accipienda sunt, ne contradicant c. in»terposita. 70. ad f. X. G. de appell. 2, 28." (Gregor. 9.)

31) Cf. part. 2. tit. 6. §. 3. 4.

32) Rf. 1. 2. add. »Cod. de delict. de»funct. 4, 17. l. un., u. d., quod lite contesta»ta cum antecessore tenentur successores in »solidum; alioquin, quantum ad illos perve»nit." — Subinde Rf. 2. »Aliter est hodie se»cundum iura canonica, quia, licet lis non »fuerit contestata cum defuncto, heres tamen »suus tenetur in solidum. ut X. G. de usur. »5, 19. c. tua. 9." (c. 11. X. 1. e. t. 5, 15. Alexand. 3.) »u. d., quod filii usurariorum sive »extranei heredes tenentur ad restituendum »usuras, quas defunctus, cui successerunt, »percepit."

33) *l. lite.* — Rf. 1. 2. »l. 1. (pr.) u. d. » * *." — Ed. 3. add. »et Cod. de rei vind. 3, »32. l. certum. 22." Cf. *D. D. vet. coll.* §. 81. pag. 63. *Roger.* §. 84. pag. 116. *Hugolin.* §. 160. pag. 383.

34) *item ut omnis pers. act.* (cf. hui. pag. vers. 8.) *Cod. de dol. l. ult.* — Ordinem, quo ista digesta sunt, ex Pillii libro (cf. pag. 22. vers. 14. et seq.) recepit noster, emendavit Durantis. (cf. not. 43. ad h. t.)

35) *§. praescriptionum.* — Rf. 1. et simil. Rf. 2. »c. placuit. 15., u. d., praescriptio»num aliae introductae sunt odio petentis et »favore possidentis: haec intelligenda sunt, »si sine interruptione possessa probentur: »aliae tantum odio petentis etc. Et infra: »Haec de praescriptione 10 vel 20 annorum »vel triennii" (Rf. 2. „vel XXX." ut in l. c. 15. §. »4.) intelligenda sunt, si sine interruptione pos»sessa probentur. Quod si per naturalem de-

postea obiici potest, ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. inter monasterium. 10. [36]), **nisi in quibusdam casibus notatis supra in titulo de exceptionibus** [37]); — **item mandatum procuratori datum facta litis contestatione cum eo postea revocari non potest, nisi certis et iustis causis, quae notantur Dig. de procurat. 3, 3. l. post litem contestatam. 17. et sequentibus legibus; — item, ut procurator et tutor post litem contestatam procuratorem constituere possint, ut Cod. de procurat. 2, 13. l. neque, 11.; — item, ut delegatus ab alio, quam a principe, causam sibi delegatam possit alii delegare, arg. X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum Bertoldus. 8.** [38]); — **item, ut mutua reconventio cesset, sicut dictum est supra titulo de reconventionibus** [39]); — **item ut iuramentum calumniae praestetur. ut X. 3. de iuram. cal. 1, 26. c. un.** [40]); — **item ut testes recipiantur, et ad diffinitivam sententiam procedatur, quod ante litis contestationem fieri non potest, ut X. 3. ut lit.**

„tentionem possessio interrupta fuerit" (Rf. 2. „Q. s. per natural. interruptionem poss. „turbata fuerit"), „a die recuperatae possessionis novi 30 anni in omnibus praescriptionibus numerabuntur: si autem per litis contestationem, ab ultimo die litigii 40 anni numerabuntur." — Ed. 2. 3. 4. om. — Ed. 3. „In usucapione duo considerantur, favor „possidentis et odium non petentis; in praescriptione unum saltem, videlicet odium „non petentis. ut Cod. de ed. div. Hadr. toll. „6, 33. l. ult. in f." (Cf. *Gloss.* in v. ex una parte. et in v. ex utroque.) „Ratio autem, cur „favor intelligatur in usucapione et non in „praescriptione, assignatur: quia rei immobilis, quam praescriptione consequimur, „nobilis est possessio. Porro, ubi possessio „interrumpitur, id fit aut naturaliter, occupatione, corporali rei detentione, item si „longo tempore omittatur possessio, aliisque „modis; et hoc nocet et prodest omnibus, ut „Dig. de usucap. 41, 3. l. naturaliter 5; aut „fit civiliter, ut libelli oblatione in actionibus „annalibus, quae interruptione tali perpetuantur. Cod. quand. libell. princip. obl. 1, „20. l. 2.; item litis contestatione praescriptio „interrumpitur; et illa habet locum in perpetuis actionibus, ut Cod. de praescr. 30 ann. „7, 39. l. sicut in rem. 3." (Cf. *Gloss.* in v. per exsecutorem. et ibi addit. in f.); „et tantum „prodest ei, qui facit, illique obest tantum, „contra quem fit, ut Dig. de divers. temp. „praescr. 44, 3. l. intra quatuor. 10." (Cf. *Gloss.* in v. denuntiatione. vers. vel dic per contestationem.), „usque adeo, ut ei tantum „prosit, qui litem contestatur eo animo, quod „eam ducat ad finem, nisi impediatur per „casus fortuitos; alias non prodest, arg. a „contr. sensu Cod. de praescr. 30 ann. 7, 39. „l. ult." (Cf. *Gloss.* in v. humanae.); „item „prodest litis contestatio tantum ei et interrumpit praescriptionem, quando fit coram „suo iudice. ut Cod. ne de stat. defunct. 7, „21. l. penult." (Cf. *Gloss.* in v. status.)

36) c. 20. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

Ed. 3. add. „et X. G. de except. 2, 25. c. „pastoralis. 4." (c. 3. X. 3. e. t. 2, 16. Innoc. 3.) Cf. *Gloss.* in v. postmodum.

37) Vid. part. 2. tit. 5. §. 1.

Rf. 2. add. „Et hodie dicit nova decretalis, quod exceptiones dilatoriae tantum ante „litis contestationem debent proponi. ut X. „G. de appell. 2, 28. c. cum causam. 62." Honor. 3.

38) c. 18. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. committentibus.

B.B. codd. A. E. add. „Sed contrarium est verum. ut X. G. de appell. 2, 28. c. „cum causam. 62." Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. delegatus.

39) Vid. part. 2. tit. 19. §. 3.

40) c. cum causam. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3.

non cont. ad sent. non proced. 2, 3. c. 1. 2. et 3.[41]), exceptis quibusdam casibus, quos in titulo de testibus[42]) Deo largiente notabimus[43]).

De iuramento calumniae.[1]) T.2.

Facta litis contestatione consequenter iurandum est de calumnia, ut X. 3. de iuram. cal. 1, 26. c. un.[2]), et ideo de iuramento calumniae tractantes videamus, quid sit iuramentum calumniae, quando praestandum sit hoc iuramentum, in quibus causis, a quibus personis, quae sit eius forma, et quae poena nolentis iurare[3]).

§. Iuramentum calumniae est, cum quis iurat, se bona fide et non calumniandi animo agere vel respondere, ut Cod. de iureiur. propt. cal. dand. 2, 59. l. 2. §. 1. (l. 2. pr.) Dig. fam. ercisc. 10, 2. l. inter coheredes. 44. §. qui familiae. 4.; et dicitur iuramentum calumniae, scilicet vitandae, sicut dicitur: unusquisque habeat suam, propter fornicationem, scilicet vitandam et non committendam[4]). — Et nota, quod calumnia est falsa petitio vel iniusta repulsio scienter facta. ut C. 2. q. 3. §. notandum. in princ. (c. 8. in pr.)[5]) §. 1.

§. Quando praestandum est hoc iuramentum? Respondeo, generaliter post litem contestatam. ut X. 3. de iuram. cal. 1, 26. c. un.[6]) X. 1. e. t. 1, 34. (35.) c. 1. et 2.[7]) Cod. e. t. 2, 59. l. 2. — Quandoque tamen ante litis contestationem de §. 2.

---

41) c. 1. 2. 3. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. — Hinc *Durant.* »X. G. ut lit. non cont. »per totum." Cf. not. inf. 43. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. substit. »c. quoniam frequen- »ter" (5. X. 3. siv. 5. X. G. e. t. Innoc. 3.), »u. d. expresse et regulariter" (Rf. 2. om. v. »et regulariter."), »quod ante lit. cont. non »potest" (Rf. 2. »debet") »procedi ad diffini- »tivam sententiam, nisi in casibus etiam no- »tatis in c. quoniam frequenter., et exceptis »quibusd. casib. . ." Vid. genuin. contextum.

42) Cf. h. part. tit. 8. §. 1.

43) Tot. fere h. §. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de lit. cont. §. 6. in v. effectus.

1) Ita vulg. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. ad eand. rubr. »Tancr." (tractat hanc materiam) »part. tertia rubr. secunda."

2) c. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3. — B.B. codd. A. E. L. 3. (X. G.) »c. 1." Rectius Hal. »c. cum causam."

3) *Durant.* l. l. pr. „quando iurandum sit, „et in quibus causis, et a quibus, et qualiter, „et quae sit poena iurare nolentis." — et ibi *Io. Andr.* „Haec membra posuerunt Tancr. „et summistae. . ., sed praemittebant, quid „est iuramentum calumniae? quod iuste omi- „sit auctor, cum ipsorum diffinitio respice- „ret solum primum membrum iuramenti, „quod non calumniose petitur vel non defen- „ditur, de quo infra . ." (in membro „quali- „ter.")

4) Ed. 3. add. »Adhibetur enim ad veri- »tatem muniendam, ut timore iuramenti ca- »lumniosa contentio litigantium exterminetur. »ut Cod. e. t. 2, 59. l. 1. (pr.) et X. G. e. 2, 7. »c. ceterum. 5." (c. 6. X. 1. e. t. 1, 34. siv. 35. Luci. 3.)

5) *C. 2. q. 3. §. notand. in pr.* (Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »u. d., calumniari est sci- »enter falsa crimina intendere.") — Ed. 2. 4. »Dig. ad senatusc. Turp. 48, 16. l. 1. §. ca- »lumniari. 1., u. d., cal. est fals. crim. scien- »ter intendere." — Ed. 3. »C. 2. q. 3. c. si »quem. §. notandum. et Dig. ad senatusc. »Turp. . ." (ut in Ed. 2. 4.)

6) c. cum causam. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc 3.

7) *c. 1.* (const. Henric. 2. siv. in Germ. Henr. 3. in coll. Gregor. haud recept. Cf. *Leg. Longob. ed. Lindenbr.* lib. 2. tit. 47. c. 11. *Monum. hist. Germ. ed. Pertz.* Leg. T. 2. pag. 41. *v. Savigny G. d. R. R. i. M.* Ed. 2. T. 2.

calumnia iuratur, puta cum reus contumax est et propter eius contumaciam debet fieri missio in possessionem bonorum eius, causa rei servandae, arg. X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. [8]) c. quoniam frequenter. 5. [9]) Cod. ubi in rem act. 3, 19. l. 2. [10]); nam dicitur ibi „negotio summatim prius perscrutato", quod aliter fieri non potest nisi per sacramentum calumniae, cum testes lite non contestata generaliter recipi non possunt [11]). Et ita observatur de consuetudine in civitate Bononiensi.

Et nota, quod ad hoc fit istud iuramentum, ut ex confessionibus partium veritas magis splendescat in lucem, et ut partes a probationibus exonerentur, et ut vigor iudiciorum servetur [12]).

§. 3. §. In omnibus causis hoc iuramentum praestatur, exceptis spiritualibus, quoniam causae spirituales non ex legum severitate, sed ex canonum aequitate tractantur. ut X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. literas. 3. [13]) Sed licet in causis spiritualibus in principio de calumnia non iuretur, de veritate tamen dicenda iuratur in processu [14]), ut X. 1. de despons. impub. 4, 2. c. continebatur. 8. [15]) c. attestationes. 13. [16]); vel, si malitiose aliqua partium videatur exceptionem propo-

---

§. 79. pag. 223.) *et c. 2.* (1. X. G. e. t. 2, 7. Honor. 2.) Vid. utriusq. c. verba haec: »re»peritur scriptum, ut omnes principales per»sonae in primo litis exordio subeant iusiu»randum calumniae." et cf. *Gloss.* ad l. l. 2. pr. Cod. h. t. in v. narrationem.

B.B. codd. E. Hal. (post c. cum causam. cf. not. sup. 6.) et L. 3. (om. c. cum causam.) »(X. G.) c. 1. et 2." Sed hocce c. 2. ad regulam propositam referri nequit. — Abs. ista c. 1. 2. a B.B. cod. A. et a Rf. 1. 2.

8) Rf. 1. 2. add. »c. tuae fraternitatis." c. 3. X. 3. siv. c. 3. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3.

9) c. 5. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3.

10) Cf. *Gloss.* in v. summatim.

11) *nam dicitur* (h. pag. vers. 4.) . . . *possunt.* In libris ed. om.

12) *servetur.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »observetur. ut Cod. de iur. propt. cal. d. l. »2. §. sin autem dignitas * *." — et maxima istius l. pars transcripta est. — Hinc, omisso legis contextu, Ed. 2. 4. »o. u. Cod. de iur. »p. c. d. l. 2. §. sin autem." et Ed. 3. »o. u. »Cod. de iur. p. c. d. l. 2. §. quod observari. »et §. sed quia. et §. sin autem reus."

13) c. 2. X. G. e. t. 2, 7. Honor. 2. — al. Eugen. 3. — Cf. *Augustin* not. r.

B.B. cod. A. add. »et arg. e. t. c. ult." Gregor. 9.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Sed secundum »quosdam derogatum est huic c." (literas.) »per c. X. e. t. cum causam." c. un. X. 3. h. t. 1, 26. siv. c. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3.

14) *in processu.* — Rf. 1. 2. »ut proceda»tur in causa."

15) c. 6. X. G. e. t. 4, 2. Alexand. 3.

16) c. 10. X. G. e. t. Urban. 3.

B.B. codd. A. E. add. »et melius X. »G. de iureiur. 2, 24. c. ex literis. 32." Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. veritate.

Ed. 3. add. »Iuramentum istud ad omnes »exceptiones et alia, quae postea occurrunt, »extenditur; et ideo semel iuratur. In exce»ptionibus vero ante litem contestatam bene »iuratur, arg X. G. de elect. 1, 6. c. cum di»lecti. 32." (c. 17. X. 3. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento.) »et de rest. spol. »2, 13. c. literas. 13." (c. 3. X. 3. e. t. 2, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento recepto.); »atque etiam lis contestatur. X. G. de appell. »2, 28. c. interposita. 70. §. ult." (Gregor. 9.) »Et notatum est supra in c. prudentiam. »de off. iud. deleg." (Haecce verba »Et no»tat. etc." ad glossas in aliquam decre-

nere, etiam iuramentum calumniae praestabit. ut X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. literas. 3.[17]) X. 3. de except. 2, 16. c. pastoralis. 3.[18]) X. 3. de accusat. 5, 1. c. cum dilectus. 5.[19]) Vel[20]), ut omnis cesset obiectio, intelligas decretalem illam X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. literas. 3. tenere in[21]) spiritualibus, puta electionibus et similibus[22]), alia vero iura[23]) in civilibus vel in annexis spiritualibus.

Sed utrum in causis criminalibus iurandum sit de calumnia, diversi diversa dixerunt. Aliorum opinionibus et opinionum rationibus praetermissis, dico cum dominis Azone[24]) et Pillio[25]), iurandum esse de calumnia in criminalibus causis, ut Cod. de iureiur. propt. cal. dand. 2, 59. l. 1., nam ibi dicitur in omni causa iurandum esse, et decretales expresse innuunt in causis criminalibus esse iurandum. ut X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. 1. et 2.[26])

---

talium collectionem conscriptas referenda sunt.. Cf. *Gloss.* ad l. c. interposita. in v. lite non contestata. in f.)

17) c. 13. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3. Cf. not. praeced. 16.

18) c. 4. X. G. e. t. 2, 25. Innoc. 3. — B.B. cod. A. om.; sed ibi add. »X. G. de »elect. c. dilecti." Cf. not. praeced. 16.

19) c. 2. X. G. de calumniat. (Ita recte M. 2.) 5, 2. Innoc. 3. — B.B. et plerique libri Rf. 2. »X. G. de accusat. c. cum dilectus." Male. — Ceterum ea, quae auctor Rf. 1. ex c. cum dil. X. 3. de accusat. enotaverat, in Rf. 2. cum isto X. G. de accus. coniuncta sunt in hunc modum: »ubi ponitur talis ca»sus: quidam accusabat quendam episcopum »super variis excessibus, et, quia defecit in »probatione, absolutus fuit episcopus; et di»cit papa de accusante, quod tam diu prive»tur ab officio et beneficio suo, donec se »purgaverit, quod calumniandi animo contra »episcopum non processerit."

20) *Vel.* — Rf. 1. 2. »et."

21) *tenere in.* L. 1. Bs. in marg. et A. — Al. »in mere." Hal. Bi. (B. »in minē." — L. 4. »in me.") — »in meris." F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. — Fortasse scribendum: »tenere in »mere."

22) Rf. 2. add. »Sed hodie satis apertum »est, quod in causa electionis iuratur de ve»ritate dicenda, ut X. G. de elect. 1, 6. c. du»dum. 54." (Gregor. 9.), »u. d. circa med. »vers. tandem archidiaconus (§. 4.) * *. Et »ita habes, quod iuratur de veritate dicenda »in spiritualibus causis"

Ceterum in codd. Rf. 1. 2. et in Ed. 1. 2. 4. ex l. 2. §. 2. Cod. de iur. propt. cal. d. 2, 59 nonnulla, quae ad alienarum rerum administratores spectant, inepte intrusa sunt.

23) *alia vero iura.* Ita recte A. Hal. — Al. »alia vero." L. 1. — »alia vero iuramenta." B. Bs. L. 2. E. L. 3. — Rf. 1. 2. »alias vero »iuratur, ut." — »alias iuratur in causis, »ut."

24) Vid. summ. Cod. h. t. 2, 59. num. 10. et lectur. in l. 1. pr. e. t.

25) *Pillio.* Codd. T. et B B. »py. pylio. »pilio." — L. 4. »pyllio." — Plerique codd. Rf. 2. »pillio." — Eadem fere lect. varietas aliis quoque h. t. locis occurrit. Sed passim etiam codd. Rf. 2. »pilius. pileus."

Cf. *Pill.* part. 3. §. 2. pag. 50. vers 6. 7.

26) Cf. not. sup. 7. ad h. t. — Cum verbis c. 1. ibi laudatis iungenda sunt haec: »de»cernimus et imperiali auctoritate irretracta»biliter diffinimus, ut non episcopus, non pres»byter, non cuiuscumque ordinis clericus, non »abbas, non aliquis monachus vel sanctimoni»alis, in quacumque controversia, sive *crimina»li* sive civili, iusiurandum compellatur quali»bet ratione subire." (secund. contextum, quem exhibent *monum. Germ.* l. l.) — Similit. c. 2. siv. c. 1. X. G. e. t. 2, 7.

B.B. codd. E. Hal. L. 3. etiam h. l. »X.

§. 4. §. **Quis praestabit iuramentum calumniae? — Respondeo, principales personae, primo actor, postea reus. ut Cod. e. t. 2, 59. l. 2. §. 1. et 2. (l. 2. pr. et §. 1.) et in Auth. principales.**[27] **— Item iurant de calumnia tutor, curator, oeconomus**[28]**, syndicus et actor, quia legitimam habent administrationem. ut Cod. e. t. 2, 59. l. 2. (§. 2.) X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35.) c. in pertractandis. 4.**[29] **X. 3. e. t. 1, 26. c. un.**[30] **Dig. de noxalib. act. 9, 4. l. quotiens. 21. §. si tutor. 5.**[31]

Sed numquid minor, cuius nomine litigatur, iurabit? Dominus Azo[32] **dicit, et bene, quod, si est adultus, iurabit de veritate dicenda, sed non de calumnia; si pupillus, minime. arg. Dig. de in lit. iur. 12, 3. l. videamus. 4. (pr.) Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. ult. 5.**[33]**; et decretalis hoc dicit expresse. ut X. 1. de despons. impub. 4, 2. c. attestationes. 13.**[34]

Procurator vero de calumnia non iurat. ut Cod. e. t. 2, 59. l. 2. §. sin autem. 3. Dig. de noxalib. act. 9, 4. l. quotiens. 21. §. si tutor. 5. Decretalis tamen videtur contradicere X. 3. e. t. 1, 26. c. un.[35] **Sed dico, quod syndici appellantur**

„G. de iur. cal. c. 1. et 2." — Similit. plerique codd. Rf. 2. „X. G. d. i. c. c. inhaerentes. 1. et c. 2." — Rectius A. et Ed. 2. 3. 4. „X. G. d. i. c. c. 1."

Cf. not. 55. ad h. part. tit. 13.

27) *et in Auth. princip.* L. 2. et Rf. 1. 2. om.

28) *oeconomus.* Rf. 2. om.

29) c. 3. X. G. e. t. 2, 7. Eugen. 3., in codd. Rf. 1. 2. om., sed in Ed. 3. receptum.

30) c. cum causam. 6. X. G. e. t. Innoc. 3.

31) *Dig. de nox. act . . tutor.* Rf. 1. 2. om. Rf. 2. add. „Et hodie dicit decretalis „nova, quod actores et syndici debent iurare „de calumnia. ut X. G. de iuram. cal. 2, 7. „cum in causa . . cal. iuramentum." (c. ult. pr. Gregor. 9.)

Subinde Ed. 3. „Episcopus quoque prae„stat hoc iuramentum, propositis tantum, „non tactis evangeliis, cum eligit in propria „persona litigare. ut in d. c. fin."

32) Cf. summ. Cod. h. t. 2, 59. num. 4. et lectur. in l. 2. e. t. ad v. scire possunt causam.

33) *Dig. de conf. . . §. ult.* (Inde Azo: „lex dicit minorem *confitentem* restitui.") Rf. 1. 2. om. Cf. seq. not. 34.

34) c. 10. X. G. e. t. 4, 2. Urban. 3.

arg. Dig. de in lit. iur. . . attestationes. — Rf. 1. „arg. Dig. d. i. l. i., u. d., videamus, in tu„telari causa, quis iurare, et adversus quem „possit? Et quidem ipse pupillus, si impu„bes est, non potest; hoc enim saepissime „rescriptum est. Sed nec tutorem cogendum „esse vel matrem pupilli admittendam esse, „etsi parata esset iurare, divi fratres rescri„pserunt. — Sed dicit" (i. e. non solum arg. est, sed aperte dicit, puberem iuvenem iurare posse) „decr. X. 1. de desp. imp. atte„stationes." — Rf. 2. „ut Dig. d. i. l. i., u. d., „videamus . . ." (ut in Rf. 1. — Ed. 3. ex l. l. videamus. add. „Grave enim videbatur et „ignorantes et invitos tutores vel curatores „sub alieni compendii emolumento etiam „periurium anceps subire.") „Imo cogendi „sunt, ut Cod. de iur. propt. cal. 2, 59. in „Auth. ibi signata: principales. in f., u. d., „quod tutores et curatores in causis, quas „agunt, huiusmodi iusiurandum praestabunt. „Et hoc dicitur Cod. de iud. 3, 1. l. prope„randum. 13. in f., u. d., quod tutor vel cu„rator iacturam causae sustinebit, si per de„sidiam eius cadat minor a causa per lapsum „triennii, quia tunc perit instantia iudicii. — „Sed contradicit decr. X. G. de desp. imp. c. „attestationes." (Haecce verba „Sed contrad. „etc." auctor Rf. 2. fortasse cum his, quae ipse addiderat, coniungenda esse putavit. Ed. 2. 4. om.)

35) c. cum causam. 6. X. G. e. t. 2, 7. Innoc. 3.

ibi procuratores, quoniam universitas procuratorem non facit ad causam, sed syndicum vel actorem, ut patet supra in titulo de procuratoribus [36]; et praeterea canon omnes tales personas procuratores appellat. ut C. 1. q. 3. c. salvator. 8. (§. 2.) — Sed si datus est procurator in rem suam, tunc iurabit de calumnia, quia propria eius causa est, quoniam damnum et emolumentum illius causae ad eum spectat. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. qui stipendia. 9. [37] — Sed pone procuratorem agere vel respondere nomine absentis, quis iurabit tunc de calumnia, vel quid fiet? Scripsit Vincentius [38], et satis rationabiliter, quod dabuntur dilationes procuratori, ut denuntiet vero domino, ut ad litem veniat iuraturus. arg. X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. c. quoniam frequenter. 5. [39] Cod. ubi in rem act. 3, 19. l. 2. [40] Vel dicas, quod mittatur [41] ei iuramentum. Quod si hoc fieri non potest, quia est valde remotus, dabitur curator bonis, qui de calumnia iurabit. [42] ut Dig. de curat. bonis dand. 42, 7. l. 1. (§. 1.)

§. Forma iuramenti calumniae haec est. Iurabit actor, quod non calumniae §. 5.
causa [43] litem movet, sed quia credit se bonam causam habere. Reus iurabit, quod credit se bona instantia uti, nec calumniae causa ad inficiationem venit. ut Dig. fam. ercisc. 10, 2. l. inter coheredes. 44. §. qui familiae. 4. Item iurabit uterque, quod interrogatus non negabit, quod verum esse credit [44], nec utetur scienter falsa probatione, nec petet dilationem pro fuga, ut lis protrahatur, nec dedit, nec promisit, nec dabit, nec promittet aliquid pro hac causa, ut pro eo feratur sententia, nisi his personis, quibus iura dare permittunt et sicut dare concedunt. Haec forma probatur Cod. e. t. 2, 59. l. 2. et Auth. in isto. Auth. principales. et in Auth. ut litigant. iur. in pr. Coll. 9. (Nov. 124. c. 1.) [45] Et comprehenditur ista forma his versibus:

Illud [46] iuretur, quod lis sibi iusta videtur,
Et cum [47] quaeretur, verum non inficietur,

---

36) Vid. part. 1. tit. 7. §. 1. 2.

37) B.B. codd. A. E. add. »et C. 2. q. 6. »§. biduum. v. palam." (A. male: »v. c. »aliam.") c. 29. §. 7. vers. et palam.

38) *Vincentius*. (cf. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 3. num. 11.) Plerique codd. T. et B.B. »uīc." »uinč." »uincen»tius." — sed B. »uracen"; et Rf. 1. 2. »in»noc." »innoceñ."

39) c. 5. (§. 7.) X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3.

40) B.B. cod. A. add. »arg. X. G. de »procurat. 1, 38. c. dilectus." Gregor. 9.

41) *mittatur*. Ita plerique codd. T. et B.B. — Al. »remittatur." L. 2. et codd. Rf. 1. 2. (»remittitur." Bi. F. 1. Ham. M. 1.) Cf. not. seq. 42.

42) *Vel dicas . . . iurabit*. — Male libri editi: »Vel dicas, quod remittatur ei hoc iu»ramentum, si hoc fieri non potest, utpote »quia valde est remotus; et tunc dabitur pro»curator bonis, qui de causa iurabit."

43) *calumniae causa*. — Rf. 1. 2. »ca»lumniandi animo."

44) *quod verum esse credit*. — Similit. codd. Rf. 2. »quod cr. esse ver." — sed Ed. 3. »quod scit vel cr. e. v."

45) *Haec form. prob. . . Coll. 9.* — Rf. 1. »Cod. e. t. l. 2. et in Auth. ibi signata., u. d., »principales * *." (Auth. principales. pr.) — Rf. 2. »ut Cod. e. t. in Auth. . ." (ut in Rf. 1.)

46) *Illud*. Ita plurim. codd. T. et B.B. — Al. »istud." L. 2. Rf. 2.

47) *cum*. Ita plurim. codd. T. et B.B. — Al. »si." L. 2. 3. Rf. 1. 2.

Nil promittetur, nec falsa probatio detur,
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur[48]).

Nota tamen, quod in duplicibus iudiciis, puta communi dividundo, familiae erciscundae, finium regundorum, uti possidetis et utrobi, in quibus uterque est actor et reus, uterque praestabit iuramentum actoris et rei. ut Dig. fam. ercisc. 10, 2. l. inter coheredes. 44. §. qui familiae. 4. [49]) — Idem etiam fit in mutuis petitionibus, quia uterque est actor et reus.

§. 6. §. Poena iurare nolentis hoc iuramentum haec est, quod actor cadat ab instituta actione per sententiam iudicis, reus vero condemnationem sustineat, quia pro confesso habetur. ut Cod. e. t. 2, 59. l. 2. §. quodsi actor. 6. et §. si autem reus. 7. in Auth. ut litigant. iur. §. 1. (Nov. 124. c. 1. in f.) [50])

Et nota, iuramentum de calumnia remitti non posse; sed in omni causa, tam coram iudicibus, quam coram arbitris fieri debet, quia non pro commodo privatorum, sed pro communi utilitate mandatur fieri. ut Cod. e. t. 2, 59. l. 2. §. sed quia veremur. 4. [51]) Et hoc dominus Pillius [52]) de plano concedit [53]). Sed dominus Azo dicit, quod remittitur patri contra filium agenti et patrono agenti contra libertum. ut Dig. qui satisd. cog. 2, 8. l. de die. 8. §. ult. 5. Dig. de iureiur. 12, 2. l. iusiurandum. 34. §. hoc iusiurandum. (§. 4. vers. hoc iusiur.) [54]) Sed opinio domini

---

48) . Cf. *Gloss.* ad l. 2. §. 2. Cod. h. t. 2, 59. in v. existimat., ad §. 1. Inst. de poen. tem. litig. 4, 16. in v. ad contradicendum., et ad c. 1. X. G. h. t. 2, 7. in v. calumniae iuramentum.

Ed. 3. add. »Adiiciendum est in isto iu»reiurando, nullam in tota lite exactum iri »probationem, nisi quam pro veritate putat »quis necessario exhibendam esse; ne sae»pius iuretur. ut Cod. de iur. propt. cal. d. »Auth in isto. et Auth. ut litig. iur. in princ. »Coll. 9.« Cf. not. seq. 49.

49) In codd. Rf. 1. 2. et in Ed. 1. ex genuino contextu (cf pag. 205. vers. 22. et ibi not. 45.) in hunc locum male translata sunt haec: »In isto iuramento adiiciendum est... »ut Cod. d. iur. p. cal. d Auth. in isto. et »Auth. ut litig. iur.« Horum prior quidem particula, sc. Auth. in isto., in Ed. 3. aptius apposita est. (cf. not. 48.) — Ed. 2. 4. om.

50) *in Auth. ut litig. iur. §. 1.* (cf. *Pill.* part. 3. § 1. pag. 48. vers. 9) Rf. 1. 2. om.

Rf. 1. add. »Reprobatur consuetudo, »quae iuramentum calumniae non admittit. »ut X. 1. de iuram. cal. 1, 34. (35) c. consti»tutus.« (Vid. c. quia vero diversa. 7., quod desumt. est ex decret. constitutus. Cf. c. 5. X. 1. de fideiuss. 3, 18. siv. c. 3. X. G. e. t. 3, 22. Luci. 3.)

Rf. 2. „Et quod debeat cadere a causa „ille, qui non praestat hoc sacramentum, di„cit decretalis nova X. G. de iuram. cal. 2, „7. c. cum in causa. 7. poena * *." §. 1. (Gregor. 9.) — „Reprobatur . . ." (ut in Rf. 1.) „ut »X. G. de fideiuss c. constitutus."

51) Rf. 1. 2. add. »X. 1. (X. G.) de fide»iuss. c. constitutus.« Cf. not. praeced. 50.

Subinde Ed. 3. »Itaque remitti non pot»est tacite vel expresse secundum quosdam. »Alii dicunt, quod tacite potest remitti, licet »non expresse. arg. Dig. de procurat. 3, 3. »l. filiusfamilias. 8 §. veterani. 2. et melius »Dig. de iureiur. 12, 2. l. iusiurandum. 34. §. „qui iusiurandum. 4." — Cf. h. §. 6. in f.

52) *Pillius.* Cf. not. 25. ad h. t.

53) *de pl. concedit* (cf. *Pill.* part. 3. §. 3.) — Libri ed. inepte: „de pl. dumtaxat co„gnoscenti concedit."

54) *Azo.* summ. Cod. h. t. 2, 59. num. 8. 9. „Parentibus autem et patronis puto re„mitti hoc iusiurandum, quia non est verisi„mile eos contra liberos vel libertos calu-

Pillii [55]) magis placet mihi in hac parte [56]); et ita se habet hominum consuetudo.

Sed pone, quod hoc sacramentum non exigatur, sed procedatur in causa et feratur sententia, quid erit? Dicit dominus Pillius [57]), quod tenet talis sententia; non est enim praestandum, nisi exigatur. ut Dig. de nov. op. nunt. 39, 1. l. de pupillo. 5. §. qui opus. 14. Dig. de iureiur. 12, 2. l. iusiurandum. 34. §. qui iusiurandum. 4. [58]) Et hoc satis iustum videtur [59]).

De interrogationibus faciendis in iure. [1]) **T. 3.**

Audivimus supra in ultimo titulo secundae partis de interrogationibus ante litis contestationem faciendis; sed quia praestito iuramento calumniae interrogandae sunt partes super negotio ipso, ideo de his interrogationibus videamus, scilicet quis debeat interrogationes facere, quis interrogationes formare, qualiter sunt [2]) faciendae, qualiter sit iudici respondendum, de quibus rebus fieri debent [3]) interrogationes [4]).

§. Interrogare debet iudex, qui de causa cognoscit, ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. voluit praetor. 4. et l. de aetate. 11. §. qui tacuit. 4. [5]), et etiam assessor, quoniam participat in interrogationibus [6]), ut Dig. de off. assess. 1, 22. l. 1. [7]), et notarius seu alter, quibus iudex hoc commiserit. [8]) arg. X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. super quaestionum. 6. [9]). **§. 1.**

Veruntamen, licet non teneatur aliquis ad interrogationem adversarii respondere, si ab adversario interrogatus in iure respondeat vel si absque interrogatio-

---

„mniari. ut dicit lex vetus Dig. qui satisd. „cog. l. de die. §. ult. et de iureiur. l. iusiu„rand. §. iusiurand. Quod enim sub isto ti„tulo" (Cod. 2, 59.) „traditur, regulare est; „species autem generibus, non genus spe„ciebus consueverunt derogare. ut Dig. de „reg. iur. 50, 17. l. in toto. 80."

Dig. de iureiur. . . §. iusiurand. Rf. 1. 2. om.

55) *Pillii.* Cf. not. 25. ad h. t.

56) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 2. num. 3. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Pillium.

57) *Pillius.* Cf. not. 25. ad h. t.

58) *§. qui iusiurandum.* Ita scribendum esse videtur. — Codd. T. et B.B. „qui sui" „qd' sui." „ꝗ Sui." Fuerit „qui ius."

Cf. *Pill.* part. 3. §. 3.

59) *Dig. de iureiur.* (h. pag. vers. 6.) . . *videtur.* Rf. 1. 2. om.

1) Ita B. L. 2. (*Io. And. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de positionib. „Tancr. parte tertia sub rubr. de interrogationib. faciend. in „iure.") — Al. „De interrogationib. post litis „cont. faciend." L. 1. in marg. — „De int., „quae fiunt post iuram. cal." A. — „De int. „factis post sacram. cal. a partibus." L. 4. — „De int. post iuram. cal." L. 3. F. 1. 2. Ham.

2) *sunt.* Ita vulg. libr. manuscr. — Al. „sint." L. 2. 3.

3) *debent.* Ita vulg. libr. manuscr. — Al. „debeant." L. 3. F. 1. 2. M. 1.

4) De his quinque capitulis h. l. quaeri commemoravit *Io. Andr. ad D. sp.* l. tit pr. in v. dicentes.

5) *et l. de aetate. §. qui tac.* Rf. 1. 2. om.

6) *part. in interrog.* Bs. L. 2. A. — Vulg. libri manuscr. „part. interrog." (Cf. *Durant. sp.* l. l. §. 3. num. 8.) — Al. „part. iurisdictionem int. faciendis." L. 3.

7) Cf. *Gloss.* in v. postulationibus.

8) Ita *Durant. sp.* l. l. §. 3. num. 9. „secund. Tancr."

9) c. 27. (pr.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

ne [10]) confiteatur, valet confessio. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. si sine. 9. X. 1. de dol. et contum. 2, 10. c. prout. 4. [11])

§. 2. §. Quis formare debet [12]) interrogationes, quaeritur. Et quidem consuetudo habet, quae est maxima legum interpres, ut advocati partium forment interrogationes suas seu [13]) positiones [14]) hoc modo: „ponit vel dicit talis in iure, quod pos„sessio, de qua quaeritur, fuit patris sui" vel „Martini, cui successit." — vel „quod ipse mutuavit tali tantam pecuniam." — vel „quod deposuit penes illum librum, „de quo controversia est.[15])" Et haec fiunt ab advocatis proponentis [16]), ne oriatur contentio inter partes, quod aliter sit scripta, quam fuerit proposita [17]); item alia ratione, ut certus sit, qui interrogatur, et super quo debeat respondere, cognoscat.

Facta positione et scripta iudex per sacramentum interrogare debet proponentem, si credit ita verum esse, sicut proponit. Cum responderit se ita credere, consequenter interroget adversarium per sacramentum, si credit verum esse, quod alter proposuit. Et sive confiteatur, sive neget, facit scribi eius responsionem, ne super eodem articulo iterum interrogetur; quoniam, si iudex iterum eum super eodem articulo interroget, nisi novum quid emerserit, puta quia perdita sunt scripta priora, vel aliquod simile, iniuriam facit ei et gravat ipsum et quasi anceps periurium facit eum subire vel infamiam vulgi incurrere; quia, si aliter credebat tunc et aliter nunc, ex responsione incurrit periurium vel infamiam; quia, si eodem modo respondet ut prius, incurrit periurium, quia aliter credit nunc et aliter credebat tunc; si alio modo respondet nunc, quam prius responderat, dicetur incurrisse periurium [18]), quia de uno articulo respondit duo contraria, scilicet verum et falsum. Arg. ad omnia ista C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11. Dig. ad l. Iul. de adult. 48, 5. l. si postulaverit. 27. §. quaestioni. 7. [19])

Primo facit actor suas interrogationes, secundo reus, iuxta regulam illam, ut qui prior appellat, prior agat, Dig. de iud. 5, 1. l. qui prior. 29., vel vicissim, si iudex viderit expedire. arg. X. 2. de caus. poss. et propr. 2, 6. c. ad ultimum. un. [20])

---

10) *absque interrogatione.* Ita vulg. codd. T. et B.B. — Al. »absque confessione inter»rogatus." Bs. L. 2. — »absque interroga»tione facta." Codd. Rf. 1. 2.

11) c. 4. X. G. e. t. 2, 14. Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. instante.

H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 6. num. 6. in v. scias.

12) *debet.* Ita codd. T. et A. E. Hal. — Al. »debeat." L 3. et codd. Rf. 1. 2.

13) *seu* — Codd. Rf. 2. »similiter."

14) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 3. num. 10. in v. respondeo.

15) Ista Tancredi fuisse exempla testatur *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. § 5. num. 5. in v. contra iura.

16) *proponentis.* (cf. h. pag. vers. 11. et seq.) L. 1. — Al. vulg. »proponentibus."

17) *quod al. sit scripta* (positio) *quam fuerit proposita.* — Rf. 1. 2. »et non debent ali»ter esse scripta, quam fuerint" (al. »fue»runt") »proposita."

18) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »et ita ex »hoc dicto infamiam vulgi incurrit."

19) Cf. *Gloss.* in v. patroni. et in v. interrogandique.

De scribendis responsionibus et de interrogationibus haud iterandis similit. *Durant. sp.* l. l. §. 6. num. 2. 3.; et ibi *Io. Andr.* in v. quod. »ponit verba Tancredi."

20) c. 2. X. G. e. t. 2, 12. Coelestin. 3.

§. Qualiter sunt formandae interrogationes vel positiones, quaeritur. Re- §. 3. spondeo, verbis affirmativis et non negativis, quoniam qui negat, nihil dicit, et negationum [21]) nullae sunt causae, ut dicit Boëthius [22]), arg. Dig. de probat. 22, 3. l. 2. [23]) et Cod. e. t. 4, 19. l. actor. 23.; unde, si proponit verbis negativis, non est audiendus, nisi illa negativa habeat affirmativam implicitam; tunc enim audiendus esset, ut X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3. [24]); est enim quaedam negativa praegnans, cum negando implicat, ut probatur per haec exempla: Dig. de probat. 22, 3. l. si filius. 8. Cod. de codicill. 6, 36. l. nec codicillos. 5. [25]) C. 3. q. 9. c. indicas Hermannum. 14. [26]) X. 3. de success. ab intest. 3, 20. c. un. [27]); tunc enim, quia talem negativam probare tenetur, et illam proponere potest.

Et nota, quoniam [28]) advocatus non debet duas positiones sub una interrogatione formare, ne, cum altera pars sit falsa, licet sit altera vera, is, qui interrogatur, utramque neget, quod potest de iure facere, per regulam, quae dicit: cuius aliqua particularis est falsa, eius universalis est similiter falsa. Quod probo per tale exemplum: pone te comedisse hodie, et ego dico „tu comedisti „hodie in ecclesia", secure potes respondere „non", si hodie ecclesiam non intrasti [29]).

§. Hoc modo respondere debet iudici is, qui interrogatur, ut confiteatur, §. 4. vel neget, et certum dimittat iudicem super re, de qua interrogatur; et si obscure respondet vel non respondet ad interrogata, perinde est ac si non responderet; ut hoc totum probatur Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. quod autem. 5. [30]) et §. nil interest. 7. [31]); et urgeri debet, ut certum confiteatur. ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. [32]) Si vero interrogatus nullo modo respondeat, dicunt quidam eum perinde teneri ac si confiteretur. arg. Dig. de interrog. act. 11,

---

21) *negationum.* („negatōn." L. 2. A. E. L. 4. — „negotionū." Bs. — „negm̄." B. — „negati„uū." L. 1. — „negatōm̄." L. 3. — „negotium." Hal. — Cf. *Bonaguid.* part. 4. tit. 2. pag. 312.) — Rf. 2. „negantium."

22) lib. 4. de different. top. „si persona „in iudicium vocatur, neque factum dictum„ve ullum reprehenditur, causa esse non „poterit."

Ceterum cf. not. 13. ad h. part. tit. 5.

23) *Dig. de probat. l.* 2. Rf. 1. 2. om.

24) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. negat.

25) *Cod. de cod. l. nec cod.* (cf. *Gloss.* in v. probari.) Rf. 1. 2. om.

26) *C. 3. q. 9. c. ind. Herm.* (cf. seq. not. 27.) Rf. 1. 2. om.

27) c. 3. X. G. e. t. 3, 27. Innoc. 3. — Ibi *Gloss.* in v. compotem. „episcopus probabit „negativam, et hoc est, quia habet in se im„plicitam affirmativam, hanc sc. quod" (archipresbyter) „tunc erat furiosus... Con„tra:" (sc. si de probatione quaeritur.) „C. 3. „q. 9. c. indicas. Sed ibi archiepiscopus te„nebatur probare episcopum fuisse sanae „mentis, quia constabat illum prius fuisse „furiosum. *Tancr.*" — Ceterum cf. not. 38. ad h. part. tit. 5.

28) *quoniam.* Ita codd. T. — Al. vulg. „quod."

29) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 7. num. 22. in v. secund. regulam. et in v. homo et asinus.

30) *§. quod autem.* Rf. 1. 2. om. Servavit Durant. Cf. not. seq. 32.

31) Cf. *Gloss.* in v. obscure.

32) H. d. et l. test. *Durant. sp.* l. l. §. 9. in f. et ibi *Io. Andr.* in v. autem notat.

1. l. de aetate. 11. §. qui tacuit. 4. Verum quidem est, quod nec fatetur, neque negat, ut Dig. de reg. iur. 50, 17. l. qui tacet. 142. (184.); et ideo dico illum non condemnandum tamquam confessum, sed tamquam contumacem ad arbitrium iudicis puniendum [33]).

Item nota, quod, si interrogatus, an debeat decem, quae ab eo petuntur, simpliciter negat se debere, interrogari iterum debet, an debeat novem, vel octo, vel septem, usque ad ultimum quadrantem [34]). Si autem praecise negat, et dicat [35]) se nil debere, non debet de hoc ultra interrogari [36]).

Praeterea nota, quod licet interrogationes de consilio advocatorum sint faciendae et formandae, responsiones tamen a partibus ipsis sine advocatorum consilio fieri debent [37]); quoniam factum ipsum per principales personas, et non per advocatos proponi debet, nisi fuerint ita indiscretae personae illae, ut earum defectus de iudicis licentia per alios suppleatur. ut X. 3. de except. 2, 16. c. pastoralis. 3. §. ult. [38])

Item nota, quod, si interrogatus dubitat super eo, de quo interrogatur, dandae sunt ei dilationes ad deliberandum. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. 1. l. qui interrogatur. 5. [39]) Sed si se dicat ignorare veritatem rei, de qua quaeritur, compellendus est [40]) praecise respondere ad interrogata, quia non tenetur dicere nisi, credat vel non credat esse [41]), quod quaeritur. ut Cod. de iureiur. propt. cal. dand. 2, 59. l. 2. §. 2. et Auth. in isto.

§. 5. §. De omnibus rebus interrogationes faciendae sunt, quae faciunt vel facere possunt ad investigandam veritatem rei, de qua quaeritur, usque ad diffinitivam sententiam, scilicet ubicumque aequitas movet iudicem ad quaerendum, sive proprio motu, sive ad petitionem partium. [42]) ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. ubicumque. 21.

Et versa vice ita compellendus est actor respondere ad interrogationes rei in exceptionibus propositis vel proponendis, quoniam in exceptionibus reus fit actor et eas probare debet. ut Dig. de probat. 22, 3. l. in exceptionibus. 19. Dig. de except. 44, 1. l. 1.

---

33) H. d. et l. test. *Durant. sp.* l. l. §. 9. num. 3. et ibi *Io. Andr.* in v. dixit.

34) *ultimum quadrantem.* B. L. 3. — Al. vulg. »ultimam quantitatem." — *Durant.* (cf. not. seq. 36.) »ultimum numerum."

35) *negat et dicat.* Ita codd. T. et A. E. Hal. — Al. »negat et dicit." L. 3. — »neget »et dicat." Codd. Rf. 1. 2.

36) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l §. 5. num. 7. in v. autem scias.

37) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 6. num. 5. in v. item nota.
debent. — Rf. 1. 2. »possunt."

38) B.B. codd. A. E. Hal. »X. G. de ex»cept. 2, 25. c. pastoralis. 4." Rectius L. 3. et Rf. 2. »X. G. de iud. 2, 1. c. pastoralis. 14." — Innoc. 3.

39) Rf. 2. add. »Ad idem X. G. de procu»rat. 1, 38. c. dilectus. 11., u. d., quod pro»curator generalis, si dubitat de facto, debet »habere inducias deliberatorias, ut consulat »dominum suum. . ." Gregor. 9.

40) *compellendus est.* — Nonnulli codd. Rf. 2. et libri ed. »non est compellendus."

41) *nisi, credat vel non credat esse.* Ita codd. T., A. E. Hal., et L. 4. — Al. »nisi »quod credat vel non credat esse verum." L. 3. et similit. codd. Rf. 2.

42) H. d. et l. test. *Bonaguid.* summ. part. 4. tit. 2. pag. 317.

De confessis in iure. [1]) T. 4.

Quoniam interrogatus in iure interdum confitetur et interdum negat, et in confitentibus nullae sunt partes iudicis, ut Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. proinde. 25. §. ult., ideo post tractatum interrogationum consequenter de confessis in iure videamus, quaerentes, quid valeat confessio facta in iure, quae sunt necessaria, ut confessio praeiudicet, et utrum confessio in iure facta valeat revocari.

§. Tantum valet confessio facta in iure, ut qui confitetur, pro convicto [2]) habeatur, ut Cod. de confess. 7, 59. l. un.; quodam enim modo sua sententia damnatur, ut Dig. e. t. 42, 2. l. 1.; item in evangelio dictum a Domino legitur: „ex ore tuo te iudico, serve nequam." [3]) §. 1.

Contra se quis confiteri potest, et statur confessioni eius contra se [4]), pro se vero minime. ut C. 14. q. 2. §. 1. [5]) X. 3. de confess. 2, 10. c. un. [6])

§. Multa sunt necessaria ad hoc, quod confessio sua praeiudicet alicui; quae his versibus comprehenduntur: §. 2.

> **Maior. sponte. sciens. contra se. ubi ius sit, et hostis.**
> **Certum. nec natura, favor, lis, iusve repugnet. [7])**

quae omnia qualiter intelligenda sunt [8]), diligenter discutiamus.

„Maior" ideo dicitur, quoniam, si pupillus confiteatur, ei non praeiudicat, quia ipso iure tutus est, pubes autem minor viginti quinque annis tenetur ex confessione sua, sed contra eam restituitur, petita restitutione, si ex ea laedatur. ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. penult. Dig. de minorib. 4, 4. l. si ex causa iudicati. 9. §. 2.

„Sponte" ideo dictum est, quia confessio per metum extorta non praeiudicat. C. 15. q. 6. c. 1. C. 31. q. 2. c. Lotharius. 4. [9]) X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. c. ad hoc Deus. 1. [10]) Dig. de quaestionib. 48, 18. l. 1. [11])

---

1) Ita vulg. — Al. „De confessis." L. 4. — „De confessis et in iure recusatis." Ham. — „De confessione in iudicio." L. 3. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de confessionib. „Tancr. posuit hanc rubr., et est „quarta tertiae partis."

2) *pro convicto.* — Rf. 2. „pro iudicato vel „convicto."

3) Cf. *Pill.* part. 2. §. 11. pag. 31. vers. 23. et seq.

4) *et statur conf. eius contra se.* — Rf. 1. 2. „ut stetur eius confessioni, ut condemnet „se."

5) *Gratian.* vers. contra se enim etc.

6) c. cum super electione. 2. X. G. e. t. 2, 18. Innoc. 3.

7) *Certum . . . repugnet.* Vulg. — Al. „Certum, nec favor naturalis iusve repu„gnet." B. — „Nec natura, rei favor, aut „lis, iusve repugnet." L. 2. (et ita *Damasum* tit. 34. pag. 78. scripsisse puto.) — „Nec natura „neget, favor, lis, iusve repugnet." A. — Cf. *Gloss.* ad C. 2. q. 1. c. 1. in v. confessum. (*Io. Andr. ad D. sp.* l. 1. §. 1. in v. l. un. „versus, quos ponit etiam Iohann. C. 2. q. 1. „c. 1. et Tancr. ubi supra." Vid. not. 1. ad h. t.) et *Gloss.* ad l. un. Cod. de confess. 7, 59. in v. solvere. sub f.

8) *sunt.* Ita vulg. libri manuscr. — Al. „sint." L. 2.

9) *C. 31. q. 2. c. Lothar.* (cf. *Gloss.* in v. violentiam.) Rf. 1. 2. om.

10) c 1. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. verb. „dicebat mulier se virum habere suspectum, „. . quia in domo eius coacta fuerat se adul„teratam cum pluribus confiteri." Haecce verba „quia etc." Raym. om., sed servaverunt istud c. B.B. et Rf. 2.

11) In codd. Rf. 1. 2. ex hac l. enotata sunt verba pr. et §. 1.

Sequitur „sciens", et hoc ideo dicitur, quia, si erravit, dum confessus fuit, per errorem facti, et probet se errasse quandocumque ante sententiam, non praeiudicat confessio. ut Dig. de confess. 42, 2. l. non fatetur. 2. Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. qui iusto errore. 10. Cod. de iur. et fact. ignor. 1, 18. l. error facti. 7. [12]

„Contra se," quoniam bene creditur cuilibet confitenti contra se et non pro se. ut C. 14. q. 2. §. 1. [13] Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. 1.

„Ubi ius sit," hoc est, in iudicio et coram suo iudice, ut [14] Cod. de confess. 7, 59. l. un. [15] X. 3. e. t. 2, 10. c. un. [16]), quoniam, si extra iudicium quis confiteatur, etiam contra se, non praeiudicat sibi. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. ult. [17] Quod quidem verum est, nisi ad hoc fiat confessio extra ius, ut ex ea obligetur vel praeiudicium confitenti generetur, quia talis confessio vim pacti habet in se, ut C. 3. q. 9. §. si debitum. (c. 15. §. 1.) [18] et Cod. de non num. pec. 4, 30. l. cum ultra. 9. [19] et l. in contractibus. 14. [20] et in multis legibus ibi positis [21]), vel nisi ex confessione extra ius facta scandalum generetur. ut X. 3. de excessib. praelat. et subdit. 5, 14. c. quam grave. 2. [22] — „Coram suo iudice" ideo diximus, quia confessio facta coram non suo iudice non praeiudicat. ut X. 1. de iud. 2, 1. c. at si clerici. 6. [23] et C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 8.)

Sequitur in versiculo isto „et hostis." Hoc ideo dictum est, quia, si absente adversario vel eius procuratore fiat confessio, nil valet. ut Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. penult. 3. Dig. de interrog. act. 11, 1. l. ult. [24]

„Certum." Nisi enim, qui confitetur, det certam responsionem de certa vel de certa quantitate, non valet confessio. Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6.

---

12) Rf. 2. add. »Ad hoc facit decretalis »nova X. G. de confess. 2, 18. c. ex parte. 3. » * *." Gregor. 9.

13) Cf. not. sup. 5.

14) Rf. 1. 2. add. »X. 1. de iud. 2, 1. c. »at si clerici. 6." — c. 4. X. G. e. t. 2, 1. — Alexand. 3.

15) *Cod. de conf. l. un.* (Cf. *Gloss.* in v. confessos in iure.) Bs. L. 1. A. M. 1. — Al. vulg. »Dig. de conf. 42, 2. l. 1." (Ham. F. 2. M. 2. »Dig. Cod. . .") — Ed. 3. »Dig. de con»fess. l. certum. 6. §. si quis. 3."

16) c. cum super electione. 2. X. G. e. t. 2, 18. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. confessus.

17) Ibi in *Gloss.* in v. non posse. »item »nec extra ius."

quoniam (h. pag. vers. 9.) . . *l. ult.* Rf. 1. 2. om.

18) *C. 3. q. 9 §. si debitum.* (cf. *Gloss.* ad l. c. 15. pr. in v. audierunt. vers. sunt tamen hic alia duo specialia.) Rf. 1. 2. om. Cf. not. seq. 21.

19) *l. cum ultra.* — Rf. 1. 2. apte substit. »l. frustra * *. 6."

20) Cf. *Gloss.* ad §. 1. in f. in v. penitus.

21) Ed. 3. add. »Confessio extra iudicium »facta nocet, cum certa causa adiicitur in »confessione; ut fateor me debere centum »ex causa emtionis, aut decem recepisse, »quae mihi debebas ex causa venditionis. »Tales quippe confessiones extraiudiciales, »si postea in iudicio probentur, vires habent. »ut Cod. de non num. pec. 4, 30. l. generali»ter. 13. et C. 3. q. 9. c. testes. §. si debi»tum." Cf. not. sup. 18.

22) c. 9. X. G. e. t. 5, 31. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. publice confiteri.

23) c. 4. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3.

24) *Dig. de interr. act. l. ult.* Rf. 1. 2. om.

et Dig. de interrog. act. 11, 1. l. de aetate. 11. §. nil interest. 7. Et plene dictum est supra titulo proximo [25]).

„Nec natura.” Hoc ideo, quia falsae [26]) confessiones naturalibus convenire debent; alias non praeiudicant; ut si dicam illum filium meum, qui est maioris aetatis, quam ego, ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. confessionibus. 13., vel si confiteor in iure me illum servum interfecisse, qui vivit, Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. ita vulneratus. 51. §. ult. [27]), vel si confiteor illum servum esse meum, qui tempore confessionis mortuus est. Dig. de interrog. act. 11, 1. l. si ante aditam. 15. §. 1. [28])

„Favor” ideo subiungitur [29]), quoniam si ingenua se confiteatur ancillam, dummodo postea probet contrarium, talis confessio non praeiudicat ei in favorem libertatis, ut Cod. de liberal. caus. 7, 16. l. interrogatam. 24.; item favor matrimonii facit, quia nulla confessio facta contra matrimonium publice contractum ei praeiudicare potest. ut X. 2. de eo, qui cognov. consang. ux. 4, 7. c. super eo. 4. [30]) arg. X. 1. de clandest. despons. 4, 3. c. ult. [31])

„Lis” ideo dicitur, quia non valet confessio, nisi fiat super re, unde litigium et controversia est. ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. confessionibus. 13. arg. X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. ult. [32])

„Iusve repugnet.” Hoc ideo dictum est, quia confessiones ita demum ratae sunt, si id, quod in confessione venit, ius recipere potest. [33]) ut Dig. de interrog. act. 11, 1. l. is cui. [34]) 14. §. ult. Ius enim non patitur, quod Iudaeus habeat servum Christianum, ut Dist. 54. c. mancipia. 13. c. nulla. 14. [35]); et ideo, si Iudaeus confiteatur Christianum mancipium suum esse, cuius nomine noxaliter convenitur, ei non praeiudicaret [36]) talis confessio. Vel si confiteatur Christianus

---

25) h. part. tit. 3.

26) *falsae*. Ita (»fl'e.” »false.”) vulg. libr. manuscr. — Al. »factae.” (fcē.) A. L. 3. — Cf. seq. l. confessionibus.

27) *l. ita vulneratus. §. ult.* — Apte Rf. 1. 2. »si quis hominem * *.” (l. 23. §. ult.) et libr. ed. »l. inde Neratius. §. si quis hominem » * *.”

28) *Dig. de int. act. l. si ante ad. §. 1.* Rf. 1. 2. om.; sed Ed. 3. restit. »Dig. de interrog. »act. l. si ante.”

29) *subiungitur*. Vulg. — Al. »subiunxit.” B. L. 2. A.

30) c. 5. X. G. e. t. 4, 13. Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. confessionem.

31) *arg.* (a contrario sensu.) *X. 1. de clandest. desp. c. ult.* (c. quod nobis. 2. X. G. e. t. 4, 3. Alexand. 3.) Rf. 1. 2. om.

32) c. cum olim. 32. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. — B.B. codd. A. E. „X. G. de eff. »iud. del. c. ult.” Male.

33) *Iusve rep. Hoc ideo dict. est, quia conf. ita demum ratae sunt, si id . . . recip. potest.* — Ex vitioso fortasse libro auctor Rf. 1. »Iusve »rep. Hoc ideo dict. est, quia conf. l' de m'o »iure sunt, si id . . . recip. potest.” — Inde Rf. 2. »Iusve rep., dictum est, quia conf. de »mero iure ita sunt, ut quod . . . rec. possit.” — Hinc vero libri ed. »Iusve rep., dicitur. »Nam dictum est, quod conf. de mero iure, »ita fiant, ut id . . . rec. possit.”

34) *is cui.* — Ita codd. T., nec non A. E. Hal., et L. 4. — Al. »is cuius.” Codd. Rf. 2. — »si is cuius.” L. 3. et libri ed.

35) *c. nulla.* Rf. 1. 2. om.
Ed. 2. 3. 4. add. »l. 4.” (Ed. 4. »l. IIII.” — Fuerit l. LIIII., hod. l. 56.) »Cod. de episc. »et cler. 1, 3. §. fin.”

36) *praeiudicaret.* B. Bs. L. 2. et codd. B.B. — Al. »praeiudicat.” L. 1. et codd. Rf. 1. 2.

se contraxisse cum Iudaea, non praeiudicat ei, quia non potest contrahi matrimonium inter homines diversae professionis. ut C. 28. q. 1. c. cave Christiane. 15.[37])

§. 3. §. Ultimo videndum est, utrum confessio valeat revocari. Et sciendum est, quod confessiones, quae fiunt ante litis contestationem, revocari possunt iusta de causa, ut probatum est supra in titulo de interrogationibus, quae fiunt ante litem contestatam[38]). Si vero in iure, hoc est lite contestata, facta sit confessio ab advocato[39]), praesente clientulo suo, praeiudicat illa confessio principali personae, nisi ipsa[40]) principalis persona revocet eam[41]); quod facere potest usque ad triduum. ut Cod. de error. advoc. 2, 10. l. 3.[42]) X. 3. de censib. 3, 37. c. olim causam. 5.[43]) Si autem principalis persona confiteatur in iure, et sit talis confessio et talis persona, quae praeiudicare debeat, sicut supra monstratum est[44]), statur ei, nec revocare eam potest, nisi probet se errasse, tunc revocare eam potest, probato errore, usque ad sententiam, sed non postea. ut Cod. de iur. et fact. ignor. 1, 18. l. error facti. 7.[45])

De confessionibus super criminibus factis, an revocari possint, merito quaeritur. Et dicunt quidam, quod confessio super criminibus facta non praeiudicat confitenti, nisi confitens perseveret in ea, quoniam reorum confessiones pro exploratis facinoribus non habentur. ut Dig. de quaest. 48, 18. l. 1. §. divus Severus. 17.[46]) et §. si quis ultro. 27. arg. X. 2. de clandest. despons. 4, 3. c. ex literis. 3.[47]) Sed dominus Azo dicit, et credo bene[48]), quod confessio semel

---

37) Ed. 3. add. „Si vero confiteatur illud „vel illud iuris esse, nihil agit. De iure enim „mentiri potest nemo, cum stabile habeat „fundamentum. ut Cod. de iur. et fact. ign." (Fuerit Dig. de iur. et f. i. 22, 6.) „L. 2."

38) part. 2. tit. 21. §. 2.

39) *Si vero in iure . . ab advocato.* — Ed. 3. „Si vero in iure, i. e. post litem contesta„tam, facta sit confessio a procuratore man„datum habente, praeiudicat domino. ut X. „G. de sent. et re iud. 2, 27. c. suborta. 21." (c. 11. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. per confessionem.) „et Dig. de interrog. „act. 11, 1. l. qui servum." (pr. in f.) „Si „mandatum non habeat, non nocet. ut Dig. „de interrog. act. 11, 1. l. si sine. 9. §. Cel„sus. 4. et Dig. de confess. 42, 2. l. certum. „6. §. sed an. 4." (Ibi *Pau. de Castr.* „Confes„sio . . . procuratoris generalis non praeiu„dicat domino.") „Si ab advocato fiat. ."

40) *ipsa.* Vulg. — Al. „illa." L. 1. 2. A. Hal. L. 3. M. 2.

41) Ed. 3. add. „ut X. G. de censib. c. „olim." Cf. seq. not. 43.

42) Rf. 1. et similit. Rf. 2. (ex l. 1. et ex l. 3.) add. „ea, quae advocati praesentibus „dominis litium allegant, perinde habenda „sunt, ac si ab ipsis dominis proferantur, „nisi in continenti, i. e. triduo proximo, ipsi „domini contradixerunt."

43) *X. de censib. c. olim causam.* (c. 20. X. G. e. t. 3, 39. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. non revocata.) Ed. 2. 3. 4. om. Sed vid. not. sup. 41.

Rf. 2. add. „Et dicit decretalis nova, „quod procurator potest revocare confessio„nem erroneam advocati. ut X. G. de appell. „2, 28. c. cum causam. 62." Honor. 3.

44) h. t. §. 2.

45) Rf. 2. add. „Ad idem X. G. de con„fess. 2, 18. c. ex parte. 3." Gregor. 9.

Ceterum cf. h. part. tit. 15. §. 4. vers. verumtamen.

46) *§. divus Severus.* Rf. 1. 2. om.

47) c. 5. X. G. de divort. 4, 19. (Alexand. 3.) et ita recte B.B. cod. Hal. — Al. male „X. G. de cland. desp. ex literis." A. E. L. 3. — Rf. 2. om.

48) *et credo bene.* Bs. L. 1. E. Hal. — Al.

sponte facta in iure super criminibus praeiudicat confitenti. ut Dig. de custod. et exhib. reor. 48, 3. l. si confessus. 5.[49]); et decretales hoc expressius dicunt.[50]) X. 3. de elect. 1, 6. c. per inquisitionem. 11.[51]) et X. 3. de confess. 2, 10. c. un.[52]) Et quod dicitur in l. illa Dig. de quaest. reor. 48, 18. l. 1., quod reorum confessiones pro exploratis criminibus non habentur, locum habet in confessionibus cruciatu extortis, et quare non sit standum talibus confessionibus, ratio est in eadem lege §. quaestioni. 23. Ad illam decretalem „ex literis." potest responderi, quod speciale est in matrimonio, vel quia compulsa est ad talem confessionem interveniente necessitate, vel quia[53]) perseveravit in illa; nec tamen dicitur ibi, quin[54]) tali confessioni sit standum.[55])

De probationibus.[1]) T. 5.

Diximus in praecedenti titulo, quid iuris sit, cum interrogatus in iure confitetur. Consequenter videamus, quid iuris sit, cum reus negat id, quod ab actore proponitur; tunc enim onus probationis incumbit actori, quoniam ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat, ut Dig. de probat. 22, 3. l. 2.; et ideo de probationibus videamus, quaerentes, quid sit probatio, quis debeat probare, et cui, quid debeat probari, et quando, et quot sunt species probationum[2]).

§. 1. §. Probatio est rei dubiae per argumenta facta demonstratio[3]). Et dicunt quidam, quod probatio dicitur ab adverbio probe, quoniam qui probat, probe agit[4]).

§. 2. §. Probare debet actor et accusator, qui aliquid dicunt, si reus negat, ut Dig. de probat. 22, 3. l. ei incumbit. 2.[5]) X. 1. de probat. 2, 12. c. 1.[6]) et C. 4. q. 3. §. item in criminali. vers. qui intendit. (c. 3. §. 35.), quoniam actore non

---

„et bene credo." B. L. 2. A. L. 3. — Rf. 1. 2. om.

49) *Dig. de cust. etc. l. si conf.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* Vid. not. seq. 50.

Cf. *Azo.* summ. Cod. tit. de confess. 7, 59. num. 13. 14.

50) *et decret. hoc expressius dic.* — Rf. 1. „expressum." — Rf. 2. „habes expresse." — Genuin. context. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de confess. §. 1. num. 4. „Tancr. dixit, quod decretales sequentes „probant melius, quam lex."

51) c. 26. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. recognovit.

52) c. cum super electione. 2. X. G. 2, 18. Innoc. 3.

53) *quia.* L. 2. — „quod." L. 3. — Vulg. om.

54) *quin.* B. Bs. L. 2. E. — Al. „qui" L. 1. — „quod." A. L. 3. — „quod in." Hal.

55) Cf. *Gloss.* ad l. c. 5. X. G. de divort. 4, 19. in v. admonita.

Ad illam (h. pag. vers. 7.) . . *standum.* Rf. 2. om. Cf. sup. not. 47.

1) Ita vulg. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de probat. „Tancr. etiam" (hanc rubr.) „posuit; et est quinta tertiae partis."

2) Hor. membr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. tit. pr. in v. probationum.

3) *per arg. facta dem.* (cf. *Tull.* topic. c. 2. verb. argumentum autem.) — Rf. 1. 2. „per „arg. faciens fidem cum iuramento." — al. „asseveratio per arg. f. f. c. iuram."

4) Ita *Placentin.* summ. Cod. h. t. 4, 19. Cf. *Azo.* summ. Cod. e. t. num. 1.

5) *ei incumbit.* — Rf. 1. 2. „ei qui." — Ed. 3. „eum qui. 22."

6) c. ex epistolae verb. 1. X. G. e. t. 2, 19. Gregor. M.

probante reus, etsi nil praestiterit, absolvetur [7]), ut Cod. de edend. 2, 1. l. qui accusare. 4. C. 2. q. 5. §. 1. [8]) X. 3. de caus. poss. et propr. 2, 5. c. 1. [9]); et hoc ideo, quia negantis factum per rerum naturam nulla [10]) est probatio, ut Cod. de probat. 4, 19. l. actor. 23. et C. 6. q. 5. per totum. [11]). X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3. [12]); unde cum quis negat simpliciter factum, nihil probare tenetur. Si vero negat ius, puta dicit aliquis adversarium suum aliquo iure prohibitum, ne liceat ei advocare, vel agere, vel testes inducere, seu aliqua facere, quae iure communi conceduntur, illud ius probare debet, quo dicit eum prohiberi. ut Dig. de probat. 22, 3. l. ab ea parte. 5. [13])

Et nota, quod licet sit generaliter verum, quod reus probare non teneatur, tamen quaedam faciunt, ut onus probandi transferatur in reum [14]), haec scilicet: exceptio, pro actore praesumtio, spontanea probationis assumtio, iuramenti delatio, actoris privilegium, rei delictum, et cum rei negativa habet affirmativam implicitam.

Exceptio transfert onus probationis in reum; puta, peto a te decem, et tu excipis, quod solvisti [15]); vel peto a te fundum et probo meum, tu excipis, quod

---

7) *quon. act. non prob. . . absolvetur.* — Horum loco Rf. 1. et similit. Rf. 2. post verba, ex l. c. 3. §. 35. transcripta: »Idem habetur X. 3. ut eccles. benef. sine dem. »conf. 3, 10 c. ut. nostrum." (c. un X. G. e. t. 3, 12. Innoc. 3.) »u. d., quod explorati iu»ris est, quod actore non probante is, qui »convenitur, etsi nihil praestiterit, obtine»bit."

8) *C. 2. q. 5. §. 1.* (deficientibus etc.) Rf. 1. 2. om.

9) c. cum ecclesia. 3. (vers. f.) X. G. e. t. 2, 12. Innoc. 3. — Codd. B.B. male: »X. »G. de c. poss. et pr. c. 1."

10) Rf. 1. 2. add. »directa." — Cf. ult. h. §. vers. alias generaliter etc.

11) *per totum.* — Rf. 1. 2. »c. actor. 2. ubi »est ead. l." (23.) »canonicata."

12) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3. — Rf. 1. 2. hoc c. om., et substit. »X. 4. de pro»bat. 2, 6. c. quoniam contra. 3." siv. c. 11. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. in conc. Lateran. a. 1215. Ibi verb. »nulla directa probatio »etc." Cf. not. sup. 10.

Prioris part. hui. §. 2. test. *Durant. sp.* l. tit. §. 1. pr. et ibi *Io. Andr.* in v. super hoc.

13) Ex *Gloss. T.* »Negativa facti non pot»est probari, quia, etsi testes essent produ»cti, causam dicti sui non possent reddere; »et ita nullum esset eorum testimonium. ut »Cod. de testib. 4, 20. l. sola. 4. Negativa »iuris probari potest, quia, qui negat ius, »probare debet aliquid esse prohibitum ex »lege vel constitutione; et iam probat, quod »negat. Dig. de probat. l. ab ea parte. Casus. »Dicitur in ista lege, quod aliquod ius debet »probari; et est ratio, quia per leges et con»stitutiones potest quis probare, quod asse»verat. Unde si quis negaverit emancipatio»nem recte factam, debet dicere, quare non »fuit recte emancipatus et quo iure impedi»tus."

14) *transferatur in reum.* Bs. L. 1. E. et codd. Rf. 1. 2. — Al. »transeat in reum." B. L. 2. A. Hal. L. 3. — *Durant.* »quaedam sunt, quae transferunt etc." — Et eorum fere omnium, quae de sequentibus prioribus sex casibus infra dicta sunt, test. *Durant. sp.* l. tit. §. 1. num. 10 — 13. atque ibi *Io. Andr.* ad num. 9. in v. in eum. De septimo casu cf. not. 40. ad h. t. — Vid. etiam not. Tancr. in *Gloss.* ad c. un. X. G. ut eccles. benef. sine demin. conf. 3, 12. (c. un. X. 3. e. t. 3, 10. Innoc. 3.)

15) B.B. cod. L. 3. add. »ut Cod. e. t. 4, »19. l. 1."

praescripsisti; has exceptiones probare teneris, quoniam in exceptionibus reus fit actor. ut Dig. de probat. 22, 3. l. in exceptionibus. 19. Dig. de except. 44, 1. l. 1. X. 1. de probat. 2, 12. c. ex literis. 2. in f.[16]) C. 16. q. 3. c. inter memoratos. 6. X. 3. de praescr. 2, 17. c. auditis. 5.[17]) Et hoc quidem verum est, si reus excipiendo aliquid asserat. Ceterum si excipiendo negat, secus est; ut patet in exceptione non numeratae pecuniae, quoniam ea a reo proposita actor tenetur probare numerationem et non reus exceptionem. ut Cod. de non num. pec. 4, 30. l. si ex cautione. 3.

Praesumtio, quae est pro actore, transfert onus probationis in reum; — quia, si frater petit a fratre partem praedii, quod fuit patris communis, quamvis reus neget illud pertinere ad actorem, tamen probare debet, qualiter ad se tantum pertineat; alias succumbet in causa, ut Cod. de probat. 4, 19. l. sive possidetis. 16.[18]); — item, si aliquid relictum fuerit in testamento episcopo ab extranea persona, praesumitur, quod intuitu ecclesiae sit ei relictum; unde, licet episcopus sit in possessione et neget illud pertinere ecclesiae, probare debet sibi soli relictum, ut X. 3. de testam. 3, 19. c. requisisti. 3.[19]); — item, si episcopus petit ecclesiam, quam alter detinet, ex quo fundata est in eius dioecesi, qui dicit illam non esse episcopi, probare debet, quamvis neget. ut X. 3. de religios. dom. 3, 28. c. constitutus. 2.[20]) et de praescr. 2, 17. cum non liceat. 2.[21]) — Similem translationem probationis in reum invenies Dist. 100. c. contra morem. 8.[22]) X. 1. de praesumt. 2, 16. c. quia verisimilitudinem. 11.[23]) et de rest. spol. 2, 9. c. sollicite. 1.[24]) X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3.[25]) Dig. de probat. 22, 3. l. quinquaginta.[26]) 12. et l. cum de indebito. 25.[27])

---

16) c. 3. X. G. e. t. 2, 19. Luc. 3.

17) c. 15. X. G. e. t. 2, 26. Innoc. 3.

C. 16. q. 3. . . c. auditis. Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l. not. 14.

18) Cf. *Gloss.* in v. constituti. — Ex *Gloss. T.* »est ratio, quia praesumendum est, »quod pater non dedisset emancipatis illa »praedia, exheredando exsistentes in patria »potestate."

19) c. 15. X. G. e. t. 3, 26. Innoc. 3.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Item, si »episcopus petat ab ecclesia in sua dioecesi »constituta procurationem vel obedientiam, »qui negat ei debere se obedientiam exhi»bere, probare debet se esse exemtum, ut »X. 3. de praescr. 2, 17. c. cum non liceat. »2." (c. 12. X. G. e. t. 2, 26. Innoc. 3.), »ubi »reprehenduntur quidam priores, qui nole»bant suo episcopo obedire, cum eorum ec»clesiae essent in sua dioecesi, nec praeten»debant aliquod privilegium, quare essent »immunes;" (cf. verb. a Raym. om.) »unde »dicitur ibi, quod non obstante aliqua prae»scriptione ei exhibeant debitam reveren»tiam et honorem."

20) c. 6. X. G. e. t. 3, 36. Innoc. 3.

21) *X. de praescr. c. cum non lic.* in Rf. 1. 2. in al. loc. translatum. Vid. not. sup. 19.

22) Cf. *Gloss.* ad §. 1. in v. ostendi.

23) c. quia verisimile. 10. X. G. e. t. 2, 23. Alexand. 3. Ibi summ. »Efficacior proba»tio requiritur ab eo, qui probare vult illud, »quod non est verisimile." Cf. *Gloss.* in v. concesserit. — Rf. 1. 2. hoc c. om. Servavit *Durant.* l. l. not. 14.

24) c. 2. X. G. e. t. 2, 13. Alex. 3. Cf. *Gloss.* prior. verb. in v. quia non est verisimile.

25) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. verisimile.

26) *quinquaginta.* Ita codd. T. et B.B., nec non *Durant.* l. l. not. 14. — De var. lect. cf. *Gloss.* in v. quingenta.

27) *Dig. de probat. . . indebito.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l. not. 14.

Spontanea probationis assumtio: quia, si reus vult onus probationis subire, mos ei gerendus est, ut probet. ut [28]) Dig. de probat. 22, 3. l. circa. 14. C. 28. (29.) q. 2. c. cuius rei causa. 6. [29]) X. 1. de rest. spol. 2, 9. c. licet multum. 7. [30])

Item iuramenti delatio: quoniam si iuramentum defertur reo a iudice, suscipere ipsum debet, et si praestat, cedit loco probationis. [31]) ut C. 16. q. 3. c. dilectio. 7. C. 31. q. 2. c. si verum. 1. [32]) X. 2. de probat. 2, 10. c. sicut consuetudo. 1. [33]) Dig. de iureiur. 12, 2. l. iuramentum etiam. 27. [34]) et l. manifestae. 38.

Actoris privilegium transfert onus probationis in reum; quoniam qui repetit tamquam indebitum, quod prius solverat, regulariter debet probare indebitum, sed si persona privilegiata sit is, qui repetit indebitum, puta pupillus, vel minor, miles [35]), vel agricola, reus debet probare se debitum recepisse.

Item rei delictum: quia si reus, a quo indebitum solutum repetitur, negat se pecuniam ab actore recepisse, actore probante solutionem, reus habet necesse probare se debitum recepisse.

Hos duos casus habes Dig. de probat. 22, 3. l. cum de indebito. 25. [36])

Negativa implicita, quae habet in se affirmativam, probari debet a reo, quia quodammodo asserendo inficiatur vel negando asserit. ut X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3. in f. [37]); — puta, filiusfamilias negat se esse in potestate patris sui vel emancipationem suam negat recte factam, probare debet, quamvis neget, ut Dig. de probat. 22, 3. l. ab ea parte. 5. §. si quis negat. 1. et l. si filius. 8.; — item si negat testatorem fuisse sanae mentis, quia negando implicat eum alienum a mente, hoc

---

28) B.B. cod. L. 3. add. »Cod. de inoff. »test. 3, 28. l. liberi. 28." Cf. *Pill.* part. 3. §. 6. pag. 55. vers. 19.

29) Cf. *Gloss.* in v. probare.

30) c. 1. X. G. e. t. 2, 13. Gregor. M. *Dig. de probat. . . multum.* (servat. in *Durant. sp.* l. l. not. 14.) — Horum loco Rf. 1. et similit. Rf. 2. »arg. X. 3. de privil. 5, 16. c. »cum olim. 2." (c. 12. X. G. e. t. 5, 33. Innoc. 3.) »u. d. . . nisi" (cf. not. *Richter.* 56. ad h. c. 12.) »onus probationis pars altera subiis»set."

31) *Item iuram. del. . . probationis.* (cf. *Durant.* l. l. not. 14.) — Rf. 1. 2. »Item iuram. »del. facit, ut reus probet."

32) *C. 16. . . verum.* Cum alii aliter de intellectu hor. loc. sentirent, (cf. *Gloss.* ad c. dilectio in v. offerre. et ad c. si verum. in v. ab ipso. i. e. ex parte eius etc.) Rf. 1. 2. om. Sed servavit *Durant.* l. l. not. 14.

33) c. 2. X. G. e. t. 2, 19. Alexand. 3.

34) *iuram. etiam.* Hanc lectionem partim ex codd. T. et B.B. (»iuram. qui etiam." B. L. 2. — »iuram. et l. qui etiam." L. 3. — »iuram. §. »qui etiam." Bs. E. — »iuram. §. quid etiam." Hal. — »iuram. §. iuramentum. §. qui etiam." L. 1. A.), partim ex *Durant. sp.* l. l. not. 14. (ibi ex libro nostro: »iusiurand. etiam.") sumendam esse puto. — Rf. 1. 2. om.

35) *miles.* Codd. Rf. 2. om. — Ed. 3. »mulier, vel miles."

36) B.B. codd. A. E. add. »et alterum »habes X. G. de solut. 3, 23. c. ult." Gregor. 9.

Post verba l. l. 25., in cuius f. de cautione indebite exposita dictum est, in Rf. 1. 2. transcripta, Rf. 2. add. »Ad idem facit de»cretalis nova X. G. de fid. instrum. 2, 22. c. »si cautio * *. 14." Gregor. 9.

37) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3.

probare debet. ut C. 3. q. 9. c. indicas. 14. [38]) X. 3. de succ. ab intest. 3, 20. c. cum dilectus. (un.) [39]) Cod. de codicill. 6, 36. l. nec codicillos. 5. [40])

Alias generaliter verum est, quod qui factum simpliciter negat, probare non debet, sicut supra dictum est [41]), quia negativa directe probari non potest. Indirecte autem bene probatur, hoc modo: tu petis a me decem, quae dicis a me tibi promissa; ego nego me promisisse; tu probas promissionem per instrumentum tali die et tali loco confectum; si probo me die illo longe extra provinciam illam fuisse, probatur negativa mea indirecte, nec creditur instrumento. ut Cod. de committ. stipul. 8, 38. l. optimam. 14. Similem casum habes X. 3. de testib. 2, 12. c. ex tenore. 8. [42])

§. 3. §. Cui probari debet? Iudici tantum et non adversario; licet praesens esse debeat adversarius. ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11. [43]) X. 1. de rescr. 1, 2. c. inter ceteras. 4. [44]) et C. 4. q. 3. §. item in criminali. vers. eos testes. (c. 3. §. 33.) [45]) Cod. de testib. 4, 20. l. si quando. 19. §. sed cum. Cod. quib. ex caus. maiores. 2, 54. l. si idcirco. 2. [46])

§. 4. §. Sequitur: quid probari debet? Respondeo, id quod deductum est in iudicium et super quo lis est mota, sive directe, sive in modum exceptionis vel replicationis, quoniam si probatur per testes vel instrumenta aliud, quam in iudicio deductum est, vel si testes inducuntur [47]) ad unum articulum tantum et dicunt super alio, non valet dictum eorum in illo alio articulo. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. de testibus. 2. [48])

§. 5. §. Quando debet probatio fieri? Respondeo, generaliter post litem contestatam, super illo articulo, qui in iudicio deductus est et negatus, ita quod primo probanda est actoris intentio, secundo rei exceptio, ut Cod. de probat. 4, 19.

---

38) *C. 3. q. 9. c. indicas.* (Cf. *Gloss.* in v. ostenderis.) Rf. 1. 2. om., ut supr. not. 26. ad h. part. tit. 3.

39) Cf. not. 27. ad h. part. tit. 3.

40) *Cod. de cod. l. nec cod.* Rf. 1. 2. om., ut supr. not. 25. ad h. part. tit. 3.

Ceterum h. d. »Negativa etc." (pag. 218. vers. 17. et seq.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probat. §. 1. num. 3. in v. affirmativam.

41) Vid. h. §. pr.

42) c. 35. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

43) iudicantem oportet cuncta rimari etc. Cf. *Gloss.* in v. cuncta. Et ib. *Gratian.* ».. »cum fides dubiae rei nisi testium approba»tione . . . iudici fieri non valeat etc."

44) c. 4. X. G. e. t. 1, 3. verb. »iudici quod»cumque istorum constiterit." Alexand. 3.

B.B. codd. A. E. add. »et de testib. 2, »20. c. in nomine. 2." c. 3. X. 1. e. t. 2, 13. (admonendum esse adversarium, ut ad audiendos testes veniat.) Gregor. M.

45) Cf. *Gloss* in v. iudiciariae.

46) *Cod. de testib. . . idcirco.* (iungenda cum supra dictis »licet praesens etc." h. pag. vers. 11.) Rf. 1. 2. om. Genuini context. memoriam servavit *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probat. pr. in v. probationum.

47) *Respondeo, id quod ded. . . inducuntur.* — Brevius, sive per negligentiam, sive ex lacunoso prioris Rf. libro, Rf. 2. »Re»spondeo, id quod in iudicium deductum est, »quia, si inducantur."

48) c. 29. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. non iurati.

Integra fere hui. §. 4. verba recepit *Durant. sp.* l. tit. §. 2. pr. Et ibi *Io. Andr.* in v. testib. »hucusque Tancr."

28*

l. exceptionem. 19.[49]), iuxta doctrinam, quam tradidimus supra in titulo de exceptionibus[50]).

§. 6. §. Species autem probationum sunt sex; probatur videlicet per evidentiam facti, per famam, per praesumtionem, per iuramenti delationem, per testes et per instrumenta[51]).

Per evidentiam facti probatio est, quia si quis clericus habet parvulum filium, probatur incontinens, ut Dist. 28. c. priusquam. 4., vel si habet publice suspectam mulierem in domo sua. ut X. 1. de cohab. clericor. 3, 2. c. de sacerdotibus. 6.[52]) X. 3. e. t. 3, 2. c. tua. 1.[53]). Et in quolibet notorio facti similis probatio est. ut X. 1. de accusat. 5, 1. c. evidentia. 11.[54]) X. 3. de iureiur. 2, 15. c. ad audientiam. 7.[55]) C. 2. q. 1. c. de manifesta. 17.[56]) Nam et iniuria atrox probatur aspectu, ut Dig. de iniur. 47, 10. l. 1.[57]), et integritas corporis eodem modo pro-

---

49) Cf. *Gloss.* in v. exceptionem dilatoriam.

50) part. 2. tit. 5. §. 2. 3.

Istum vers. »quando etc." Tancredi fuisse test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 2. num. 2.

51) Hor. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. tit. §. 3. pr. Cf. *eiusd. add.* ad ist. §. num. 10. »hucusque Tancr."

per evident. facti... instrumenta. — L. 4. »per evident. facti, per iuramenti delationem, »per testes, per instrumenta." Secundae autem Rf. auctor, cum mendoso tali libro uteretur, ista mutavit in hunc modum: »per evi»dent. facti, per aspectum corporis," (cf. h. pag. vers. 11. cum seq. et ibi not. 57.) »per »iuramenti delationem, per testes, per instru»menta, per praesumtionem."

52) *c. de sacerdotib.* (Alexand. 3. — Rf. 1. »u. d, quod sacerdotes, qui publice fornica»rias habent, eas dimittant, vel ab officio et »beneficio spolientur.") haud recept. in coll. Gregor. et om. in B.B. codd. A. E. Hal., sed retent. in B.B. cod. L. 3., in codd. Rf. 2. et in Ed. 1., nec non in *Durant. sp.* l. l. §. 3. num. 9. (Ibi *Io. Andr.* »hanc decretal. non habe»mus, sed fuit in comp. 1. post c. sicut. Er»ratum fuit propter Tancr., qui illam allega»verat.") In Ed. 2. 3. 4. substit. »c. sicut ad »extirpandam." (c. ad exstirpanda. 4. X. G. 3, 2. siv. 5. X. 1. e. t. Alexand 3.) »u. d." (similit. ut in codd. Rf. 2. ad c. de sacerdotib.) »quod si crimen sacerdotum habentium »concubinas publicum sit, eas dimittant, sin »autem obedire recusant, officio et beneficio »spolientur."

53) c. 8. X. G. e. t. 3, 2. Innoc. 3.

54) c. 9. X. G. e. t. 5, 1. Augustin.

55) *X. 3. de iureiur. c. ad audientiam.* accuratius »ad nostram audientiam." (c. 21. X. G. e. t. 2, 24. Innoc. 3.) Hunc enim locum (verb. »manifesta accusatione non indigent." cf. l. c. evidentia.) Tancr. laudare voluisse videtur, quamvis alias (vid. pag. 151. vers. 9.) priora istius decr. verba aliter allegata sunt. Nam c. ad audientiam. 3. X. 3. e. t. (in coll. Gregor. non recept.) ad regulam propositam haud referendum est. — B.B. »X. G. »de iureiur. c. ad audientiam.", sed cod. A. »ad nostram.", et sic *Durant.* l. l. §. 3. num. 9. — Rf. 1. 2. om.

56) *c. de manifesta.* — Rf. 1. 2. »c. mani»festa * *. 15."

57) *Dig. de iniur. l. 1.* Vulg. (al. »Dig. de »iureiur. l. 1." Ed. 1.); et ita recepit *Durant.* Cf. not. seq. 59. — Sed legend. esse videtur »Dig. de fer. 2, 12. l. 2." Cf. ibi *Gloss.* in v. aspectu atrox.

Rf. 1. add. »Item per aspectum corporis »probatur conveniens aetas et vigor. X. 4. »de elect. 1, 3. c. ad nostram. 7." (Innoc. 3. Haud recept. in coll. Gregor.) »ubi mandat »papa quibusdam, ut quendam, qui electus »erat, faciant eorum conspectui praesentari, »ut prae oculis habentes eum considerent,

batur. ut C. 27. q. 1. c. nec aliqua. 4. [58]**). X. 2. de probat. 2, 10. c. proposuisti. 2.** [59]**).**

Per famam etiam probatur. ut C. 4. q. 3. §. item in criminali. vers. item saepe. (c. 3. §. 28.) X. 1. de sponsalib. 4, 1. c. illud quoque. 14. [60]**) X. 2. de testib. 2, 12. c. praeterea. 4.** [61]**) C. 35. q. 6. c. si duo. 4.** [62]**).**

Per praesumtionem probatio fit; — scilicet cum quis corrumpit testes adversarii, praesumitur iniquam causam fovere, ut X. 2. de praesumt. 2, 15. c. pervenit. 1. [63]**) X. 1. de testib. 2, 13. c. intimavit. 18.** [64]**) C. 3. q. 7. §. tria. circa f.** [65]**) (c. 2. §. 14.); — vel, quia frequenter invenitur solus cum sola** [66]**), loco secreto, et personis exsistentibus suspectis, praesumitur, quod sint fornicatae. ut X. 2. de praesumt. 2, 15. c. literis. 2.** [67]**). C. 32. q. 1. c. dixit. 2.** [68]**)**

Per iuramenti delationem factam a parte parti, ut Dig. de iureiur. 12, 2. l. 1. [69]**) et 2. et 1. manifestae. 38.; vel cum defertur iuramentum ab ipso iudice alicui litigantium, puta quia semiplene probavit, tunc delatum parti iuramentum cedit loco probationis. ut Cod. de reb. cred. 4, 1. l. in bonae fidei. 3. X. 2. de pro-**

»utrum valeat episcopale officium exercere. »Item per aspectum corporis probatur pu»bertas. X. 1. de desp. impub. 4, 2. c. ma»nifestum est eum puberem esse, qui gesti»culatione sui corporis talis est, qui pro»creare possit, licet ad metas legibus diffi»nitas non pervenerit. 3." (Gregor. 7. Haud recept. in coll. Gregor.) „Item per aspectum »probantur sumtus facti in administratione. »Cod. de admin. tut. 5, 37. l. lex quae 22." (Cf. *Gloss.* in v. testificatione.) — Rf. 2. »Item »per aspectum probatur aetas ad petendam »restitutionem. ut Dig. de minor. 4, 4. l. mi»nor aspectu. 32." (Cf. *Gloss.* in v. perfectam. et in v. decreto.) »Item per aspectum »corporis probatur pubertas. ut X. G. de »desp. impub. 4, 2. c. puberes. 3." (c. 7. X. 1. e. t. 4, 2. Isidor.) »u. d., certum est, eum »puberem esse, qui ex habitu corporis pu»bertatem ostendit. Item p. asp. prob. sum»tus. ." (ut in Rf. 1.)

58) *C. 27. q. 1. c. nec aliqua.* (cf. *Gloss.* in v. obstetricum. et in v. fallantur.) Rf. 1. 2. om.

59) c. 4. X. G. e. t. 2, 19. Gregor. 8.

Huius vers. »per evidentiam etc." (pag. 220. vers. 6. et seq.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. 1. §. 3. num. 9. in v. quarto.

60) c. 11. X. G. de praesumt. (Ita recte B.B. codd. A. E. Hal., sed in cod. L. 3. retent. »de spoñ.") 2, 23. Alexand. 3.

61) c. 27. X. G. e. t. 2, 20. Coelestin. 3.

62) *C. 35. q. 6. c. si duo.* (cf. *Gloss.* in v. sicut est fama.) Rf. 1. 2. om.

63) *X. 2. de praesumt. c. pervenit.* (c. 4. X. G. de testib. cog. 2, 21. Alexand. 3.) — B.B. codd. Hal. L. 3. »X. de praesumt. c. »pervenit." (in cod. A. om.); et sic plerique codd. Rf. 2., retento eo casu, quem auctor Rf. 1. ex ipsa decretali enotaverat. — Rectius B.B. cod. E., M. 2. et Ed 2. 3. 4. »X. »G. de testib. cog. etc."

64) c. 18. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento.

65) *§. tria circa f.* — Ed. 3. »c. infames. »§. si quis autem."

66) Rf. 1. 2. add. »nudus cum nuda."

67) c. 12. X. G. e. t. 2, 23. Alexand. 3.

Rf. 1. add. »Ad idem X. 2. de praesumt. »c. pervenit." (Cf. not. sup. 63.) »et per to»tum." — Rf. 2. »Ad idem X. G. de prae»sumt. per totum."

68) Cf. *Gloss.* in v. suspicio.

69) *l. 1* Rf. 1. 2. om.

curat. 1, 18. c. ex insinuatione. 3. [70]) X. 2. de probat. 2, 10. c. sicut consuetudo. 1. [71])

Per testes et per instrumenta probatur, ut X. 1. de testib. 2, 13. per totum. X. 1. de probat. 2, 12. c. ex literis. 2. X. 1. de fid. instrum. 2, 15. per totum [72]); et dicemus plene in proximis sequentibus titulis. Et nota, quod hae duae probationum species magis proprie dicuntur probationes, quam ceterae praecedentes.

In summa notandum, quod vera probatio vincit praesumtionem. ut X. 1. de praesumt. 2, 16. c. ult. [73]). Dig. quod met. caus. 4, 2. l. non est verisimile. 23. (pr.) X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3. [74])

Haec de probatione facti locum habent. Probatio vero iuris per leges, canones et consuetudines fieri debet, interdum directe, interdum vero per argumenta [75]), sicut in titulo de allegationibus Deo dante dicemus [76]).

T. 6. De testibus. Qui et quales esse possint. [1])

Tractavimus de probationibus in genere. Nunc per species videamus; et primo de testibus, quia validior est viva vox quam mortua. in Auth. de fid. in-

---

70) c. 3. X. G. e. t. 1, 38. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. clerici.

71) c. 2. X. G. e. t. 2, 19. Alexand. 3.

Rf. 2. add. »Ad hoc facit decretalis nova »X. G. de iureiur. 2, 24. c. iuramentum * *. »36. (pr.)" Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. in probatione.

Vid. h. part. tit. 14. §. 2. vers. est praesumtio probabilis. sub f.

72) *X. 1. de testib. X. 1. de fid. instr.* — B.B. similiter coll. Greg. titulos laudavit. — Rf. 2. »X. G. de testib. 2, 20. per tot. et Cod. »de fid. instrum. 4, 21. per tot."

X. 1. de probat. c. ex literis. (c. 3. X. G. e. t. 2, 19. Luci. 3.) Rf. 1. 2. om.

73) *X. 1. de praesumt. c. ult.* siv. c. quia verisimilitudinem. (c. quia verisimile. 10. X. G. e. t. 2, 23. Alexand. 3. Ibi *Gloss.* in f. cas. »Nota, quod contra verisimilem praesumtio»nem inducuntur testes.") — B.B. codd. E. Hal. »X. G. d. p. c. quia verisimile.", sed codd. A. L. 3. »X. G. d. p. c. ult." et ita etiam *Durant. sp.* l. l. §. 3. num. 10. (sive secund. Tancr., sive aliquem B.B. librum, in quo ita scriptum erat, secutus.) Cf. *Io. Andr. add.* in v. et nota. Ceterum fortasse consulto allegatum est c. ult. X. G. de praesumt. (c. dudum. 9. X. 3. de verb. sign. 5, 23. Innoc. 3.) Ibi in f. »cum prima facie videatur idoneus, »nisi aliud in contrarium ostendatur." — Rf. 1. 2. om.

74) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. verisimile.

75) *per leges . . . argumenta.* — Rf. 2. »per »leges et canones fieri debet, interdum vero »per argumenta." — Genuin. context. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 3. num. 19. in v. dicemus.

76) h. part. tit. 15.

Hui. vers. »haec de probat. facti." test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probat. §. 3. num. 19. in. v. dicemus.

1) Ita noster h. part. tit. 11. — Al. »D. t. »qui possunt esse testes et qui non." B. Bs. (Cf. pag. 223. vers. 5.) — »D. t. et qui. ." L. 2. F. 2. (Similit. hui. tit. test. *Bonaguid.* part. 3. tit. 7. pag. 292.) — »D. t. et primo qui . ." F. 1. Ham. — »De testib." L. 3. 4. — »Qui »possunt (possint) esse t. et q. non." A. Bi. — »Qui possint e. t." M. 2.

Io. Andr. ad D. sp. lib. 1. p. 3. in rubr. de teste. »Tancr. parte tertia fecit de materia »sex" (Ita recte ex opinione Io. Andr., Norimb. Cf. not. 1. ad h. part. tit. 12. — Al. »XI." Mediol. — »undecim." Francof.) »rubricas."

Cf. *Tancr.* summ. de matrim. tit. 37.

strum. §. si vero. (Nov. 73. c. 3.) [2]) Et quoniam plures causae per testes, quam per alias probationes terminantur, et maior altercatio super dictis testium, quam super ceteris probationibus saepissime oritur, ideo de testibus plenissime subiiciamus, per plures titulos tractatum testium dividentes, propter eius prolixitatem. — Primo videndum est, qui possint esse testes et qui non.

Testes possunt esse omnes, qui non prohibentur, quoniam edictum de testibus, sicut de procuratoribus, prohibitorium est; omnes enim, qui non prohibentur, admitti possunt. ut Dig. de testib. 22, 5. l. 1. §. 1.

Prohibentur servi. ut X. 1. de verb. signif. 5, 36. c. forus. 10. §. testes [3]). C. 4. q. 3. §. liberi. (c. 3. §. 40.) Cod. de testib. 4, 20. l. quoniam liberi. 11. [4]) Quandoque tamen creditur servi responso [5]) cum aliis praesumtionibus et in quibusdam casibus, ut C. 4. q. 3. §. servi responso. (c. 3. §. 9.); et tunc cum verberibus recipi debet. ut ibid. §. si autem ea. 17. [6]) Si autem obiiciatur servilis conditio testi, cum inducitur in testimonium, et ipse dicit se liberum a nativitate, recipi debet eius testimonium et in scriptis redigi, servata quaestione in tempus disputationis, et tunc si probatum fuerit, quod sit servus, reprobabitur eius testimonium. Si vero dicat, quod aliquando fuit servus, sed nunc se dicit libertum, non debet recipi, nisi prius demonstret instrumentum libertatis; sed si dicat se non habere copiam instrumenti, recipitur eius testimonium et in scriptis redigitur, sed non utetur eo, qui eum induxit, nisi probet eius libertatem. ut Cod. de testib. 4, 20. Auth. si dicatur. (ad l. 11.)

Prohibentur etiam mulieres testes esse in causis criminalibus et in testamentis. ut C. 33. q. 5. c. mulierem. 17. [7]) X. 1. de verb. sign. 5, 36. c. forus. 10. §. testes. [8]) Dig. de testam. 28, 1. l. qui testamento. 20. §. mulier. 6. In aliis autem causis, sive pecuniariis, sive spiritualibus, sive matrimonialibus, seu aliis quibuscumque, mulieres possunt ferre testimonium, ut in proxima lege [9]) continetur et C. 15. q. 3. c. ex eo. 2. [10]) X. 1. de testib. 2, 13. c. quoniam aliqua. 4. [11]) X. 1. de

---

2) Post transcripta hui. c. verba Rf. 1. et similiter Rf. 2. add. »Ad idem X. 3. de testib. »c. 1., u. d. cum a nobis * *.« c. 28. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

3) *X. de verb. sign. c. forus. §. testes.* (c. 10. X. G. e. t. 5, 40. Isidor. Ibi sub f. »testes »autem considerantur etc.«) Rf. 1. 2. om.

4) *Cod. de testib. l. quon. liberi.* Rf. 1. 2. om.

5) Rf. 1. 2. add. »secundum canones.«

6) Rf. 1. 2. add. »Tamen contra dominum »suum recipi non debent, nec pro domino. »C. 4. q. 3. §. item in criminali. vers. servi » * *. (c. 3. §. 36.)«

7) Cf. *Gloss.* in v. nec testis.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Contra« (Rf. 2., »Contrarium habes«): »X. 1. de te- »stib. 2, 13. c. quoniam. 4.« (c. 3. X. G. e. t. 2, 20. Gregor. M. Cf. *Gloss.* in v. mulieres.) »X. 3. e. t. 2, 12. c. tam literis. 6.« (c. 33. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. foeminas.) »et C. 15. q. 3. c. ex eo. 2.« (Cf. *Gloss.* in v. testimonium.)

8) *X. de verb. sign. c. forus. §. testes.* (cf. *Gloss.* in v. non foemina.) Rf. 1. 2. om. Cf. not. sup. 3.

9) l. l. 20. §. 6. Dig. de testam., quam cum l. 18. Dig. de testib. iungere solebant. Cf. seq. not. 10.

10) Rf. 1. 2. add. font. hui. c. 2. pr. »Dig. »de testib. 22, 5. l. ex eo. 18.«

11) Cf. not. sup. 7.

matrim. contr. interd. eccl. contract. 4, 17. c. videtur. 1.[12]) X. 3. de testib. 2, 12. c. tam literis. 6.[13]).

Prohibetur etiam minor quatuordecim annis in omni causa generaliter, ut C. 4. q. 3. c. 1.; item minor viginti annis in causa criminali. ut e. C. §. testimonium.[14]) (c. 3. §. 14.) Dig. de testib. 22, 5. l. inviti. 19. (§. 1.) et l. testimonium. 20.[15]) Attamen factus pubes potest ferre testimonium de eo, quod vidit in pupillari aetate. — Et idem dicendum est de servo facto libero, quoniam potest ferre testimonium de his, quae vidit tempore servitutis. ut Dig. de verb. sign. 50, 16. l. notionem. 99. §. instrumentorum. 2.[16]). Dist. 37. c. relatum. 14.[17]).

Prohibetur ferre testimonium[18]) indiscretus sive mente captus, sicut repellitur ab officio iudicandi seu postulandi. ut C. 3. q. 7. §. tria. (ad c. 1.) Dig. de postul. 3, 1. l. 1. (2.)[19])

Prohibentur infames et repelluntur a testimonio. ut X. 1. de verb. sign. 5, 36. c. forus. 10. §. penult.[20]) X. 1. de testib. 2, 13. c. ex parte Adae. 23.[21]) X. 2. qui matrim. accus. poss. 4, 12. c. sicut ex literis. 5.[22]) C. 4. q. 3. §. item in criminali[23]). In exceptis tamen criminibus[24]) infames admitti possunt in testi-

---

12) *X. de matr. c. interd. eccl. contr. c. videtur.* (B.B. codd. A. L. 3. male serv. „X. G. „de matr. contract. c. interd. eccl. c. vid." Rectius E. Hal. „X. G. qui matrim. accus. „poss. 4, 18. c. videtur. 3." Clem. 3.) Rf. 1. 2. om.

13) Cf. not. sup. 7.

ut in prox. lege (pag. 223. vers. 26.) . . . *literis.* — Ed. 2. 3. 4. „ut in proximis allega„tionibus continetur."

Tancr. sententiam de admittendo mulierum testimonio „in civilibus etc. et etiam, „ubi de crimine civiliter agitur," allegavit *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 83.

14) *§. testimon.* — Rf. 1. 2. „§. in testimon."

15) *Dig. de testib. l. invit. et l. testimon.* Rf. 1. 2. om.

16) Cf. *Gloss.* in v. quae enim. vers. ultimo no.

17) Cf. *Gloss.* in v. in pueritia.

Hui. vers. „prohib. etiam minor." (cf. h. pag. vers. 3.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 35. in v. omnes.

18) Bs. add. „furiosus."

19) *l. 1.* Ita vulg. — Sol. L. 3. „l. 2." — Sed cf. pag. 93. vers. 6.

20) *X. de verb. sign. c. forus. §. pen.* (c. 10. X. G. e. t. 5, 40. Isidor. Cf. *Gloss.* in v. integer.) Rf. 1. 2. om.

21) c. 7. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3. Cf. *Gloss.* in v. infames et notabiles.

B.B. cod. E. add. „et c. licet. 47." Innoc. 3. conc. Lateran. a. 1215. c. 6. X. 4. h. t. 2, 7.

22) *X. qui matr. acc. poss. c. sicut ex literis.* (Clem. 3. „. . . accusaturus matrimonium „. . ad praesentiam tuam accessit, duos se„cum testes adducens, quos . . vir et mulier „parati erant infames esse in continenti pro„bare, et quia verbis eorum minime adquies„cere videbaris, idem vir ad audientiam no„stram appellavit. Quia vero contracta ma„trimonia sine magna deliberatione separari „non debent, nec contra ea recipi quaestio„nes, fr. t. m. qua., si vera sunt, quae prae„diximus, testes et accusatores ipsius ma„trimonii tamquam suspectos abiicias, nec „tu ipse admittas, nec sinas, quantum in te „fuerit, a quoquam admitti.") haud recept. in coll. Greg., sed retent. in B.B. codd. A. L. 3., in codd. Rf. 2. et in Ed. 1. Recte om. in B.B. codd. E. Hal. et in Ed. 2. 3. 4.

23) *C. 4. q. 3. §. item in crim.* (part. 2.; ibi in f. siv. c. 3. §. 2.) Rf. 1. 2. om.

24) Rf. 1. 2. add. „vel casibus."

monium, ut in simonia et similibus, sed non sine tormento. ut X. 3. de simonia. 5, 2. c. licet Heli. 3.[25]) et C. 4. q. 3. §. si autem ea. (c. 3. §. 17.)

Prohibentur etiam pauperes a testimonio, tam iure fori, quam iure poli. ut C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 3.) et l. prohibentur. (c. 14.)[26]) et in Auth. de testib. §. 1. (Nov. 90. c. 1.) Et dicunt quidam, hoc obtinere in criminalibus causis dumtaxat, et[27]) generaliter obtinere de quibuslibet pauperibus, qui minus quam quinquaginta aureos habent[28]). Mihi videtur hoc dictum esse de his pauperibus tantum, qui obtentu pecuniae praesumuntur supprimere veritatem; quoniam si testis est honestus, ita quod nulla praesumtio sit contra eum, ut pro pecunia mentiatur, licet pauper sit, non est repellendus a testimonio[29]); alioquin enim oporteret dici multos sanctos et viros religiosos et etiam ipsos apostolos a testimonio repellendos, qui pauperes sunt nihil habentes[30]).

Prohibentur etiam infideles contra fideles testimonium dicere. ut C. 2. q. 7. c. si haereticus. 26.[31]) X. 2. de for. comp. 2, 2. c. licet universis. 1.[32])

Praedicta vero septem[33]) genera prohibitionum his versibus comprehende:

Conditio, sexus, aetas, discretio, fama,
Et fortuna, fides: in testibus ista requires[34]).

---

25) c. 31. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3. Cf. verba sub f. h. c. a Raym. om. »nec omnes »exceptiones etc."

26) *l. prohibentur.* Ita codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. »c. prohibentur."

27) *et.* — Ed. 3. »quidam."

28) arg. l. c. 14. siv. l. nonnulli. 10. Dig. de accusat. 48, 2. Cf. *Pill.* part. 3. §. 8. pag. 65. vers. 1. et seq.

29) Rf 1. et similit. Rf. 2. add., »ut X. »1. de testib. 2, 13. c. si qui testium. 24." (c. 8. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.) »ubi probatur »aperte, quod pauperie depressi in testimo»nium admittuntur."

30) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Prohiben»tur laici contra clericos ferre testimonium." (Rf. 2. parum apte add. »X. G. de testib. 2, 02. »c. testimonium. 54." Gregor. 9.) »Quod verum »est in causa criminali, X. 1. de testib. 2, 13. »c. de cetero. 14." (c. 14. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.) »C. 2. q. 7. c. laici. 14 et c. lai»cos. 5., u. d., quod clerici infesti sunt laicis, »et e. q. per totum; nisi tantum civiliter aga»tur, quia tunc recipiuntur, sicut dictum est »supra de iudiciis criminum." (Cf. not. 65. ad part. 2. tit. 7.) »Si autem causa civilis agi»tetur contra clericum, bene etiam admittun»tur in testimonium laici. X. 1. de testib. 2, »13. c. ad haec quia praefati. 22." (Eugen. 3. Exonien. et Vigornien. episcopis. »Ad haec »quia praefati clerici scripta authentica non »habent, quibus muniri possint, . . . mand., »ut omnes illos clericos, sive laicos, quos »isti clerici nominaverint, moneatis, ut rei »veritatem, quam super ipsa causa noverint, »vobis aperiant." Haud recept. in coll. Gregor.; sed in plerisque codd. Rf. 2. servat. »c. ad haec." Al. subst. »X. G. de testib. 2, »20. c. tam literis. 33." i. q. c. 6. X. 3. e. t. 2, 12. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. foeminas.) »Si»militer clericus contra laicum in accusatio»ne ferre testimonium non potest. C. 2. q. 7. »c. sacerdotes. 51." (Rf. 2. »c. sicut sacerdo»tes. 6.")

31) *C. 2. q. 7. c. si haereticus.* Rf. 2. om.

32) c. 23. X. G. de testib. 2, 20. Cf. *Gloss.* in v. conservationis.

33) *septem.* — Servat. in Rf. 1. 2. — Ed. 2. 4. om. — Ed. 3. »octo." — Cf. not. sup. 30. et not. seq. 34.

34) Cf. *Gloss.* ad l. 3. pr. Dig. de testib. 22, 5. in v. inimicitiae. in f. et *Gloss.* ad c. 2. X. G. de testib. 2, 20. in v. vilissimi.

Rf. 1. 2. add. »Et consanguinei, pariter-

Item prohibentur a testimonio omnes criminosi, sive antea fuerint convicti de illo [35]) crimine, sive non, dummodo convincantur in modum exceptionis opposito crimine et probato. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. porro. 13. [36]) c. super eo. 12. [37]) X. 2. de except. 2, 11. c. denique. 1. [38]) X. 3. de ord. cogn. 2, 4. c. cum dilectus. 1. in f. [39]) Et habet hoc locum in omni causa, secundum canones, nisi in criminibus exceptis. ut X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. c. per tuas. 4. [40]) Quae autem sint excepta crimina et quid iuris sit, cum de his agitur, plene notatum est supra in titulo de criminibus [41]). Et haec est causa, quare omnes criminosi repelluntur a testimonio, quia sunt infames infamia canonica. ut C. 6. q. 1. c. illi qui. 3. c. omnes. 4. [42])

Item prohibetur quis ferre testimonium in causa propria. ut C. 4. q. 3. §. nullus. (c. 3. §. 24.) et Cod. e. t. 4, 20. l. omnibus. 10. [43]) In causa tamen suae universitatis bene admittitur quilibet. ut C. 14. q. 2. c. super prudentia 1. [44]) X. 1. de testib. 2, 13. c. insuper. 21. [45]) X. 3. e. t. 2, 12. c. veniens. 11. [46])

Prohibentur etiam iudices, advocati et executores ferre testimonium in causa,

---

»que domestica turba, | Et clerus laicos a se »fugat et vice versa." — Ed. 2. 3. 4. »Et con»sang. .. turba, | Et clerus laicos subterfugit »et v. v." — Cf. not. sup. 6. 30. et seq. h. t. context. vers. prohibentur etiam liberi. et vers. item proh. a testim. familiares.

35) *illo*. Ita codd. T. et plerique B.B. — Al. »aliquo." L. 3. et Rf. 1. 2.

36) *c. porro*. (siv. c. quamvis. Cf. not. 57. ad part. 2. tit. 7. — Rf. 1. »in c. porro. d., »quod ille, qui obiicit crimen testi, audien»dus est, et si crimen poterit civiliter pro»bare", (testis) »non est aliquatenus audien»dus; sed propter hoc non debet puniri . .") haud recept. in coll. Gregor., sed servat. in B.B. codd. Hal. L. 3. et in Rf. 2. — B.B. codd. A. E. et Ed. 2. 3. 4. om. Vid. tamen seq. not. 37.

37) c. 13. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. — B.B. codd. A. E. add. (X. G. h. t. 2, 20.) »c. testimonium. 54." Gregor. 9. — In Ed. 2. 3. 4. ad hocce c. eadem fere verba translata sunt, quae in Rf. 1. 2. ex c. porro. (cf. not. 36.) enotata erant.

38) c. 1. X. G. e. t. 2, 25. Coelestin. 3. — De Rf. 2. vid. not. seq. 39.

39) c. 2. (§. 1.) X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

Rf 2. post verba, ex c. porro. (cf. not. 36 et de Ed. 2. 3. 4. vid. not. 37.) transcripta (»... et propter hoc non debet puniri."): »arg. X. G. de except. c. denique. et X. G. »de ord. cogn. c. cum dilectus. et Dig. de »his, qui not. inf. 3, 2. l. Lucius. 21." Cf. pag. 155. vers. 7. et seq.

40) c. 31. 32. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3.

Rf. 2. add. »Et quod criminosi et de »crimine accusati non debent admitti ad testi»ficandum, nisi in exceptis criminibus, dicit »decretalis nova X. G. de testib. 2, 20. c. »ult., u. d., non debet * *." Gregor. 9.

41) part. 2. tit. 7. §. 6.

42) *c. omnes*. Rf. 1. 2. om.

43) *Cod. e. t. l. omnibus*. Rf. 1. 2. om.

44) Cf. not. 21. ad *Pill*. part. 3. §. 8.

Rf. 1. add. »X. 1. de testib. 2, 13. c. »cum A. de Complano. 6." (non recept. in coll. Gregor.), »u. d., non lateat vestram pru»dentiam, quod praedicti canonici vestri non »sunt a testimonio super proprio negotio ec»clesiae suae repellendi, nisi alia rationabilis »causa impediat." Verum haecce verba ex c. nuntius. 11. desumta sunt; et recte Rf. 2. »X. G. de testib. 2, 20. c. cum nuntius. 12., »u. d., praeterea non lateat * *." Alexand. 3.

45) c. 6. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.

46) c. 38. (in f.) X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

Rf. 2. add. »et c. tuis. 39." i. q. c. 12. X. 3. l. l. Innoc. 3.

quam tractant. ut C. 2. q. 6. c. statuendum. 38.[47]) et C. 4. q. 3. §. patroni. (c. 3. §. 19.) Verumtamen de his, quae coram eis gesta sunt, possunt testimonium perhibere, si inde quaestio fiat.[48]) ut X. 1. de appell. 2, 20. c. significaverunt. 35.[49])

Prohibentur etiam liberi testimonium ferre pro parentibus, et e contra, ut C. 4. q. 3. §. testis idoneus. (c. 3. §. 23.) Cod. e. t. 4, 20. l. parentes et liberi. 6.[50]), nisi in tribus casibus. — Unus est, quia pater potest esse testis in testamento filii testantis de castrensi peculio. ut Dig. de testam. 28, 1. l. qui testamento. 20. §. 1. (2.) — Secundus est, ad probandum genus vel aetatem. ut Dig. de probat. 22, 3. l. etiam matris. 16.[51]) arg. X. 1. qui fil. sunt legit. 4, 18. c. transmissae. 3.[52]) — Tertius est in causis matrimonialibus. ut C. 35. q. 6. c. consanguineos. 1.[53]) X. 1. de matrim. contract. contr. interd. eccl. 4, 17. c. videtur. 1.[54]) X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. tenor. 5.[55])

---

47) Cf. *Gl.* in v. praeses. et v. cognitor.

48) *Verumtamen . . . quaestio fiat.* — Rf. 1. »quoniam de his, quae coram iudicibus »gesta sunt, possunt prohiberi iudices ferre »testimonium, si quaestio fiat de hoc." De Rf. 2. vid. seq. not. 49. in f.

49) *X. 1. de appell. c. significaverunt.* (Alexand. 3. Cant. archiepiscopo. ». . mand., »quat. sive ex literis nostrae commissionis ». . Exoniensi et Cicestrensi episcopis factis, »sive *ex asserlione ipsorum episcoporum* . . »constiterit, . . appellationem inhibitam non »fuisse, quidquid post app. . . interpositam »in causa ipsa innovatum est vel mutatum, »in eum statum facias app. cessante reduci, »in quo tempore factae appellationis noscitur »exstitisse . . .") haud recept. in coll. Gregor., sed retent. in B.B. codd. Hal. L. 3. et in *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 76. — B.B. codd. A. E. »arg. e. contr. »X. G. de elect. 1, 6. c. cum dilectus. 32." (c. 17. X. 3. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. et si tres.) »et Cod. de temp. et reparat. ap»pell. 7, 63." (et E. add.:) »l. tempora fata»lium. 2." (sub f. v. probatumque.) —

Verumtamen . . . significaverunt. Rf. 2. om.

50) *Cod. e. t. l. parentes et lib.* i. q. in plerisque codd. Rf. 1. 2. »e. q. et e. C. §. paren»tes * *." (c. 3. §. 34.); — sed M. 1. »Cod. »de testibus. l. parentes."

51) Rf. 1. et similit. Rf. 2. »etiam matris »professio in causa filiorum recipitur, sed et »avi recipienda est; scilicet ut iudex melius »investiget veritatem, quia non recipitur ut »testis." Cf. *Gloss.* in v. professio. — *Gloss. T.* »Casus. Mater Titii fecerat instrumentum »de nativitate ipsius. Postmodum orta fuit »controversia super eius nativitate. Quae»ritur, an fides sit adhibenda instrumento »confecto a matre super nativitate. Dicitur, »quod in hac parte matris et avi professio »admittenda est, saltem ad hoc, ut investi»getur rei veritas; verumtamen non admit»tuntur tamquam testes."

52) c. 3. X. G. e. t. 4, 17. Alexand. 3.

53) Cf. *Gloss.* in v. vel consanguinitatem in synodo computet etc.

54) Recte B.B. codd. A. E. Hal. »X. G. qui »matrim. acc. poss. 4, 18. c. videtur. 3." Clem. 3. — sed L. 3. per negligentiam: »X. de ma»trim. contr. interd. eccl. contract. c. 1. X. »qui matrim. acc. poss. c. videtur."

55) *X 2 de sent. et re iud. c. tenor.* siv. c. 10. X. G. e. t. 2, 27. Clem. 3. (In fin hui. decret. a Raym. rescissa sunt haec: »testes non »respuas, quos de parentela sua, vel alios, »dummodo idonei sint, praenominata M. du»xerit producendos, cum consanguinei . . . »melius, quam extranei, suam consueverunt »noscere parentelam.") retent. a B.B. (A. substit. »c. consangui." 11. X. G. l. l. 2, 27.; haud apte.) et in Rf. 2. — Ed. 2. 3. 4. substit. »X. G. de testib. 2, 20. c. insuper. secund. »loco." Fuerit c. super eo. sec. l. 22. (c. 2.

Item prohibentur a testimonio familiares et domestici, quibus imperari potest ratione dominicae vel patriae potestatis. ut C. 3. q. 5. per totum.[56]) Cod. de his qui ad eccles. confug. 1, 12. l. praesenti. 6.[57])

Prohibentur suspecti et inimici contra inimicum suum testimonium dicere, ut C. 3. q. 5. c. accusatores. 2., cum hac tamen distinctione: quia capitales inimici et conspiratores in nullo casu sunt audiendi, ut X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. 3. c. per tuas. 4.[58]); at inimici propter litem criminalem ante finem causae non sunt recipiendi; de lite pecuniaria inimici admitti possunt, sed tempore disputationis servatur, quanta fides eis sit adhibenda. ut Cod. de testib. 4, 20. Auth. si dicatur. (ad l. 11.)

In supra dictis casibus prohibetur aliquis a testimonio per leges[59]); sed et per iudicis officium fit idem quandoque, quoniam repellit effrenatam multitudinem testium, statuendo certum numerum[60]), usque ad quem producantur. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. cum causam. 10.[61]) et c. significaverunt. 9.[62]) et Dig. e. t. 22, 5. l. 1. §. ult.

T. 7. Quot testes in causa sufficiant. 1)

Vidimus, qui sunt ad testimonium admittendi et qui non; consequenter videamus, quot testes in qualibet causa sufficiant.

Regulare est, quod in qualibet causa duo testes sufficiunt, nisi expresse dicatur in lege vel canone, plures in aliqua causa necessarios esse. ut C. 2. q. 4. §.

X. 2. e. t. 2, 12.) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. cum mater.

Hor. trium casuum (cf. pag. 227. vers. 7. et seq.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 4. in v. fallit.

56) *ut C. 3. q. 5. per totum.* — Rf. 1. 2. »ut »C. 4. q. 3. c. 1. Ad idem e. C. et e. q. §. »idonei * *. (c. 3. §. 8.) Ad idem e. C. e. q. »§. servi * *. (c. 3. §. 36.)"

57) *Cod. de his q. ad eccl. conf. l. praesenti.* (cf. not. 39. ad *Pill.* part. 3. §. 8.) Rf. 1. 2. om.

58) c. 31. (cf. verb. ult. a Raym. om. et *Gloss.* in v. probandas.) 32. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3.

59) *In supra dictis . . . p. leges.* — Rf. 1. »In supra dictis casibus prohibetur per legem »aliquis a testimonio, quandoque per iudicis »officium." — Rf. 2. »In s. d. c. prohibetur »aliquis a testimonio quandoque per legem, »sc. si sit servus vel excommunicatus, per »iudicem, sc. si sit suspectus."

60) *numerum.* Vulg. — Al. »terminum." B. Hal. L. 4.

61) c. 37. (sub f.) X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

62) *c. significaverunt.* (36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. effrenatam.) — Rf. 1. 2. »Ad idem X. 3. de probat. 2, 11. c. »licet. 4." (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. Vid. verba a Raym. om. »Placentino episc. »dedimus in praeceptis etc.") »et X. 3. de »rescr. 1, 2. c. sedes. 4." (c. 15. X. G. e. t. 1, 3. Innoc. 3.)

1) Ita B. L. 2. (»Q. t. i. c. sufficiunt." Bs.) et *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 91. in v. admittit. (cf. not. 18. ad h. t.) et §. 11. num. 1. in v. requiruntur. — Al. »Q. t. sufficiant in qualibet causa." L. 4. — »Q. t. s. in aliqua causa." F. 1. — »De »numero testium in qual. c." Bi. F. 2. Ham. — »De num. testium." M. 2.

Cf. *Tancr.* summ. de matrim. tit. 36. pag. 95. in f. 96.

1. et c. 1. et C. 4. q. 3. §. ubi numerus (c. 3. §. 26.) [2] et Dig. de testib. 22, 5. l. ubi numerus. 12.

In quibusdam vero casibus plures testes exiguntur.

Primus est, ubicumque accusatur clericus Romanae ecclesiae. ut C. 2. q. 4. c. praesul. 2. c. nullam damnationem. 3.

Item in codicillis et ultimis voluntatibus quinque [3] testes sunt necessarii. ut Cod. de codicill. 6, 36. l. ult. in f.

Item cum quis vult probare solutionem debiti in scriptis contenti, quinque testes sunt necessarii. ut Cod. de testib. 4, 20. l. testium. 18.

Item in donatione facta causa mortis quinque testes exiguntur. ut Cod. de donat. causa mortis. 8, 57. l. ult.

Item in testamentis ordinandis septem testes sunt necessarii, nec alias valet, ut Cod. de testam. 6, 23. l. hac consultissima. 21. [4]), nisi in tribus casibus. — Primus est in relictis ecclesiae, quoniam ibi sufficiunt duo testes. ut X. 1. de testam. 3, 22. c. cum esses. 9. c. relatum. 10. [5]) — Secundus est, quoniam valet testamentum minus solemne cum duobus vel tribus testibus inter filios vel nepotes. ut Cod. de testam. 6, 23. l. hac consultissima. 21. §. ex imperfecto. 3. Cod. de fideicomm. 6, 42. l. ult. [6]) Cod. fam. ercisc. 3, 36. l. ult. [7]). — Tertius est, quia in municipiis et in villis, ubi raritas est hominum, valet testamentum in praesentia quinque testium ordinatum. ut Cod. de testam. 6, 23. l. ult. [8])

---

2) *C. 2. q. 4. . . numerus.* — Plerique codd. Rf. 1. 2. vitiose: »C. 2. q. 3. c. 1. §. 1." — al. »C. 4. q. 3. §. 1." — Ed. 2. 3. 4. »C. 4. »q. 3. §. item in criminali." (Ed. 3. »c. si te»stes.") »§. ubi numerus."

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »X. 2. de »for. comp. 2, 2. c. licet. 1." (c. 23. X. G. de testib. 2, 20. Alexand. 3.), »u. d., quod in »ore duorum vel trium testium stat omne »verbum. X. 1. de testib. 2, 13. c. in omni »negotio. 5." (c. 4. X. G. e. t. 2, 20. Pascal.)

3) *quinque.* — Codd. Rf. 2. et Ed. 3. »septem." — Vid. h. pag. vers. 12.

4) Rf. 1. 2. add. »Cod. de codicill. 6, 36. »l. ult." Cf. *Gloss.* in v. excepto testamento.

De testibus ad probandum testamentum inducendis vid. *D. D. vet. coll.* §. 68. pag. 54. *Roger.* §. 39. pag. 100. *Hugolin.* §. 275. pag. 445.

5) c. 10. (cf. *Gloss.* in v. improbamus.) 11. X. G. e. t. 3, 26. Alexand. 3.

6) *Cod de fideic.* (Hinc *Durant.* negligenter „de fideiuss." Vid. not. seq. 8. in f.) *l. ult.* — Tancr. fortasse „Cod. de codicill. 6, 36. l. „ult." (cf. *Gloss.* in v. excepto testamento.) allegare voluit.

7) Cf. *Gloss.* in v. vel indiciis.

8) *nisi in tribus* (h. pag. vers. 13.) . . *Cod. de testam. l. ult.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Sed credo, quod hoc locum non habeat „secundum canones et secundum verbum „evangelii dicentis: in ore duorum vel trium „testium stat omne verbum. X. 1. de testam. „c. cum esses. c. relatum." (Vid. not. sup. 5.), „ubi fit mentio de legibus et dicitur ibi, „quod, quando testamentum conditum est „coram presbytero et duobus vel tribus ido„neis testibus, ratum et firmum est, et ex»communicantur in c. cum esses. omnes illi, »qui venerint contra tale testamentum. — »Nota, quod dictum unius testis cum aliis »adminiculis facit fidem. ut X. 3. de succ. ab »intest. 3, 20. c. cum dilectus. 1." (c. 3. X. G. e. t. 3, 27. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. unus testis.) — »Item nota, famam plus valere, »quam testimonium unius, X. 2. de consang. »et affin. 4, 8. c. super eo. 1." (c. 2. X. G. e. t. 4, 14. Urban. 3.); »ibi enim prohibetur con-

Et nota, quod licet plures testes, quam duo, in aliquibus causis exigantur, nulla tamen est, quae unius testimonio, quamvis legitimo, valeat terminari. ut X. 2. de for. comp. 2, 2. c. licet universis. 1. 9) et C. 4. q. 3. §. iurisiurandi. (c. 3. §. 37. 38.) 10) Excipitur casus unus, quem habes X. 2. de testib. cog. 2, 13. c. pervenit. 1. 11). Et haec vera sunt, cum quaestio movetur in forma iudicii; alias extra iudicium uni 12) testi creditur. ut 13) C. 8. q. 3. c. talia. 1. 14) et de consecr. Dist. 4. c. parvulos. 110. c. cum itaque. 112. 15)

Item nota, quod in omni causa etiam non rogatus testis valet, ut C. 4. q. 3. §. ad fidem. (c. 3. §. 25.), nisi in testamentis, quoniam in eis non valent testes nisi rogati, ut Dig. de testam. 28, 1. l. heredes palam. 21. §. in testamentis. 2. 16) et Cod. de testib. 4, 20. Auth. rogati. (ad l. 18.), item in confessione soluti debiti in scriptis redacti. ut C. 3. q. 9. §. si debitum. (c. 15. §. 1.) Alii addunt tertium casum, scilicet in divortio, per l. illam Dig. de divort. 24, 2. l. nullum. 9. 17); sed mihi non placet 18).

T.8. Quando testes sunt producendi et qualiter. 1)

Quando et qualiter producendi 2) sunt testes, videamus.

„trahi matrimonium propter famam, non „propter testimonium unius. X. 1. de spon„sal. 4, 1. c. praeterea. 16." (c. 12. X. G. e. t. 4, 1. Alexand. 3.) Cf. *Gloss.* ad l. c. super eo. in v. fama.

Genuinum contextum secutus esse videtur *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 11. num. 3.

9) c. 23. X. G. de testib. 2, 20. Innoc. 3.

10) *C. 4. q. 3. §. iurisiur.* Rf. 1. 2. om.

11) Clem. 3. — Rf. 1. „u. d. de clerico „verberato, quod, si nequeat aliter probare „iniuriam sibi illatam, iuxta consuetudinem „Romanae ecclesiae et propter reverentiam „ordinis clericalis fides adhibeatur unius iu„ramento." — Quae cum in c. 5. X. G. e. t. 2, 21. haud recepta sint, B. B. (test. codd. A. E. L. 3.) ista verba „Excipitur ... perve„nit" consulto omisisse videtur; sed servata sunt in cod. Hal. — Rf. 2. substit. haec: „Excipiuntur tamen duo casus, in quibus „creditur testimonio unius. Primus est in ba„ptismo, ut de consecr. Dist. 4. c. placuit. 111. „et c. seq.; secundus in consecratione ec„clesiae." Cf. *Gloss.* ad l. c. 111. in v. testentur. et ad c. 112. in v. qui testimonio.

12) B. L. 3. add. „soli."

13) Rf. 1. 2. add. „Dist. 86. c tanta. „24., u. d. * *." Cf. *Gloss.* in v. sed filius.

14) Cf. *Gloss.* in v. viri.

15) *et de consecr. . . cum itaque.* Rf. 1. 2. om. Cf. not. sup. 11.

16) Ed. 2. 3. 4. add. „Ad idem Cod. de „testam. 6, 23. l. hac consultissima. 21. §. 1." Vid. h. l. pr.

17) Cf. not. 54. ad *Pill.* part. 3. §. 8.

18) *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 1. num. 91. „hunc casum" (Dig. de divort. l. nullum.) „non admittit Tancr." (Hoc nomen Mediol. et Norimb. exhibent per sigl. „t."; Francof. om.) et ibi *Io. Andr.* „in suo" (sc. Tancr.) „ord. iud., parte tertia, rubr. quot „testes in causa sufficiant. in f."

1) Ita codd. T. (Ipse noster, cum de priori h. t. parte loquitur: „quando testes „sunt producendi." Vid. pag. 139. vers. 19. 20. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 3. num. 7. in v. secund. T. „quando „et qualit. test. sunt producendi.") — Al. „Qualit. et quand. prod. s. t." A. — „Qualit. „t. s. prod." F. 1. — „Quand. et qualit. intro„ducendi s. t." L. 4. Bi. F. 2. Ham. — „De „productione testium." L. 3.

Cf. *Tancr.* summ. de matrim. tit. 36. pag. 91. 92. 93. pr. 96. in f. 97.

2) *producendi.* B. L. 2. A. Hal. L. 3. M.

§. Generaliter quidem obtinet, tam de iure communi, quam de consuetudine approbata, ut post litem contestatam producantur dumtaxat; et si, antequam lis contestetur, recepti fuerint, non valent. ut X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. c. ad hoc Deus. 1. c. accedens. 2. [3]) §. 1.

Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus recipi possunt lite non contestata et valent [4]). — Primus est, si timetur de morte ipsorum testium, quia sunt infirmi vel senes. — Secundus, si timetur de absentia diuturna, quia forte debent peregrinari. — Tertius, si agatur de electione alicuius confirmanda vel cassanda [5]). — Quartus, si agatur de matrimonio carnali et is, qui convenitur, malitiose se absentat, quia contumax est. — Hos quatuor casus invenies X. 3. ut lit. non cont. 2, 3. c. quoniam frequenter. 5. [6]) — Quintus casus in eadem decretali continetur, scilicet si agatur in modum inquisitionis de crimine alicuius [7]). — Sextus est, cum publicantur testes ad memoriam praeteritorum conservandam. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. significavit. 14. [8]) — Septimus est, quia coram iudice appellationis induci possunt testes lite non contestata coram eo. ut Cod. de praescr. 30 ann. 7, 39. l. cum notissimi. 7. §. ult. [9]) — Octavus est, quia

---

2. — Al. „introducendi." Bs. L. 1. et plerique codd. Rf. 1. 2.

3) c. 1. (cf. *Gloss.* in v. ad diffinitivam sententiam. vers. et nota, quod dom. papa.) 2. (cf. *Gloss.* in v. testes receperunt.) X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. add. „et c. „quoniam frequenter." (cf. not. seq. 6) „u. „d., quod regulariter verum est, quod lite non „contestata non procedatur ad diffinitivam „sententiam vel ad testium productionem."

4) Ex adnotatione, in marg. Rf. 1. apposita et in nonnullis libris (cf. not. seq. 5.) in alium locum translata, Rf. 2. add. „Alios „etiam invenies notatos a domino Azone in„fra in tit. de diffinitiva sententia." Vid. part. 4. tit. 1. §. 4.

5) L. 4. add. „Alios casus invenies nota„tos a domino Azone infra de diff. sententia. „— Habes etiam casum, ubi recipiuntur lite „non contestata et datur sententia diffinitiva, „quando (de) depositione alicuius agitur et „ille est contumax. ut X. 4. de dol. et con„tum. 2, 4. c. veritatis. 1." (c. 8. X. G. e. t. 2, 14. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. probatum.) Cf. not. praeced. 4.

6) c. 5. X. G. e. t 2, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. regulariter verum esse.

7) Vid. l. c. quoniam frequenter. §. 5. et ibi *Gloss.* in v. inquisitio.

8) c. 41. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. testes idoneos.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Similem ca„sum habes X. 4. de testib. 2, 7. c. Albericus „miles. 2." c. 43. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. publicam.

9) In glossis ad §. 5. (verb. „cum litis „cont. imitetur detentio.") aliqua dicta fuerint, quibus noster uti voluit.

B.B. codd. A. E. add. „X. G. de ap„pell. 2, 28. c. interposita. 70. §. sane. 3." Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. lite non contestata.

Rf. 1. add. „X. 3 de procurat. 1, „22. c. 1. vers. f." (c. in nostra. 4. X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. irritandum.) „Et etiam altera parte absente proce„ditur in causa appellationis. X. 3. de in int. „rest. 1, 24. c. ex literis. 3. ultra med." (c. 4. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. confirmavit.) „C. 2. q. 6. §. appellatore." (c. 41. §. 1. Cf. *Gloss.* in v. invento.) — Rf. 2. „Cod. de temp. appell. 7, 63. l. ult." (Cf. *Gloss.* ad §. 4. in v. exordium.) „et X. G. de „procurat. c. in nostra. vers. f. Et etiam alt.

(Nov. 90. c. 5.) et Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. iudices. 18.[30] — Vel potest iudex mittere notarium suum[31] ad testes, ut eos recipiat, si hoc viderit expedire, puta quia testis est infirmus, senex vel pauper, ita quod venire commode non potest, ut X. 1. de testib. 2, 13. c. si qui testium. 24.[32]), vel quia est honesta mulier[33]), ut Cod. de off. divers. iudic. 1, 48. l. nemo iudex. 1., vel quia est epi-

---

»praesentes coram presbytero, ut presbyter »gemitus eorum audiat et ceteras circum»stantias. Similiter potest dici de testibus, »ut iudex melius scire possit, quanta fides »sit testibus adhibenda. ut Dig. de testib. 22, »5. l. 3." (Ed. 2. 3. 4. add. »§. idem d. Ha»drianus. 3.")

30) *l. iudices.* iungenda sc. cum Auth. ibi posita »apud eloquentissimum.", quae ex Nov. 90. c. 5. desumta est. Ita noster alio loco, in *Gloss.* ad c. constitutus. 3. X. G. de fideiussor. 3, 22. in v. transmittentes.

Ceterum Rf. 1. 2. in locum istius c. quoniam scimus. 5. male substit. c. quoniam vero. 8.; et ad h. c. *Gloss. T.* »Casus. »Authenticum istud dividitur in duas partes. »In prima parte dicitur, quod aliqui non sunt »compellendi in pecuniariis causis esse te»stes. Sed ponamus" (Ham. male »pocius"), »quod Titius esset mediator inter Sempro»nium et Seium: possetne Titius esse testis? »et dicitur, quod iudices abutebantur illis te»stibus, qui noluerint eos aliquo modo reci»pere. In secunda parte dicitur, quod si »partes consenserint, ut mediator admittatur, »bene admittendus est; . . et est ratio, dicit »imperator, quod illi sunt admittendi testes, »qui memoriter habuerint veritatis notitiam. »Sed ponamus, iste Titius mediator est infa»mis et per legem repellendus; partes ni»hilominus consentiunt, ut sit testis; valetne »testimonium eius? et dicitur, quod sic. — »Nota ex prima parte, quod unius testimo»nio creditur. Hoc contingit propter con»sensum partium. Sed quaerere poteris in »hunc modum: dicitur in litera, quod aliquis »non est compellendus, ut sit testis in pecu»niaria causa; per consequens erit quis »compellendus in criminali; quae est ratio »diversitatis? Respondeo, publicae utilitatis »interest, ne maleficia maneant impunita, »ut Dig. de iud 5, 1. l. si longius. 18. in f." (in med. l.); »et ideo propter publicam utili»tatem compellendi sunt in criminalibus, non »in civilibus. In secunda parte dicitur, quod »si aliquis sit infamis, nihilominus de con»sensu partium admittitur. Contra: Dig. de »postul. 3, 1. l. quos prohibet praetor postu»lare, omnino prohibet; adeoque non ad»mittuntur et consentiente alterutra parte." (Vid. l. 7.) »Solutio: advocati alii bene pos»sunt inveniri; . . sed si veritas non potuerit »alio modo declarari per alios testes, quam »per eos, qui interfuerunt contractui, ideo »ad eliciendam veritatem bene infames de »consensu partium admittuntur testes."

31) *notarium suum.* (Ita vulg. — Al. »vi»carium suum." L. 3.) *Durant.* (cf. not. seq. 34.) »notarium causae vel alium pro volun»tate partium."

32) c. 8. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.

Rf. 1. 2. add. »Item ad egregias perso»nas potest mitti nuntius, ut Dig. de iureiur. »12, 2. l. ad egregias * *. 15." Similit. quidem *Durant.* post ea, quae ex genuino contextu transcripta sunt, (cf. not. seq. 34.); sed alio verborum ordine et alia dictionis forma usus est; et neminem spero fore, qui vulgatum huiusmodi dictum (cf. *Gloss.* ad l. c. X. G. de testib. in v. valetudinarii.) ex libri Tancr. Rf. in *Durant. sp.* translatum esse contendat.

33) *vel quia est honesta mulier.* — Rf. 1. haud apte »vel quia in honesta militia est." — et inde Rf. 2. »vel ad eum" (cf. not. 32), »qui in honesta militia est."

scopus aut in alia dignitate constitutus. ut C. 11. q. 1. §. nec honore. (ad c. 9. in f.)[34])

Cum autem testes repraesentantur iudici, exspectare debent, donec suum dicant testimonium iudici[35]); et sumtibus illius exhibendi sunt, qui eos introducit. ut C. 4. q. 3. §. venturis. (c. 3. §. 40. in f.)

Recipiendi sunt testes praesente utraque parte[36]), ut Cod. de testib. 4, 20. l. si quando. 19.; aliter introducti non valerent; nisi pars, contra quam inducuntur, esset absens per contumaciam; tunc enim valerent. ut C. 2. q. 1. c. inprimis. 7.[37]) X. 1. de testib. 2, 13. c. in nomine Domini. 3.[38]) in Auth. de testib. §. sancimus.[39]) (Nov. 90. c. 9.).

---

34) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 3. num. 22. in v. iudex.

35) *exspectare debent . . . iudici.* Rf. 1. 2. om.

36) Rf. 1. 2. add. »non ut audiant testi»monia, sed potius testium iuramenta.« — Cf. *Pill.* part. 3. §. 10. pag. 69. vers. 18.

37) Adde: »in f.« (Sic *Gloss.* ad l. 1. si quando. Cod. de testib. in v. noluerint.) sc. §. 12., cuius tenor in seq. c. in nom. Dom. repetitus est. Ceterum cf. *Gloss.* ad c. inprimis. §. 3. in v. si eo praesente.

38) c. 2. X. G. e. t. 2, 20. Gregor. M.

39) *in Auth. de testib. §. sancimus.* (»sci»mus.« L. 2. A. E. — »sanctimus.« L. 1. — »scimus.« B. Bs. Hal. L. 3. — Vid. priora verba c. 9. »et hoc vero quia . . *scimus.*« et paulo post vers. »*sancimus* huiusmodi atte»stationes etc.«) Rf. 1. 2. om.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Et nota, »quod secundum leges etiam inviti coguntur »ferre testimonium; et de hoc facit mentio»nem X. 1. de testib. cog. 2, 14. c. super eo. »4. in f.« (c. 3. in f. X. G. e. t. 2, 21. Alexand. 3.) »Excipiuntur quidam ratione sene»ctutis, valetudinis, militiae« (Libri ed. „ini»micitiae«), »absentes causa reip., et qui pu»blicis funguntur officiis, quidam autem ra»tione consanguinitatis et affinitatis, alii ra»tione affectionis, ut libertus contra patro»num et e contra, de quibus habes C. 4. q. »3. §. item in criminali. (c. 3. §. 4. et seq.) »Hoc secundum leges. Sed secundum cano»nes regulare est, quod monendi sunt« (Rf. 2. add. »ab initio«), »non cogendi. X. 1. de »testib. cog. 2, 14. c. 1.« (Alexand. 3. »Quem»libet . . ad perhibendum testimonium veri»tati Romana ecclesia minime cogere con»suevit.« Haud recept. in coll. Gregor.; et ab. a codd. Rf. 2.) »et c. de testibus. 5.« (Alexand. 3. »De testibus non habemus in sacris »canonibus, quod cogendi sint, sed admo»nendi . . .« Haud recept. in coll. Gregor. In Rf. 2. substit. »X. G. de testib. cog. 2, 21. c. »causam. 1.« c. 2. X. 1. e. t. Alexand. 3.) »Et „hoc quidem verum est, quando per alios „de veritate liquere potest; sed si per alios „non possit de veritate constare, cogendi „sunt. X. 2. de testib. cog. 2, 13. c. perve„nit. 1.« (Codd. Rf. 2. negligenter: „Et hoc „quidem verum est, quando« — al. „quo„niam« — „per illos non potest de veritate „liquere, cogendi sunt. ut X. G. de testib. „cog. 2. 21. c. super eo.« supra allegatum. „et c. pervenit. 5.« Clem. 3.) „C. 14. q. 2. c. „quamquam. 2.« (Rf. 2. hoc cap. om.) „X. „1. de testib. cog. 2, 14. c. 3.« (c. cum super. 2. X. G. e. t. 2, 21. Alexand. 3. Rf. 2. om.) „et c. ult.« (Alexand. 3. „Testes . . . „moneatis, et, si opus fuerit, auctoritate ap. „compellatis ad testimonium perhibendum „veritati.« Haud recept. in coll. Gregor.; et ab. a Rf. 2.), „u. d., quod, si opus fuerit, „per censuram ecclesiasticam compellantur.« (In Rf. 2. haec verba „u. d. etc.« cum l. c. pervenit. coniuncta sunt.) „Coguntur etiam, „si iudici constet, quod amore vel odio vel „gratia vel timore se subtraxerint,« (Rf. 2. „subtrahant.«) „X. 1. de testib. cog. 2, 14. c.

Et nota, quod in tribus productionibus omnes testes sunt producendi; et quaelibet productio habebit unum vel plures dies ad arbitrium iudicis [40]). Quarta vero productio non conceditur, nisi is, qui quartam quaerit productionem, iuret, quod nec ipse, nec advocati sui didicerunt testificata, nec percunctati sunt illa, nec ea subtraxerunt, nec per aliquem dolum vel malitiam petit illam quartam productionem. ut in Auth. de testib. §. quia vero multi. (Nov. 90. c. 4.) X. 1. de testib. 2, 13. c. in causis. 15. [41]) et X. 3. e. t. 2, 12. c. significaverunt. 9. [42]).

T.9. De iuramento testium, et qualiter sunt examinandi. 1)

§. 1. §. Tale iuramentum debent praestare testes generaliter: quod ipsi dicent iudici vel ei, cui iudex hoc commiserit inquirendum, totam veritatem, quam sciunt de quaestione, super qua inducuntur, usque ad finem litis, quotiens interrogabuntur; et nullam falsitatem interponent; et pro utraque parte veritatem dicent; et quod nec pretio, nec amicitia, nec privato odio, seu commodo aliquo, quod inde habituri sint [2]), ad dicendum testimonium ipsum accedunt. Et haec forma per haec iura probatur: [3]) C. 3. q. 9. c. hortamur. 20. et c. pura et simplex. 17. [4]) C. 2. q. 4. c. nullam. 3. (§. 1.) C. 14. q. 5. c. non sane. 15. (§. 1.) [5]) et X. 1. de testib. 2, 13. c. quotiens. 20. [6]) — Quidam etiam dicunt, quod testes, qui inducuntur ad probandam consanguinitatem, hoc addere debent iuramento, quod ita audierunt a suis maioribus, sicut testificantur, et ita esse credunt, ut X. 1. de

---

„2. et c. super eo. 4." (c. causam. 1. et c. sup. eo. 3. X. G. e. t. 2, 21. Alexand. 3.); „tacere enim veritatem in praeiudicium alterius peccatum mortale est, X. 1. de crim. „fals. 5, 16. c. 2." (c. 1. X. G. e. t. 5, 20. Augustin.) „C. 11. q. 3. c. quisquis metu. 80." (Rf. 2. „si quis metu cuiuslib. potestatis „ * *."); „unde ratione peccati potest compelli ab ecclesia. X. 3. de iud. 2, 1. c. novit. 3." (c. 13. X. G. e. t. 2, 1. Innoc. 3.) — Rf. 2. insuper add. „Et dicit hodie decretalis „nova, quod compellendi sunt testes in civili causa ferre testimonium, non in criminali. ut X. G. de testib. cog. 2, 21. c. dilectorum. 10." Honor. 3.

40) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 3. num. 7. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

41) c. 15. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

42) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

B.B. codd. A. E. add. „et planius in c. „ultra." — Similit. Rf. 2. „Et ad hoc melius „facit decretalis nova X. G. de testib. 2, 20. „c. ultra tertiam. 55." Gregor. 9.

1) Ita B. L. 2. — Al. „D. i. t. e. q. sunt „producendi et de quibus interrogandi." L. 1. — Al. „De iuramento testium." L. 3. et codd. Rf. 1. 2., nec non *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 4. pr. in v. sequitur. Cf. not. seq. 14. 20.

Cf. *Tancr.* summ. de matrim. tit. 36. pag. 93. 94. 95.

2) *habituri sint.* — Rf. 1. 2. „habuerunt, „vel habent, vel habituri sunt." Cf. infr. l. c. quotiens.

3) In Rf. 1. 2. primo loco legitur c. quotiens. Cf. seq. not. 6.

4) *et c. pura et simplex.* (Complures libri T. et B.B. „q. VIII. pura et simpl." B. Bs. L. 1. A. L. 3. Cf. not. 3. ad h. part. tit. 12.) Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 4. num. 1.

5) Rf. 2. add. „Ad idem decretalis nova „X. G. de testib. 2, 20. c. nuper. 51. u. d. „ * *." Honor. 3.

6) c. 5. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.

Cf. *Gloss.* ad c. fraternitatis. 17. e. t. in v. iuramentis.

sobol. suscept. ex secund. nupt. 4, 15. c. quia nobis. 2. 7) X. 1. de testib. 2, 13. c. quotiens. 20. 8); et expresse hoc legitur in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. licet ex quadam. 52. 9), ubi etiam additur, quod non sufficit, si ab uno audierunt, sed a pluribus bonae famae hominibus eos audisse oportuit, et quod viderint personas in uno saltem a se dictorum graduum pro consanguineis se habere. 10) — Moderni quippe 11) iudices hoc addunt ad cautelam: quod ita dicent veritatem, sicut sciunt, quia quod sciunt per visum, dicent de visu, et quod per auditum, dicent de auditu; nec dicent de credulitate, quod sciunt pro certo, vel e contra 12); et quod non manifestabunt partibus dictum suum, donec publicabitur. Et licet haec per iura non probent, satis bona cautela videtur 13).

§. 14) Recepto supra dicto iuramento a testibus coram partibus praestito 15), §. 2. iudex cum uno solo teste ab aliis separato secedat in aliquem locum, ita quod nullus eos audiat, et singula dicta testis per ordinem redigat in scriptis vel redigi faciat per manum tabellionis vel alterius sapientis specialiter ad hoc deputati. arg. Cod. de testib. 4, 20. l. nullum penitus. 14. 16) Et haec separatio testium per Danielem introducta est, sicut legitur in historia de Susanna et nequissimis sacerdotibus. 17)

---

7) Alexand. 3. Verulan. episcopo. „.. „scire volumus sollicitudinem tuam, quod „illis, qui in aliis causis ex auditu solummo- „do testificantur, fides non est aliquatenus „adhibenda, sed in parentela et matrimonio „testimonium sufficit ex auditu, si testes iu- „raverint se a maioribus suis hoc audisse, „et ipsi ita credant." Haud recept. in coll. Gregor.; et ab. a B.B. atque a Rf. 1. 2.

8) Cf. not. sup. 6.

9) *in conc. Lat. c. licet.* (Ita etiam B.B. in codd. E. Hal. L. 3. — Alit. A. »eod. t." i. e. X. G. de testib.) c. 6. X. 4. de testib. 2, 7. siv. c. 47. X. G. e. t. 2, 20.

10) *ubi etiam additur ... se habere.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »u. d., quod" (Rf. 2. add. »de cetero") »non recipiantur testes de au- »ditu" (Rf. 2. add. »in matrimonio") »super »gradibus consanguinitatis, nisi sint graves »personae et ante litem motam testificata di- »dicerint ab antiquioribus suis, non ab uno, »sed a pluribus, cum uni non credatur, nec »a suspectis vel infamibus, sed a fide dignis »et omni exceptione maioribus, cum illi non »debeant admitti, quorum repellerentur au- »ctores."

11) *Moderni quippe.* B. Bs. L. 1. A. L. 3. (»Multi quippe." Hal.) — Al. »Moderni qui- »dem." L. 2. E. — »Moderni autem." (al. »vero.") Rf. 1. 2.

12) Cf. *Pill.* part. 3. §. 10. pag. 70. vers. 3. 4.

13) Rf. 2. add. »ut X. G. de testib. 2, 20. »c. causam." Recte Ed. 3. »c. cum causam. »37." (c. 10. X. 3. e. t. 2, 12. Innoc. 3.) verb. »inquirens ... de visu, auditu, scientia, cre- »dulitate etc." — ad probanda sc. ea, quae supra h. pag. vers. 6. et seq. dicta sunt.

14) L. 3. inscr. »De examinatione te- »stium." et ita *Io. Andr. ad D. sp.* Cf. not. seq. 20. — Sed vid. h. part. tit. 12. sub f.

15) Ex sententia nostri »non valere, si »testis deponat non iuratus, et post iuret, »quod sic est," commemorat *Durant sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 4. num. 6.

16) Arg. notiss. v. secretum.

B.B. in codd. A. E. add. »et X. G. de »testib. 2, 20. c. venerabili. 52." (Ita recte A. — Male vero E. »c. veniens.") Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. examinare sigillatim.

17) *Et haec separatio per D. introducta* (Ita vulg. codd. T. atque B.B.; et sic *Placentin.* summ. Cod. h. t. 4, 20. „examinatio „testium non per leges, sed per Danielem

Interrogare debet iudex testem diligenter de omnibus, quae faciunt ad causam, per quae melius possit elicere veritatem, et de singulis circumstantiis prudenter inquirere, scilicet de personis, loco et tempore, visu, auditu, scientia vel credulitate, fama et certitudine, et omnia in scriptis redigi faciat. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. cum causam. 10. [18]) Et hoc ideo faciat, ut sciatur, quanta fides dictis testium sit adhibenda, quoniam quinque [19]) sunt diversitates fidei testium derogantes, unde versus:

Res, persona, gradus, locus, haec sunt consona, tempus [20]).

Diversitas rerum est, cum unus testis dicit de una re vel contractu seu delicto, alius de alio; tunc nihil probant, ex quo non conveniunt in re vel contractu. Et quod haec et cetera similia exprimenda sint et probanda, probatur C. 2. q. 8. §. libellorum. (c. 5. §. 2.) C. 3. q. 9. c. indicas Hermannum. 14. [21]) X. 3. de appell. 2, 19. c. significantibus. 7. [22]) Dig. de rei vind. 6, 1. l. si in rem. 6. — Diversitas personarum est, cum unus testis dicit Martinum hoc fecisse, et alter Petrum; vel cum unus testis computando consanguinitatem dicit: Martinus genuit Titium, et alius testis dicit: Seius genuit Titium; tunc non valent testes. ut X. 2. de testib. 2, 12. c. series. 3. [23]) — Diversitas graduum est, cum unus computat consanguinitatem in quarto gradu, et alter in tertio. ut C. 35. q. 6. c. de parentela. 8. [24]) — Locorum diversitas derogat testibus. ut in Daniele [25]), et C. 3. q. 9. c. nihilominus. 16. [26]) — Temporum diversitas. ut in dicto cap. [27]) nihilominus. et X. 3. de testib. 2, 12. c. ex tenore. 8. [28]) — Et haec est potissima ratio in omnibus supra dictis diversitatibus, quoniam ex quo ita diversi reperiuntur in suo dicto, non dicunt idem, et ita singuli sunt in suis testimoniis singulares; unde dictis eorum fides non adhibetur. ut X. 3. de elect. 1, 6. c. bonae memoriae.

„introducta est." — Al. „reperta." L. 2.) ... *sacerdotibus.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „Ad „idem in epistola Susannae de duobus seni„bus, quos Daniel audivit et examinavit suc„cessive et unum sine altero, ita quod unus „non audiebat alterius dictum."

Cf. *Pill.* part. 3. §. 13. in f.

18) Cf. not. sup. 13.

19) *quinque.* — Rf. 1. 2. ex siglorum permutatione „quandoque."

20) *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 6. num. 18. „Res, persona, locus, gra„dus, haec sint consona, tempus." Et ibi *Io. Andr.* „Hunc vers. posuit ... Tancr. sub „rubr. de exami. testium." Cf. not. sup. 14. — Rf. 1. insuper add. „Res eadem, tempus, „locus, et persona, gradusque." — et similit. Rf. 2. „Res eadem, tempusque, locus, „persona, gradusque." — Omisso genuino versu, Ed. 2. 3. 4. „Res eadem, tempusque, „locus, persona, gradusque: | Haec sibi „debebunt concordes reddere testes."

21) *C. 3. q. 9. c. ind. Herm.* (verb. „qui „fuerint illi excessus.") Rf. 1. 2. om.

22) c. 2. X. G. de libell. oblat. 2, 3. et c. 49. X. G. de appell. (Sic B.B.) 2, 28. Innoc. 3. — Rf. 2. male: „X. G. de testib. c. signifi„cantib." — Recte Ed. 3. „X. G. de lib. „obl. .."

23) c. 26. X. G. e. t. 2, 20. Clem. 3.

24) In Rf. 1. ante h. c. 8. et in Rf. 2. posteriori loco add. c. 5.

25) Cf. *Pill.* part. 3 §. 13. in f.

26) Cf. *Gloss.* in v. simul. — In Ed. 2. 3. 4. in ipso istius c. contextu pro temporum diversitate, locorum diversitas legitur.

27) *cap.* — Rf. 1. 2. „decreto."

28) c. 35. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

8. [29]) c. cum dilecti. 17. [30]) et de probat. 2, 11. c. licet causam. 4. [31]) — Verumtamen dicit dominus Azo in summa sua, quod testis non est interrogandus de tempore, nisi iudici sit suspectus, quia tunc iudex studere debet, ut eum in verbis capere possit, quaerendo, si tempus erat clarum vel nubilosum, qualiter erat indutus is, de quo loquitur, quid habebat in capite, quis consul tunc temporis, in quo anno vel mense vel die [32]). Argumentum est contra eum, ut de tempore debeat interrogari [33]), C. 2. q. 8. §. libellorum. (c. 5. §. 2.) [34]) et Dig. ad Silan. 29, 5. l. prius. 17. [35]) Ego credo testem interrogandum de anno, mense et die celebrati contractus, sed non, utrum erat tempus serenum vel nubilosum [36]). Sed si testis dicat se non recordari de tempore, propter hoc non minus ei credo. Sed si unus testis dicat hoc factum esse tali tempore, alius expresse dicat contrarium, tunc eis non credo, ut supra dictum est [37]).

Testis autem dicere debet de his, quae vidit et novit et [38]) sub eius praesentia acta sunt, ut C. 3. q. 9. c. testes. 15.; quoniam, si dicat de his, quae ab alio auditu percepit, non valet eius dictum, ut X. 1. de sobol. suscept. ex secund. nupt. 4, 15. c. quia nobis. 2. [39]), nisi in quibusdam casibus. — Primus est in computatione parentelae. ut in eadem decretali et C. 35. q. 6. c. de parentela. 5. 8. — Secundus de memoria facti operis. ut Dig. de probat. 22, 3. l. si arbiter. 28. Dig. de aq. pluv. arcend. 39, 3. l. in summa. 2. §. antepen. 8. [40]) — Si vero testis percepit auditu veritatem rei, super qua testificatur, puta audivit verba contumeliosa, quae contra aliquem protulisti, et de his testificatur, vel quia audivit

---

29) c. 23. (vers. porro excessus notorius.) X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.

30) *c. cum dilecti.* (c. 32. vers. et si tres simul. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) Rf. 1. 2. om.

31) c. 9. vers. quamquam autem pars Faventinorum. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.

32) *Azo.* summ. Cod. h. t. 4, 20. num. 25. „non interrogantur de tempore, nisi sint su-„specti iudici; tunc enim debet studere, ut „eos in verbis capere possit, quaerendo, si „tempus erat clarum an nebulosum, qua-„liter ille erat indutus, de quo loquitur, quid „habebat in capite, qui consules erant, et „quis imperator, in quo anno vel mense. Et „ad hoc facit secundum unam literam, quod „legitur Dig. ad Silan. l. prius. Sic enim „dicit: *quo in anno* flagitium sit admissum. „Sed alia dicit: *quo mandante.*" Cf. seq. not. 35.

33) *ut de temp. deb. interrogari.* — B.B. codd. A. E. „ut de temp. non deb. interro-„gari." — et ex vitiosa tali lect. Rf. 1. 2. „quod non deb. de temp. interrogari."

34) Cf. *Gloss.* in v. neque autem diem. vers. a testibus autem quaeritur. et *Gloss.* ad C. 4. q. 2. 3. c. 3. §. 27. in v. ex tempore.

35) Ibi *Gloss.* in v. quo mandante. „Alia „est in litera: quo in anno etc. Et tunc est „arg., quod testis est interrogandus de die." Cf. *Gloss.* ad Nov. 90. c. 3. (2.) in v. causam.

36) *nubilosum.* Vulg. — Al. „pluviosum." L. 1. 2. Hal.

37) Cf. pag. 238. vers. 20.

38) A. add. „quae."

39) *X. 1. de sob. susc. e. s. n. c. quia nobis.* (cf. not. sup. 7. ad h. t.) — B.B. codd. A. E. Hal. substit. „X. G. de testib. 2, 20. c. „licet." (A. „licet ex quadam.") 47. siv. c. 6. X. 4. e. t. 2, 7. ex conc. Lateran. a. 1215. c. 52. Innoc. 3. — In cod. L. 3. male servat. „X. de sob. susc. e. s. n. c. quia nobis." — Recte ab. a Rf. 2.

40) Cf. *Gloss.* in v. audierint.

aliquem confiteri et dicere sibi talem pecuniam esse solutam, vel audivit tonitrua, de quibus fit quaestio [41]), et de tali auditu reddit testimonium, tale testimonium valet. arg. Cod. de testib. 4, 20. Auth. rogati (ad l. 18.) C. 3. q. 9. §. si debitum (c. 15. §. 1.) C. 26. q. 6. c. de his qui recedunt. [42]) 7. (§. 2.) Et talia testimonia, licet auditu percepta fuerint, dicuntur de visu perhibita, quoniam nomine visus omnis sensus corporis intelligitur, ut dicit Augustinus [43]) super Iohannem; ibi: „palpate et videte." [44]); et in Exodo dicitur: „et videbat voces" [45]).

Et nota, quod si testis interrogatus non reddit causam suae scientiae, hoc est, qualiter sciat id, quod dicit, eius testimonium non valet. ut C. 4. q. 3. §. sola attestatione. (c. 3. §. 32.) arg. C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 3.) [46]).

T. 10. De testium publicatione [1]).

Publicationes testium fieri debent utraque parte praesente vel altera per contumaciam absente, quoniam contumacia facit loco praesentis haberi contumacem. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. in nomine Domini. 3. [2]) arg. X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. consuluit. 3. [3]) Cod. ubi de crim. agi oport. 3, 15. Auth. qua in provincia. [4]). Sed antequam dicta testium publicentur, partes debent renuntiare productioni testium et petere inductos publicari. Eis vero publicatis fiat ex eis copia utrique parti, ut super dictis eorum disputetur et allegetur.

Et nota, quod, postquam testibus publicatis partes eorum dicta didicerint, nulli parti licet super illis articulis testes aliquos inducere. ut X. 1. de testib. 2,

---

41) *tonitrua, d. q. f. q.* — Ed. 2. 4. „contraria iis, d. q. f. q." — Ed. 3. „debitorem „aliquem confitentem, se talem pecuniam „adhuc debere."

42) *C. 26. q. 6. c. de his, qui recedunt.* (Ita codd. T. et B.B. — Rectius „c. qui rece„dunt."; nam c. de his vero, qui recedunt. 9. a Tancredo allegatum esse haud credideris.) Rf. 1. 2. om.

43) *Augustinus.* — Codd. „aug." — ang."

44) *Augustin.* exposit. in evang. Ioh. in med. tractat. 121. „palpate et videte." (ex Luc. evang. c. 24. v. 39.) et sub f. hui. tract. „dicit Iesus: quia vidisti me, credidisti." (cf. Ioh. evang. c. 20. v. 27. 29.) „Non ait: teti„gisti me, sed: vidisti me; quoniam genera„lis quodammodo sensus est visus; nam et „per alios quatuor sensus nominari solet; „velut cum dicimus: audi et vide, quam „bene sonet; olfac et vide, quam bene oleat; „gusta et vide, quam bene sapiat; tange et „vide, quam bene caleat."

45) *Exod.* c. 20. v. 18. (cf. v. 22.)

46) *arg. C. 2. q. 1. c. inprimis.* (cf. *Gloss.* in v. specialiter.) Rf. 1. 2. om.

1) Ita L. 2. et similit. („De public. test.") codd. Rf. 1. 2. — „Qualiter fieri debeat pu„blicatio testium." A. — „De publicandis te„stib." L. 3. — Al. „De testium publicatione „et reprobatione." B. L. 1. Hal. et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 8. pr. in v. publicandi. Cf. not. 1. ad seq. tit. 11.

Vid. *Tancr.* summ. d. matrim. tit. 36. pag. 95.

2) c. 2. X. G. e. t. 2, 20. Gregor. M. Cf. *Gloss.* in v. audire.

3) c. 24. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

4) *Cod. ub. d. crim. a. o. Auth. q. in prov.* (verb. „quia contumacia eius pro praesentia „est.") Rf. 1. 2. om.

13. c. cum A. de Plano. 6. [5] **c. intimavit. 18. c. causam quae. 19.** [6] **et in Auth. de testib. §. quia vero. et §. illud. (Nov. 90. c. 4. pr. et §. 1.)** [7] **Sed super**

---

5) *X. 1. de testib. c. cum A. de Plano.* (Ita Bs. L. 1. — Al. »c. cum a. d. complato." B. — L. 2. om. — Alexand. 3. episc. Papiensi. . . »fraternitati tuae . . mand., q., »cum exinde requisitus fueris, utramque »partem ante tuam praesentiam convoces, »et rationibus hinc inde plenius auditis et »cognitis, eandem causam secundum atte»stationes, quas dilectus f. noster P. titulo »sanct. Susannae presbyter cardinalis si»gillo suo munivit, et aliorum testium, si qui »idonei producti fuerint, si attestationes »ipsae" — al. »primae attestationes" — »non »sunt publicatae, infra triginta dies post ha»rum susceptionem literarum, re. ap. ob., »concordia vel iustitia mediante decidas.") haud recept. in coll. Gregor.; et abest a B.B. et a Rf. 2. — B.B. codd. A. E. subst. »c. »fraternitatis." Cf. seq. not. 8.

6) c. 18. 19. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

7) *et in Auth. de test. §. quia vero. et §. illud.* Rf. 1. 2. om.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Inducuntur »testes super eodem articulo quandoque" (Libri ed. »Ind. tamen aliquando novi vel »iidem testes sup. eod. art."); »ut si aliquid »probavi in modum exceptionis per testes, »postea possum probare illud idem directe. »X. 3. de testib. 2, 12. c. veniens. 11." (c. 38. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.), »ubi ponitur talis »casus: Archidiaconus Claremontensis sup»plicavit papae, ut sententiam pro eo latam, »in parte exsecutioni mandatam, super de»canatu eiusdem ecclesiae, in totum faceret »exsecutioni mandare. Cum autem duo ab»bates, Claremontensis capituli procurato»res, proponerent contra archidiaconum, »quod sententia illa contra iustitiam et post »appellationem legitimam lata erat, archidia»conus noluit eos tamquam procuratores ad»mittere, dicens eos esse excommunicatos, »ut patet in originali." (Vid. verba, quae Raym. om.) »Verum quidam subdiaconus, »Parentius nomine, contra dictum archidiaco»num in modum exceptionis obiecit, quod in »sua petitione non erat audiendus, asserens »se ad eundem decanatum canonice fuisse »electum, et quod ille decanatus ad se, non »ad archidiaconum pertinebat. Cum super »his esset aliquamdiu disputatum, videlicet, »utrum sua interesset se opponere exsecu»tioni sententiae, interlocutus fuit papa, ut »Parentius fundaret intentionem suam in »continenti, si posset. Ad quam fundandam »testes et instrumenta produxit. Publicatis »attestationibus, cum utrimque super his es»set aliquamdiu disputatum, interlocutus est »papa, quod sua" (Libri ed. add. »Parentini »scilicet") »intererat se opponere archidia»cono memorato. Lite igitur inter eos conte»stata, tam super electione, quam super »sententia, quia de hoc agebatur, an senten»tia praeiudicasset Parentio, qui sciebat cau»sam tractari, quaesitum fuit ab archidia»cono, an attestationes prius exhibitas, per »quas sc. Parentius probavit suum interesse, »vellet in hoc iudicio admittere. Respondit, »quod sic, dummodo obiicere posset tam in »dicta eorum, quam in personas. Quo au»dito respondit Parentius, quod illis attesta»tionibus uti nolebat in hoc iudicio, sed su»per eodem negotio alios testes, vel illos ite»rum producere volebat. Respondit archi»diaconus, hoc non licere. Interlocutus fuit »papa, quod testes producendi sint super »toto negotio, quos vellet producere utraque »pars. Et ita patet, quod super eodem arti»culo, primo in modum exceptionis obiecto »et postea principaliter intentato, publicatis »etiam attestationibus, possunt iidem et alii »testes produci. Et ita videtur, quod, si de»fecerint in exceptionis probatione, adhuc „possunt directe testificari." (Rf. 2. „Et ita „vid., quod, si defecerit in exc. probatione,

novis articulis possunt testes induci post publicationem testium in veteribus arti-

---

„adhuc potest directe agi et testificari in „principali.") „Et ideo mandat papa duobus „abbatibus, ut rem. app. tam super princi-„pali, quam super incidenti, eandem cau-„sam canonice decidant.. — Item inducuntur „testes super veteri articulo, si velint pro-„bare de alio tempore vel alio loco. X. 3. de „testib. 2, 12. c. ex tenore. 8." (c. 35. X. G. e. t. 2,20. Innoc. 3.) „— Item, si contra alias „personas agatur de eodem negotio. X. 3. de „testib. 2, 12. c. constitutus. 3." (c. 30. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.), „u. d. circa medium, „quod quidam petebat ad faciendam plenio-„rem fidem quasdam attestationes aperiri; „pars adversa respondit, hoc fieri non de-„bere, cum in eadem causa non fuissent in-„ducti, sed in alia; papa noluit eas" (Libri ed. „voluit eos") „admitti." (Cf. *Gloss.* in v. producti.) „— Item inducuntur testes super ve-„teri articulo, si velint agere de falso. ut X. „3. de probat. 2, 11. c. licet. 4." (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.), „ubi syndicus Faventi-„norum admissus fuit ad probandum, quod „testes adversae partis corrupti falsa dixe-„rant. — Item inducuntur testes super veteri „articulo in causa matrimoniali. ut X. 2. de „testib. 2, 12. c. series. 3." (c. 26. X. G. e. t. 2, 20. Clem. 3.), „ubi talis ponitur casus: „Quidam episcopus commisit quandam cau-„sam matrimonialem quibusdam viris pru-„dentibus, ante quos pars accusans ma-„trimonium testes produxit asserentes, „esse consanguinitatem in quinto gradu. „Pars adversa dicebat, quod B. non erat „soror I., sicut testes adversarii dixerant; „quod probare volebat tam per testes, quam „per publicum instrumentum. Pars accusans „testes non recipiendos esse clamabat. „Quaesivit episcopus, utrum recipi deberent, „maxime cum non esset consuetudo suae „ecclesiae, ut post receptos testes, secun-„dum formam canonicam consanguinitatem „computantes, alii ex opposito admitteren-„tur. Respondit papa, quod nisi aliud cano-„nicum obsistat, non obstante tali consuetu-„dine, utpote contraria iuri, admittantur. „Et ideo admittuntur, quasi ageretur" (Libri ed. „ut ageretur") „de falso." (Cf. *Gloss.* in v. iuri contraria.) „— Item in causa appel-„lationis inducuntur testes super veteri arti-„culo." (Rf. 2. om. haec verba: „sup. vet. „art.") „X. 1. de testib. 2, 13. c. fraternitatis. „17." (c. 17. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. — Cf. *Gloss.* in v. novis.) „X. 4. de fid. instrum. 2, „8. c. cum Iohannes. 1." (c. 10. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3.), „ubi admissus fuit P. Viter-„biensis" (Codd. Rf. 2. „Beneventanus") „ci-„vis coram iudice appellationis super vendi-„tione domus ad probandum, quod conditio-„nalis fuerat venditio; et licet hoc capitulum „novum esset, pendebat tamen ex veteri, ut „ibi dicitur; quia" (pro v. quia. Rf. 2. „Et „hoc idem dicit lex, quod") „super novis „articulis iudex appellationis cognoscere „non debet, nisi dependeant a veteribus. „Cod. de temp. appell. 7, 63. l. per hanc. 4. „— Item videtur, quod iidem testes in cri-„mine possunt interrogari denuo et super „eodem articulo. Dig. de custod. reor. 48, 3. „l. divus. 6. Dig. de quaestion. 48, 18. l. 1. §. „ult. — Item, si testes aliquid obscure dixerint, „denuo possunt a iudice interrogari. Dig. de „testam. 28, 1. l. heredes. 21." (§. 1. — Rf. 2. add. „non tamen post tres menses. ut X. „G. de testib. 2, 20. c. per tuas. 48." Honor. 3.) „— Item, si diminute (Ed. 2. 4. „non distincte." — Ed. 3. „diminute et non „distincte.") „dixerint. X. 3. de emt. et vend. „3, 14. c. cum causa. 2." (c. 42. X. G. de testib. 2, 20. et c. 6. X. G. de emt. et vend. 3, 17. Innoc. 3. — Rf. 2. „X. G. de testib. c. „cum causa." — Ibi cf. *Gloss.* in v. ad alium.) — Rf. 2. insup. add. „Ad idem et melius facit „decretalis nova X. G. de testib. 2, 20. c. „cum clamor * *. 53." Gregor. 9.

culis. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. fraternitatis. 17. [8]) et c. causam quae vertitur. 19. [9]) et X. 3. e. t. 2, 12. c. ex tenore. 8. [10]) Et habet hoc locum, quod super novis dumtaxat articulis testes post publicationem possunt induci, tam in priori iudicio, quam in iudicio per appellationem renovato [11]), etiam post sententiam. ut in dicta decretali „fraternitatis." et Cod. de temp. appell. 7, 63. l. per hanc. 4. [12]) Et hoc generaliter verum est, nisi sit renuntiatum testibus in tota causa, tam super novis articulis, quam super veteribus; quoniam ex tunc nulli testes possunt in causa illa produci. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. ult. [13]) et c. intimavit. 18. [14])

De reprobatione testium. [1]) T. 11.

Tractavimus supra, qui testes recipiendi sint et qui non [2]). Sed quia interdum non legitimi testes recipiuntur, videamus, qualiter recepti reprobentur.

Et est sciendum, quod ante publicationem testium et post publicationem tam in dicta testium, quam in personas eorum potest obiici, et tam dicta, quam personae possunt per alios legitimos testes [3]) reprobari, dummodo ante sententiam fiat, ut X. 2. de except. 2, 11. c. denique. (un.) [4]) X. 2. de testib. 2, 12. c. series.

Gloss. T. ad l. l. per hanc. (cf. pag. 242. not. col. 2. vers. 23.) „Casus. Dicitur in „principio, quod si" (quis) „litigantium ali-„quod instrumentum omisit ante sententiam „producere, post sententiam potest, dummo-„do appellatum sit a sententia. Sed quaerere „poteris: quare instrumenta possunt produci „et non testes? Respondeo, quia timetur de „subornatione testium, et non ita instrumen-„torum; quia instrumentum nullam formam „nisi primam recipit, quia debet instrumen-„tum in sua prima forma manere. ut Cod. de „ed. div. Hadr. toll. 6, 33. l. 1." (Fuerit l. „ult.")

8) c. 17. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

9) c. 19. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

10) c. 35. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. admittendos.

11) *renovato.* Vulg. — Al. »revocato." B. Bs. et libr. ed.

12) Cf. *D. D. Hugolin.* §. 345. pag. 487. *Tancr.* summ. d. matrim. tit. 36. in f. *Gloss.* in v. sed et si qua. vers. item cum aperti.

13) c. cum venisset. (Ita recte B.B. codd. A. E. Hal. — In cod. L. 3. male serv. »c. ult.") 25. X. G. e. t. 2, 20. Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. renuntiatum.

14) c. 18. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. B.B. cod. A. add. „c. de testibus. 29." c. 2. X. 3. h. t. 2, 12. Innoc. 3. — Ita etiam cod. E.; sed ibi om. »c. intimavit."

Rf. 1. 2. parum apte add. »c. causam." 19. X. 1. h. t. 2, 13. siv. 19. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 3. num. 8. et *Gloss.* ad c. ibi alleg. »in causis." 15. X. G. de test. 2, 20. (c. 15. X. 1. e. t. 2, 13. Alexand. 3.) in v. productionem.

1) Ita A. (recent. manu.) F. 1. 2. Ham. — Al. »De reprobandis testib." L. 3. — »Quom. »possint reprobari testes recepti." L. 4. — In codd. B. L. 1. 2. E. Hal. hui. tit. contextus a praecedenti tit. haud separatus est. Cf. not. 1. ad tit. 10.

Cf. *Tancr.* summ. de matrim. tit. 37. in f.

2) h. part. tit. 6.

3) *per al. legit. testes.* — Ed. 2. 4. om. — Ed 3. »per legitimos modos."

4) c. 1. X. G. e. t. 2, 25. Coelestin. 3. *dumm. ante sent. fiat. ut X... denique.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »dumm. ante sent. fiat; ni-»si prius praefixus fuerit terminus a iudice »ad testes ex utraque parte producendos" (Ed. 2. 3. 4. add. »et ad excipiendum") »tam super »principali negotio, quam in personas; ultra »quem terminum non audiuntur, qui in per-»sonas volunt obiicere vel testes producere.

3. [5]); hac tamen distinctione servata [6]), ut qui post publicationem testium eorum personas vult reprobare, si ante publicationem hoc fuit protestatus, sine distinctione audiri debet; alias non audietur, nisi iuret, quod ad hoc ex malitia non procedit, vel quod post publicationem didicit id, quod eis obiicit. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. praesentium. 4. [7]). Et sic admissus si probaverit testes, quos reprobare intendit [8]), servos esse, vel infames, criminosos, vel falsos [9]), sive pecunia corruptos, vel alio modo non legitimos, sicut monstratum est supra in titulo „de testibus, qui et quales esse possint.", pro non receptis habentur et dicto eorum fides non adhibetur. ut [10]) X. 1. de testib. 2, 13. c. super eo. 12. [11]) c. porro. 13. [12]) c. ex parte. 23. [13]) X. 2. de except. 2, 11. c. denique. (un.) [14]) X. 3. de ord. cognit. 2, 4. c. cum dilectus. 1. in f. [15])

Reprobantur dicta testium per alios testes, ante publicationem et post, hoc modo: dixerunt testes, Titium contraxisse cum Bertha in civitate Bononiensi in calendis Ianuarii nuper transactis; si probatum fuerit per testes omni exceptione maiores, ipsum Titium illo die fuisse in Francia, dicto priorum testium fides non adhibetur. ut X. 3. de testib. 2, 12. c. ex tenore. 8. [16]) et X. 2. e. t. 2, 12. c. se-

---

»X. 3. de probat. 2, 11. c. licet. 4." (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. Cf. verba post pr. a Raym. om.) »et X. . . denique * *." — Subinde Rf. 2. »Ad idem et melius facit decreta»lis nova X. G. de testib. 2, 20. c. testimo„nium * *. 54." Gregor. 9.

5) *X. de test. c. series.* (c. 26. X. G. 2, 20. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuri contraria. vers. Vinc. et alii dicunt.) Rf. 1. 2. om.

6) *hac t. dist. servata.* — Rf. 1. 2. »Et »quod dicitur in hoc c." (Rf. 2. »in illa decr. »denique."), »fiat illa dist. servata." Cf. not. sup. 4.

7) c. 31. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Iuramento »potest ignorantiam probare." (Ista in Rf. 2. cum ultimis verbis c. praesentium. »cum »quis personas testium se velle post publi»cationem attestationum repellere fuerit pro»testatus, si quid pro ipso dixerint, de fa»cili non creditur." in hunc modum coniuncta sunt: »nisi iuramento suo possit pro»bare ignorantiam suam.") »ut C. 34. q. 2. c. »in lectum. 6." (Cf. *Gloss.* in v. per securitatem.) »X. 1. de sent. excomm. 5, 34. c. si »quis vero. 5." (c. 4. X. G. e. t. 5, 39. Alexand. 3.), »ubi creditur percutienti clericum »super ignorantia, cum iurat se ignorasse »percussum fuisse clericum. Si autem ante »publicationem testium didicit, quod vult ob»iicere, et tacuit, quia non habuit probatio»nes de hoc, non praeiudicat ei taciturnitas. »C. 2. q. 7. c. plerique. 27." (Cf. *Gloss.* in v. et tacent.)

8) *Et sic admissus . . . intendit.* — Rf. 1. 2. »Et sic admissus" (Rf. 2. »admissos") »re»probare poterit" (Libri ed. »poteris") »te»stes."

9) *falsos.* — Rf. 1. 2. »falsarios."

10) *pro non rec. hab. . . ut.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Et qui pro non rec. habentur, »quorum dictis fides non adhibetur, habe»tur:"

11) c. 13. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

12) *c. porro.* (siv. c. quamvis. Cf. not. 57. ad part. 2. tit. 7.) ab. a B.B. codd. A. E. Hal.; sed servat. in cod. L. 3. et in Rf. 2. Cf. not. 36. ad h. part. tit. 6.

13) c. 7. X. G. e. t. 2, 20. Eugen. 3.

14) *X. de exc. c. denique.* (cf. not. sup. 4.) Rf. 1. 2. om.

15) c. 2. §. 1. X. G. e. t. 2, 10. Innoc. 3.

16) c. 35. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

ries. 3. [17]) Cod. de committ. stipul. 8, 38. l. optimam. 14. Et continetur in dictis concordantiis quidam modus probandi negativam indirecte; quod est nota dignum.

Quibus testibus fides adhibeatur et quanta. [1]) T. 12.

Quoniam testes, qui in iudiciis inducuntur [2]), aliquando contrarii, aliquando diversi reperiuntur, et interdum testis sibi ipsi, interdum unus uni, vel plures pluribus contradicunt, sive ab una parte sive ab utraque inducantur, ideo videamus, quibus testibus fides sit adhibenda et quanta.

Si testis dicit contraria sibi, vel adversa, vel varia, vel verum in uno, falsum in alio, repellitur, et dictum eius non valet. ut C. 4. q. 3. §. qui falso vel varie. (c. 3. §. 20.) et C. 3. q. 9. [3]) c. pura et simplex. 17. X. 3. de probat. 2, 11. c. licet causam. 4. [4])

Si vero plures testes ab una tantum parte inducuntur, si concordant, et negotii qualitas et motus animi iudicis cum his concurrat, sequenda sunt omnia testimonia, et secundum eorum dictum sententiandum est. ut C. 4. q. 3. §. item in criminali. (c. 3. pr.) et Dig. de testib. 22, 5. l. ob carmen. 21. §. ult. — Si autem sibi ad invicem contradicunt, licet impari [5]) numero, credendum est dictis eorum, qui naturae negotii conveniunt et qui omni carent suspicione; confirmabitque [6]) iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis, quae causae aptiora compererit; non enim ad multitudinem testium respici oportet, sed ad sinceram fidem eorum, ut X. 3. de testib. 2, 12. c. in nostra praesentia. 5. [7]) et in praeallegatis legibus dicitur [8]). — Quid, si duo fuerint testes tantum ab una parte producti, et invicem sibi contradicunt? Respondeo, neutri stabitur, quoniam qui-

---

17) c. 26. X. G. e. t. 2, 20. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. instrumentum.

1) Ita B. L. 2. — Al. »Quib. test. fides sit »adhibenda et quanta." A. — »Quib. test. sit »fid. adhib." L. 4. — »De fide testium." L. 3. M. 2. — »De contrarietate testium et quib. »test. sit fid. adhib. et quanta." Ham. — »De »contr. t. et quib. sit fid. adh. et quant." F. 1. — »De contr. t. et quib. test. sit fid. adh." Bi.

Io. Andr. ad D. sp. lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. (de fide testibus adhibenda.) pr. in v. discutiamus. »recepit auctor notabilem »partem hui. §. a Tancr. tit. 6." — Cf. not. 1. ad hui. part. tit. 6., not. 1. ad tit. 10. et not. 1. ad tit. 11.

2) *in iud. inducuntur.* Vulg. — Al. »in »iud. adducuntur." B. Bs. M. 2. — »in iudi»cium inducuntur." L. 3.

3) *q. VIIII.* Ita L. 2. et Rf. 1. 2. — Al. »q. »VIII." B. Bs. L. 1. et codd. B. B. — Cf. not. 4. ad h. part. tit. 9.

4) c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. contradicant.

Rf. 1. add. »et e. l. de caus. poss. et propr. »2, 5. c. 1." Inde Rf. 2. »X. G. de caus. p. et »p. 2, 12. c. cum ecclesia. 3." Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. vacillasse. — Ab. a *Durant. sp.* Cf. not. sup. 1.

5) Cf. *Gloss.* ad l. c. 3. pr. C. 4. q. 3. in v. in pari. et vid. *Richter.* not. 10. ad h. l.

6) *confirmabitque.* (cf. l. l. 21. §. ult. Dig. de testib. et c. 3. pr. C. 4. q. 3.) Codd. quidem T. et Hal. »confirmabit." Sed recepi istam lect. ex codd. A. E. (L. 3. »et iudex »... informabit.") Et sic Rf. 1. 2.

7) c. 32. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. adversa.

8) *ut X... dicitur.* — Rf. 1. »ut in prae»cedenti decreto et X..; et in praeall. le»gibus idem dicitur." — Rf. 2. »ut in decreto »praec. et X. G. de testib. c. in nostra."

libet est solus in dicto suo, et singuli sunt in suis testimoniis singulares, ut X. 3. de elect. 1, 6. c. bonae memoriae. 8. c. cum dilecti. 17. [9]), et quia dicto unius non creditur, quantacumque fulgeat dignitate. ut C. 4. q. 3. §. iurisiurandi. (c. 3. §. 37. 38.) [10]) X. 2. de for. comp. 2, 2. c. licet universis. 1. [11]) Cod. de testib. 4, 20. l. iurisiurandi. 9. (§. 1.)

Cum vero ab utraque parte testes inducuntur [12]), si concordant, sequenda sunt dicta eorum, sicut dictum est, quando ab una tantum parte inducuntur. — Si autem contrarii reperiuntur vel diversi, iudex concordare debet eos, si potest, ut valeat eorum testimonium. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. cum tu fili. 16. [13]). Sed si non potest dicta eorum concordare, quia prorsus contraria dicunt, iudex ex motu animi sui scire poterit, quibus potius sit fides adhibenda, ita tamen, ut potius sit credendum ingenuo quam libertino, seniori quam iuniori [14]), honorato quam inferiori, nobili quam ignobili, masculo quam foeminae. ut Dig. de fid. instrum. 22, 4. l. ult. Dig. de stat. hom. 1, 5. l. in multis. 9. [15]) X. 3. de testib. 2, 12. c. in praesentia. 5. [16]) Item potius credendum est veridico quam mendaci, emendato quam luxurioso, magis diviti quam pauperi, et magis alii quam valde [17]) amico eius, pro quo testificatur, vel inimico eius, contra quem testificatur. [18]) ut Dig. de testib. 22, 5. l. 3. (pr.) [19]) arg. Dig. de dol. 4, 3. l. non debet. 11. et arg. Dig. solut. matr. 24, 3. l. si cum. 22. §. eo tempore. 5. 6. [20]) et Dig. de nupt. l. si fuero. [21]) et C. 3. q. 5. per totum [22]). Sed non intelligas, ut his, qui superantur, omnino fides subtrahatur, sed quia in dubiis magis creditur potiori et digniori [23]). — Quid, si omnes testes sunt eiusdem conditionis et honestatis et

---

9) Cf. not. 29. 30. ad h. part. tit. 9. Rf. 1. add. »et X. 3. de probat. c. licet.« Cf. not. 31. ad h. part. tit. 9. — Rf. 2. »et X. G. de testib. c. licet.« (vid. seq. not. 11.) »et X. G. de probat. c. licet.«

10) *C. 4. q. 3. §. iurisiur.* Rf. 1. 2. om.; sed ibi add. verba l. l. 9. Cod. de testib.

11) c. 23. X. G. de testib. (Ita recte A.; sed ceteri codd. B.B. male »de foro »comp.«) 2, 20. Alexand. 3. — Ed. 2. 3. 4. om.; sed vid. not. sup. 9.

12) Hui. vers. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de teste. §. 12. in v. porro.

13) c. 16. X. G. e. t. 2, 20 Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. benigne.

14) *seniori quam iuniori.* (cf. *Pill.* pag. 72. vers. 22.) — Rf. 1. 2. »maiori quam minori.«

15) *Dig. de stat. hom. l. in multis.* (cf. *Pill.* pag. 72. vers. 24.) Rf. 1. 2. om.

16) Cf. not. sup. 7.

17) *valde.* (cf. *Pill.* pag. 72. vers. 26.) Rf. 1. 2. om.

18) *vel inim. eius, c. q. test.* Bs. L. 1. 3. 4. — Al. vulg. om.

19) Cf. not. seq. 22.

20) Cf. not. seq. 22.

21) *Dig. de nupt. l. si fuero.* Ita vulg. codd. T. et B.B. — Al. »Dig. de nupt. l. si »servo.« L. 3. — »Dig. de nuptiis sibi. l. si »vero.« Hal. (De Rf. 1. 2. vid. seq. not. 22.) Cf. not. 12. ad *Pill.* part. 3. §. 13.

22) *ut Dig. de testib...* (cf. *Pill.* pag. 72. vers. 27. et seq.) — Rf. 1. »ut C. 3. q. 5. c. »1., u. d., consanguinei * *. Ad idem habes »per totam illam quaestionem. Dig. de te»stib. l. 3. Dig. de dol. l. non debet. Dig. de »nupt. l. si et causa.« — Rf. 2. »ut C. 3. q. 5. »c. 1., u. d., consanguinei * *. Ad idem Dig. »de dol. l. non debet.« (et novo errore:) »Dig.« (passim »Cod.«) »ad municipal. l. si »ex causa.«

23) *Sed non intelligas...* H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 4 tit. de teste. §. 12. num. 4. in v. per totum.

fidei? Respondeo, tunc stabitur pluralitati, quia pluribus credetur. arg. Auth. de testib. §. et licet. (Nov. 90. c. 2. 3. sub f.) [24]) Dig. de recept. 4, 8. l. item si unus. 17. §. item. 2. (6. 7.) et l. diem. 27. §. si plures. 3. Dig. de ventre inspic. 25, 4. l. 2. [25]) Dig. quemadm. testam. aper. 29, 3. l. si maior. 6. Dist. 65. c. 1. 2. et 3. et expressius X. 3. de testib. 2, 12. c. in praesentia. 5. [26]) — Sed si tot sunt pro una parte, quot pro altera, et aeque boni, vel ex una parte plures, ex alia digniores, ita quod dignitas possit numero adaequari, quid facere debet tunc iudex? Respondeo, absolvat tunc reum, ut in dicta decretali „in praesen-„tia. [27])," eo quod proniores esse debemus ad absolvendum, quam ad condemnandum, ut X. 1. de probat. 2, 12. c. ex literis. 2. [28]) Dig. de act. et obl. 44, 7. l. Arrianus. 47. [29]), et quia sequendi sunt testes, qui ad humanam [30]) declinant sententiam. arg. Dig. de pact. 2, 14. l. maiorem. 8. Cod. qui bonis ced. poss. 7, 71. l. ult. [31]) — Et hoc est verum generaliter, quod pro reo sententiandum est, cum aequalitas est in testibus, nisi favorabilior sit pars actoris, puta quia stat pro libertate, pro dote, pro testamento, pro legitimatione, pro pupillo, pro vidua, pro orphano, pro fisco, pro ecclesia, vel pro aliqua [32]) re seu persona favorabili [33]), quia tunc esset pro actore sententiandum. arg. [34]) Dig. de re iud. 42, 1. l. inter pares. 38. (pr.) Dig. de inoff. test. 5, 2. l. si pars iudicantium. 10. (pr.) [35]) Dig. de reg. iur. 50, 17. l. in ambiguis. 85. (pr.) Cod. quand. imperat. int. pup. et vid. 3, 14. l. un. Cod. de sacros. eccles. 1, 2. l. antepenult. 21.

Ratione contrarietatis non creditur dicto testium quandoque, sicut supra demonstratum est. Interdum vero dicto eorum fides non adhibetur ratione personarum suarum, ut ostendimus supra in titulo primo de testibus [36]). Et quandoque fides illis non adhibetur, vel quia male respondent, vel quia diversitas re-

---

24) *arg. Auth. de test. §. et licet.* (cf. *Pill.* pag. 73. vers. 3. 4. *Durant. sp.* l. l. §. 12. num. 5.) Rf. 1. 2. om.

25) *l. 2.* — Ita vulg. codd. — Recte libri ed. »l. 1."(pr.) — Cf. not. 16. ad *Pill.* part. 3. §. 13.

26) Cf. not. sup. 7.

27) *ut in dicta decr. in praes.* — Rf. 1. »ut »X. 3. de fid. instrum. 2, 13. c. 1. in f." (Innoc. 3.), »u. d., quoniam cum obscura sint »iura partium, consuevit contra eum, qui »petitor est, iudicari. Ad idem X. 1. de pro»bat. 2, 12. c. ex literis. 2." (Luci. 3.) — Hinc Rf. 2 »ut X. G. de probat. 2, 19. c. ex literis. »3. X. G. de fid. instrum. 2, 22. c. inter dile»ctos. 6., u. d., quod cum obscura . ."

28) *X. de prob. c. ex literis.* (cf. not. praeced. 27.) hoc l. Rf. 1. 2. om.; sed servat. in cod. M. 2.

29) *Dig. de act. et obl. l. Arrianus* (cf. *Durant. sp.* l. l. not. 23. §. 12. num. 6.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in cod. M. 2.

30) *humanam.* — Al. »humaniorem." B.B. codd. A. Hal. L. 3., et Rf. 2.

31) *arg. Dig. de pact. . . l. ult.* (cf. *Pill.* pag. 73. vers. 9. 10. *Durant. sp.* l. l. §. 12. num. 7.) Rf. 1. 2. om.

32) Cf. not. 21. ad *Pill.* part. 3. §. 13.

33) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 12. num. 7. in v. favorabili.

34) B.B. cod. A. add. »X. G. de sent. »et re iud. c. ult." (Similiter E. et Hal., sed ibi negligenter om. »c. ult.") Cf. not. seq. 35.

35) Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis »nova X. G. de sent. et re iud. 2, 27. c. duo»bus * *. 26." Gregor. 9.

36) h. part. tit. 6.

rum, temporum, locorum, personarum et similium eis resistit, ut dictum est supra in titulo de iuramento testium [37]).

Et haec de testibus dicta sufficiant.

T.13. De exhibitione instrumentorum et fide ipsorum. [1])

Vidimus de probatione vivae vocis, scilicet quae fit per dicta testium. Nunc de ea, quae fit per vocem mortuam, id est per instrumenta, tractatum subiiciamus. Videamus igitur, quid dicatur instrumentum [2]), quot sint eius species, quando sint exhibenda instrumenta, et qualiter, quibus instrumentis fides adhibeatur et quanta.

§. 1. §. Instrumentum est scriptura facta ad assertionem seu probationem alicuius rei, dictum instrumentum, quia instruit, seu documentum, quia docet, arg. C. 12. q. 2. c. si quis de clericis. 33.; et licet appellatione instrumentorum testes contineantur, ut X. 2. de praesumt. 2, 15. c. pervenit. 1. [3]) et Dig. de fid. instrum. 22, 4. l. 1., tamen hic proprie dicitur instrumentum scriptura ad memoriam alicuius rei confecta [4]).

§. 2. §. Instrumentorum duae sunt species: aliud est publicum, aliud est privatum.

Publicum est, quod publicam habet auctoritatem. Et species eius sunt plures. — Nam publicum instrumentum est, quod scriptum est per manum publicam, id est per manum notarii publici, hoc est tabellionis, et in publica forma [5]) redactum. ut X. 1. de sponsal. 4, 1. c. illud. 14. [6]) X. 1. de fid. instrum. 2, 15. c. 2. [7]) X. 3. e. t. 2, 13. c. inter dilectos. 1. [8]) — Item dicitur publicum, quod authentico sigillo sigillatum est. ut X. 1. de fid. instrum. 2, 15. c. scripta. 2. [9])

---

37) h. part. tit. 9. §. 2.

1) Ita B. L. 2. — »De exhib. instrumen„tor. et eor. fide." L. 4. (*Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de instrumentor. edit. »Tancr. parte tertia posuit rubr. de exhib. »instrumentor. et ipsor. fide.") — Al. »De »probatione instrumentor." A. L. 3. — »De »fide instrumentor." Bi. — »De instrumen»tis." F. 1. 2. M. 2. — Cf. not. seq. 31. 39. 63.

2) *quid dic. instr.* — Rf. 2. »quid sit instr. »et unde dicatur."

3) c. 4. X. G. de testib. cog. 2, 21. Alexand. 3.

arg. C. 12. q. 2. . . c. pervenit. Rf. 1. 2. om.

4) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instr. edit. §. 1. in v. confecta.

5) *publica forma.* Vulg. — Al. »publicam »formam." L. 2. A. E.

6) c. 11. X. G. de praesumtionibus. 2, 23. Alexand. 3.

7) c. scripta. 2. X. G. e. t. 2, 22. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. per manum publicam.

8) c. 6. (in med. hoc c. vers. instrumentum quoque sententiae etc.) X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3.

ut X. de sponsal. (d. praesumt. Cf. not. 6.) . . . *dilectos.* Ita *Durant.* Cf. not. seq. 30. — Rf. 1. »X. 4. de fid. instrum. 2, 8. c. »cum Iohannes. un." (c. 10. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3.) »X. 2. de fid. instr. c. 2. X. 3. de »fid. instr. c. inter dilectos. X. 1. de spons. c. »illud." — Rf. 2. »ut X. G. de fid. instr. c. »scripta. X. G. e. t. c. cum Iohannes. X. G. »e. t. c. inter dilectos. X. G. de praesumt. c. »illud."

9) c. 2. X. G. e. t. 2, 22. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. sigillum.

X. 2. de probat. 2, 10. c. tertio. 3. [10]) arg. X. 1. de testib. 2, 13. c. cum A. de Plano. 6. [11]) C. 19. q. 3. c. statuimus. 3. [12]) — Tertio dicitur publicum, quod iudicis auctoritate est exemplatum et authenticatum. ut Cod. de testam. 6, 23. l. publicati. 2. [13]) Cod. de iure emphyteut. 4, 66. l. ult. [14]) X. 3. de confirmat. 2, 20. c. 1. [15]) — Quarto dicitur publicum, quod in iudicio scribitur apud acta publica; et valet, per quemcumque scriptum sit. ut Cod. de edend. 2, 1. l. 2. et Cod. de re iud. 7, 52. l. gesta. 6. [16]) et melius dicitur X. in constitutione Lateranensis concilii Innocentii tertii. c. quoniam contra falsam. 38. [17]) — Quinto dicitur publicum, quod habet subscriptionem trium viventium testium. ut X. 1. de fid. instrum. 2, 15. c. 2. [18]) et X. 3. de testib. 2, 12. c. 1. [19]) et Cod. qui potior. in pign. 8, 18. l. scripturas. 11. — Sexto loco dicitur publicum, quod de archivo seu armario publico producitur, liber scilicet rationum [20]); et ei creditur, si habet publicum testimonium, scilicet quod iudex confiteatur illum de archivo publico esse productum. ut X. 3. de praescript. 2, 17. c. ad audientiam. 3. [21]) C. 30. q. 1. c. pervenit. 1. in Auth. de his qui ingred. ad appell. §. si vero. (Nov. 49. c. 2. §. 2.) et Dig. de probat. 22, 3. l. census. 10. [22]) — Et cuilibet tali publico instrumento fides adhibetur, ut probatur per omnes supra dictas concordantias et alias multas. Et hoc quidem verum est, si originale, id est authenticum ipsum instrumentum introducatur. Ceterum si exemplum vel sumtum, quod vocatur index, exhibeatur, ei non adhibetur fides, ut Dig. de fid. instrum. 22, 4.

---

10) c. 5. X. G. e. t. 2, 19. Clem. 3. — Rf. 1. 2. „X." (L. 4. sine num. compil.) „de pro„bat. c. 1." Male.

11) *X. 1. de testib. c. cum A. de Plano.* (cf. not. 5. ad h. part. tit. 10.) B.B. et Rf. 1. 2. om. — In cod. L. 3. male substit. „X. G. „de testib. 2, 20. c. cum a nobis. 28."

12) *C. 19. q. 3. c. statuimus.* (verb. „com„muni literarum cautione.") Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 30.

13) *Cod. de testam. l. publicati.* (cf. *Gloss.* in v. publicati. et in v. valet.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 30.

14) verb. „per depositionem, in hac qui„dem civitate apud virum clariss. magistrum „censuum, . . in provinciis autem per prae„sides vel defensores celebrandam." Cf. *Gloss.* in v. per depositionem.

15) c. cum dilecta. (Ita recte B.B. cod. E. — A. L. 3. negligenter: „c. 1." — Hal. vitiose: „X. G. de consuetud. 1, 4. c. cum di„lectus. 8.") 4. X. G. e. t. 2, 30. Innoc. 3.

B.B. cod. A. add. „X. G. de fid. in„strum. 2, 22. c. penult. et ult." Gregor. 9.

16) *Cod. de edend. l. 2.* (cf. *Gloss.* in v. acta publica.) *et Cod. de re iud. l. gesta.* (cf. *Gloss.* in v. gesta.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 30.

17) *X. in const. Lat. conc. Innoc. c. quon. c. f.* — L. 2. „de probat. ex. IIII. 2, 6. quon. „c. f. 3." — c. 11. X. G. e. t. 2, 19.

18) c. scripta. 2. X. G. e. t. 2, 22. Alexand. 3.

19) c. cum a nobis. (Ita recte B.B. codd. A. E. Hal. — L. 3. negligenter: „c. 1." — Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 7. num. 2. in v. de testib. c. 1.) 28. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

20) *lib. sc. rationum.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. „ut liber censualis, ubi scribuntur „census, vel liber rationum." (al. „annotatio„num." Bi. F. 1. Ham.)

21) c. 13. X. G. e. t. 2, 26. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. censualem.

22) *C. 30. q. 1. c. pervenit . . . l. census.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 30.

l. quicumque. 2. 23), nisi auctoritate iudicis sit exemplatum, ut supra dictum est, vel nisi illud authenticum, de quo fit mentio, vel alia legitima probatio exhibeatur. ut in Auth. ut sponsal. largit. §. et hoc insuper. (Nov. 119. c. 3.) 24)

Privatum est omne aliud instrumentum, a quocumque sit scriptum, nisi aliquo dictorum modorum sit corroboratum 25). Privatorum instrumentorum tres sunt species: nam aliquando facis scripturam tibi tantum, aliquando alii tantum, aliquando tibi et alii. — Illi scripturae, quam quis sibi facit, nulla fides adhibetur. ut Cod. de probat. 4, 19. l. exemplo perniciosum est. 7. 26) — Si autem facis alii scripturam contra te, puta creditori tuo de eo, quod accepisti ab eo, creditur ei contra te. ut Dig. depos. 16, 3. l. Publia Maevia. 26. §. ult. et C. 1. q. 1. (7.) 27) c. saluberrimum. 21. 28) — Tibi et alii facis scripturam, sicut est codex rationum tuarum, cui interdum creditur. ut Dig. de edend. 2, 13. l. si quis ex argentariis. 6. et C. 10. q. 2. §. si oeconomus. (c. 2. §. 11.) Eiusdem naturae est chirographum, quod fit de depositis, quod solet in eadem forma fieri depositario et deponenti, ita ut quaedam literae per medium incidantur 29); item

---

23) Cf. *Gloss.* in v. indice.

Gloss. T. »Dicitur, quod si" (leg. »licet") »fiscus multis gaudeat privilegiis, verumtamen neminem convenire potest ex indice »vel exemplo. Cod. de mand. princ. 1, 15. l. »un. Dicitur ibi, quod, si aliquis dicit se habere aliquod mandatum ab imperiali culmine, non est ei fides adhibenda, etsi praesidiali fulgeat dignitate, nisi demum exhibitum fuit idem mandatum imperiale. Ad idem »Cod. de edend. 2, 1. Auth. si quis." (ad l. 7.) »Dicitur ibi, quod, si in uno instrumento »alterius fiat mentio, non est fides adhibenda, nisi dictum" (fortasse: »documentum") »illud exhibeatur. Et est verum illud, nisi »sit publicum; quoniam, si semel publicum »sit et in publicam formam redactum, bene »potest quis conveniri auctoritate illius mandati. ut Cod. de testam. 6, 23. l. pauci." (Fuerit »l. publicati." Cf. pag. 249. vers. 3.)

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »X. 1. de fid. »instrum. 2, 15. c. 1." (c. 1. X. G. e. t. 2, 22. Gregor. M.) »si scripturam * *."

24) Cf. *Gloss.* in v. aliud documentum.

25) *Privatum . . . corroboratum.* — Rf. 2. »Privatum instrumentum, a quocumque sit »scriptum, nisi aliquo dictorum modorum »sit roboratum, non valet." — Genuin. contextum servavit *Durant. sp.* Cf. not. seq. 30.

26) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »Propria »autem scriptura, licet fuerit privata, quandoque ei praeiudicat, qui eam sibi facit. ut »X. 3. de translat. episcop. 1, 5. c. quanto. »3. circa pr." (c. 3. X. G. e. t. 1, 7. Innoc. 3. Ibi in verbis, quae Raym. om.: »testimonio »literarum, quibus ad nos directis Herbipolensem se pontificem nominabat etc." — Ed. 2. 3. 4. hoc c. om.) »Cod. de non num. »pec. 4, 30. l. generaliter. 13. Dig. de pignorib. 20, 1. l. ult." (Rectius Ed. 2. 4. »l. penult." et Ed. 3. »l. pen. §. idem quaesivit. »1.") »C. 32. q. 4. c. dicat aliquis. 9." (Cf. *Gloss.* in v. et nomen. — Ed. 2. 3. 4. hoc c. om.)

27) Vulg. codd. T. et B.B. »q. 1." (L. 3. »q. 2.") Sed legend. »q. 7."; et ita ex hoc loco *Durant. sp.* Cf. seq. not. 30. — Recte etiam Rf. 1. 2. »q. ult."

28) Cf. *Gloss.* in v. professio.

29) H. d. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 7. num. 4. Cf. *Io. Andr.* in v. secund. Tancr.

Ex *Gloss. T.* ad l. l. 6. Dig. de edend. »dicitur, quod chirographum habet eo modo »fieri, quo fit instrumentum confectum super »deposito, i. e. incidi habet per medium, et »uni debet tradi una pars, alii altera."

scriptura de pensionibus acceptis [30]).

§. 3.
§. [31]) Quando sint exhibenda instrumenta, quaeritur. Respondet Innocentius [32]), quod utraque pars potest exhibere instrumenta sua ante publicationem testium et post publicationem, et quandocumque voluerit usque ad diffinitivam sententiam, antequam sit in causa conclusum, ut X. 3. de fid. instrum. 2, 13. c. ult. [33]), hoc est, antequam [34]) sit renuntiatum exhibitioni instrumentorum et aliorum, quia postea nec instrumentum produci, nec aliquid potest in causa mutari, arg. X. 3. de caus. possess. 2, 5. c. pastoralis. 3. in f. [35]) X. 1. de testib. 2, 13. c. ult. [36]) Cod. de reb. cred. 4, 1. l. si quis iusiurandum. 11., nisi nova orirentur capitula, ex veteribus pendentia, in quibus dico instrumenta exhiberi posse de novo etiam post sententiam appellatione suspensam, sicut novi testes possunt in eisdem induci, ut X. 1. de testib. 2, 13. c. fraternitatis. 17. [37]) Cod. de temp. et reparat. appell. 7, 63. l. per hanc. 4., vel nisi esset talis persona, cui beneficium restitutionis indulgetur, puta minor vel ecclesia, sicut plene, Deo dante, dicemus in titulo de in integrum restitutione [38]).

§. 4.
§. [39]) Hoc modo exhibenda sunt instrumenta vel privilegia. Recitentur instrumenta ab ipso iudice vel eo, cui hoc deputaverit, audiente tantummodo parte contraria, ita quod instrumentum non tradatur parti adversae ad transcribendum, sed per notarium vel alium fidelem hominem transcribatur et parti adversae exinde copia fiat. Et si super uno solo capitulo privilegii quaestio fuerit, illud solummodo recitetur et rescribatur [40]) et parti adversae tradatur. ut X. 2. de fide instrum. 2, 14. c. contingit interdum. 3. [41])

Et nota, quod omnium [42]) eorum, quibus quis vult uti in causa pro se, debet facere copiam adversario suo contra se, ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. §. eden-

---

30) Cum genuinus huius §. 2. contextus in *Durant. sp.* receptus sit (cf. *Io. Andr.* ad lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. ed. §. 7. pr.), complura ibi servata sunt, quae in Rf. 1. 2. haud leguntur. Cf. not. sup. 12. 13. 16. 22. 25.

31) Bi. inscr. »Quo tempore sint exhibenda instrumenta.“

32) Rf. 1. 2. add. »tertius.“ Cf. seq. not. 33.

33) c. cum dilectus. 9. X. G. 2, 22. Innoc. 3.

34) *h. e. antequam.* — Libri manuscr. Rf. 1. 2. »potest etiam addi: et antequam.“

35) c. 5. in f. X. G. e. t. 2, 12. Innoc. 3.

36) c. cum venisset. (Ita recte B.B. codd. A. E. Hal. — L. 3. negligenter: »c. ult.“) 25. X. G. e. t. 2, 20. Urban. 3. — Rf. 1. 2. hoc c. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. not. seq. 38.

37) c. 17. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. B.B. in codd. A. E. add. »et de fid. instrum. 2, 22. c. cum Iohannes. 10.“ c. un. X. 4. e. t. 2, 8. Innoc. 3.

38) Verba huius vers. »quando sint.“ (vid. h. pag. vers. 2.) in *Durant. sp.* transcripta esse commemorat *Io. Andr.* ad lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit §. 5. pr. Vid. part. 4. tit. 6. §. 2. 7.

39) Bi. inscr. »De modo exhibendi instrumenta.“

40) *rescribatur.* L. 1. 2. A. Hal.; et ita vulg. in c. contingit. (cf. seq. not 41.) — Al. »transcribatur.“ Bs. L. 3. — »scribatur.“ B. et codd. Rf. 1. 2.

41) c. 5. X. G. e. t. 2, 22. Coelestin. 3.

42) H. d. test. *Io. Andr. ad D sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 6. num. 10. in v. est. Cf. seq. not. 56.

da. 3. [43]) et Cod. e. t. 2, 1. l. is apud quem. 2. [44]); quod habet locum tam in actore, quam in reo. — Verumtamen actor non potest petere ad fundandam intentionem suam a reo instrumenta sua, si [45]) non est usurus eis, ut X. 1. de probat. 2, 12. c. 1. [46]) et Cod. de testib. 4, 20. l. nimis. 7. [47]), nisi sint communia, nam illa petere potest. [48]) ut Dig. de edend. 2, 13. l. si quis ex argentariis. 6. [49]) et Dig. de iur. fisc. 49, 14. l. in fraudem. 45. [50]) — Reus vero petere potest ab actore sua propria instrumenta ad probandam exceptionem [51]) suam, ut Cod. de edend. 2, 1. l. non est novum. 5. [52]); et similiter actor a reo ad replicationem suam probandam. ut Cod. e. t. 2, 1. l. ult. [53])

---

43) *Dig. de edend. l. 1. §. edenda.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 56.

44) B.B. codd. A. E. add. „et X. G. de „fid. instrum. 2, 22. c. G. perpetuus. 12." Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. communium.

Gloss. T. ad l. l. Cod. is apud quem. „Casus. Dicitur in l. illa: tam in causa civili, „quam in criminali acta publica esse debent; „et ideo exhiberi habent saltem, ut investi„getur rei veritas. V. g., ego dixi diem datam „esse mihi ad probandum dilatorias exceptio„nes; Titius dicit aliquid contestando; ego „peto, ut exhibeat; estne compellendus? di„citur, quod sic, quia per exhibitionem acto„rum illud apparebit. Nota ergo, quod acta „communia esse debent."

45) Rf. 1. 2. add. „reus."

46) c. 1. X. G. e. t. 2, 19. Gregor. M. Cf. *Gloss.* in v. nulli dicendum.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Sed contra: „qui veritatem occultat, mortaliter peccat. „ut C. 11. q. 3. c. quisquis. 80. X. 1. de crim. „fals. 5, 16. c. falsidicus. 2." (c. 1. X. G. e. t. 5, 20. Augustin. Ab. a plerisque codd. Rf. 2., sed servat. in cod. M. 2.) „Videtur „ergo, quod reus debeat exhibere instru„mentum, ut per hoc veritas innotescat." Cf. seq. not. 48.

47) *et Cod. de test. l. nimis.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. not. seq. 56.

48) *nisi sint comm. . . potest.* Haec verba cum istis, quae in not. 46. transcripta sunt, auctor Rf. 1. in hunc modum coniunxit: „Et „hoc, ubi instrumenta sunt communia; nam „tunc illa p. p." — Hinc Rf. 2. „Solutio: hoc „intelligendum est, ubi instr. s. communia, „nam tunc instr. illa p. p. actor."

49) Cf. *D. D. Hugolin.* §. 7. pag. 255. et seq.

50) *Dig. de iur. fisc. l. in fraudem.* (cf. *Gloss.* ad §. 4. in v. pertinentia.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 56.

B.B. cod. A. add. „et X. G. de fid. instr. „2, 22. c. cum Io. 10." (Haud apte.) „et c. G. „12." (Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. communium.)

51) *exceptionem.* Ita vulg. codd. T. et B.B. — Al. „intentionem." L. 2. et Rf. 1. 2. — Ed. 1. „exceptionem vel intentionem."

52) Cf. *Gloss.* in v. rationes. vers. alii dicunt. — Ex *Gloss. T.* „. Titius petiit a me „centum; ego solvi illi ea centum; modo agit „Titius pro illis centum; possumne agere, „ut exhibeat instrumenta sua ad hoc, ut pro„bem solutionem factam? dicitur, quod sic. „Nota ex hac lege, quod melioris conditio„nis sunt rei, quam actores; et est ratio, „quia qui, agere volunt, paratas debent ha„bere probationes. ut Cod. de edend. 2, 1. l. „qui accusare. 4."

53) Cf. *Gl.* in v. et quae a divo. et in v. quod multum. — *Gloss. T.* „Casus. Dicitur in prin„cipio, quod ea, quae scripta sunt ab impe„ratore, nec non a patre suo, rationem sa„piunt, nec etiam diversa sunt vel discre„pantia. Et est ratio: aut actor petiit a reo „exhibitionem instrumentorum suorum, ut „ipse fundet intentionem suam; in isto casu „non debet audiri; — sed ponamus, reus

Editio facienda est sine die et consule, ut Dig. de edend. 2, 13. l. 1. §. 2. [54]), nisi is, cui editur, petat sibi diem edi ad intentionem adversarii elidendam per exceptionem vel replicationem, quoniam tunc edendus est sibi dies, arg. Cod. de edend. 2, 1. l. ult. et l. non est novum. 5., praestito ab eo prius iuramento, quod non calumniae causa postulat sibi diem edi, ut Dig. de edend. 2, 13. l. si quis ex argentariis. 6. §. exigitur autem. 2., vel nisi velit instrumentum illud arguere de falsitate, quoniam tunc praestito iuramento, quod existimat, se posse illud instrumentum arguere de falso [55]), edendus est sibi dies et omnia, quae in instrumento continentur. ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. ult. 21. [56])

§. Solis publicis instrumentis vel alio modo authenticatis [57]), prout superius §. 5. dictum est, vel privatis, in casibus supra dictis, fides adhibenda est sine aliquo alio adminiculo, dummodo instrumentum illud appareat sine vituperatione, rasura vel cancellatura, quae possint suspicionem inducere. ut in Auth. de fid. instrum. §. si vero moriantur. (Nov. 73. c. 7.) [58]) Cod. de ed. div. Hadr. toll. 6, 33. l. ult. [59]) X. 2. de fide instrumentor. 2, 14. c. ex literis. 1. [60]) — Ubi autem instrumentum suspectum videtur vituperatione, rasura vel alio simili, oportet eum, qui illud inducit, probare veritatem; quod si non fecerit, praesumitur falsarius, ut

---

„utitur exceptione aliqua, actor replicatione; „potestne actor petere exhibitionem instru-„mentorum a reo, ut replicationem probet? „dicitur, quod sic; — sed ponamus, quod „reus petiit exhibitionem ab actore, ut pro-„bet exceptionem solutionis vel aliam con-„similem; quaeritur, quid iuris? dicitur, „quod potest."

54) *Gloss. T.* „Dicitur hic, quod habent „fieri sine die editiones et consule; et est „ratio, quia fraus aliter posset excogitari; v. „g., ego petii a Titio centum; Titius petiit, ut „ego ederem diem et consulem; quaeritur, „quid iuris? dicitur, quod non debet audiri, „quia posset Titius se probare absentem „fuisse illo die."

55) Ex *Gloss. T.* ad l. l. ult. Cod. de fid. instr. „Notandum, .. quod iurandum est de „calumnia in causa criminali. Alii tamen di-„cunt contrarium, intelligentes legem istam „loqui in causa civili, quia actio ad exhiben-„dum est civilis." — Cf. *D. D. Hugolin.* §. 214. pag. 409.

56) *Durantis,* genuinum hui. §. 4. contextum secutus, nonnulla servavit, quae in Rf. 1. 2. haud leguntur. Vid. not. sup. 43. 47. 50. et cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 6. num. 9. et seq. in v. porro., in v. inscriptione. et in v. instrum. l. fin.

57) *alio modo authenticatis.* — Rf. 1. »authenticis aliquo modo." — Rf. 2. »authenticis, eo modo."

58) Cf *Gloss.* ad pr. h. c. 7. in v. pro se.

59) Cf. *Gloss.* in v. prima figura.

60) c. 3. X. G. e. t. 2, 22. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. abrasae sunt.

B.B. codd. A. E. add. »et c. inter dilectos. 6." (c. 1. X. 3. e. t. 2, 13. Innoc. 3. vers. sed contra privilegium. et seq.) »et c. »ex parte. 11." (Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. »o" deerat.)

ut in Auth. de fid. instr. . . c. ex literis. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »X. de fid. instr. c. ex »literis. Cod. de ed. div. Hadr. toll. l. ult., u. »d., si quis heres institutus ostenderit testa-»mentum non cancellatum . . . Ubi autem de »instrumentis et de literis dubitatur, eius iu-»ramentum exigi potest, qui pro se instru-»mentum inducit. ut in Auth. de fid. instr. §. »si vero moriantur." Cf. *Gloss.* ad Nov. 73. c. 7. pr. in v. proferenti.

Cod. de testib. l. iubemus [61]); calumniosa enim scriptura vim in iudicio obtinere non debet. ut Dig. de fid. instrum. 22, 4. l. 2. [62])

§. 6. §. [63]) Sequitur, quanta fides adhibeatur instrumentis in causis decidendis.

Et dicendum, quod tanta, quanta duobus vel pluribus testibus, ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. in exercendis. 15. Cod. de rei vind. 3, 32. l. indicia. 19. et Cod. qui pot. in pign. hab. 8, 18. l. scripturas. 11. [64]); unde, si una pars inducit pro se publicum instrumentum, altera vero testes, si dicunt diversa et non adversa, utrique probationi stabitur et secundum utramque iudicandum erit.

Si vero testes dicunt adversa vel contraria instrumento, quid iuris sit, merito quaeritur. — Ad hoc respondet dominus Pillius [65]) dicens, quod si omnes testes scripti in instrumento contra ipsum instrumentum testificentur [66]), fides instrumenti cessatur in illo iudicio et tunc magis credendum est vivae voci quam mortuae. ut in Auth. de fid. instrum. §. si vero. (Nov. 73. c. 3.) Dig. quemadm. test. aper. 29, 3. l. 1. in f. [67]) Sed si alii testes et non illi, qui in instrumento scripti sunt, contradicunt instrumento, dicit [68]), quod stabitur instrumento et in nullo ei derogabitur. ut Cod. de ed. div. Hadr. toll. 6, 33. l. ult. et arg. Dig. de probat. 22, 3. l. census. 10. [69]) — Dominus Azo dicit, quod viva vox duorum testium in nullo casu validior est publico instrumento, sed publicum instrumentum, ut dicit, validius est testibus duobus vel pluribus in pluribus casibus; quorum unus est Cod. si min. se maior. dix. 2, 43. l. si alterius. 3.; alius Cod. de non. num. pec. 4, 30. l. generaliter. 13.; tertius Cod. de testib. 4, 20. l. testium. 18.; quartus Cod. de suffrag. 4, 3. l. un. (§. 2.); quintus Cod. qui testam. fac. poss. 6, 22. l. hac consultissima. 8. [70]); sextus Dig. de probat. 22, 3. l. census.

---

61) *Cod. de testib. l. iubemus.* Ita codd. T. et B.B.; nec non *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 8. num. 2. Cf. seq. not. 62. — Sed legend. »Cod. de probat. 4, »19. l. iubemus. 24.« (Cf. *Gloss.* in v. suspectas.) Et sic *Pill.* pag. 75. vers. 25. 26., atque Rf. 1. 2.

62) *Dig. de fid. instr. l. 2.* Ita etiam *Durant.* (Cf. h. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. in v. l. 2.) — Rf. 1. 2. haud apte: »Cod. de fid. »instr. 4, 21. l. 3., u. d., si adversarius * *.«

Ceterum ex Tancr. sententia falsum articulum interdum ab aliis separari posse commemorat *Durant.* e. t. §. 9. num. 11.

63) L. 3. in titulor. indice inscr. »De fide »instrumentorum.«; sed in contextu hui. cod. nulla h. l. reperiuntur separati tit. vestigia. — Bi. »Quanta fides sit adhibenda instr.«

64) *Cod. qui pot. in p. h. l. scripturas.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 83.

65) *Pillius.* — Vulg. »pilius.« — »pylius.« — Al. »pillius.« F. 1. 2. Ham. M. 1. 2. — Bs. om.

66) *testificentur.* Ita etiam *Durant.*, cum ista ex hoc l. peteret. Cf. seq. not. 83. — *Pill.* pag. 74. vers. 6. »testentur.«

67) *Dig. quemadm. t. a. l. 1. in f.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 83.

68) *dicit.* B.B. om. (Hal. »dico.«) — Rf. 1. 2. »dicit dom. pyllius.« — »pillius.«

69) Cf. *Pill.* part. 3. §. 14. pag. 74. vers. 5. et seq.

70) *Cod. qui testam. f. poss. l. hac consult.* — Rf. 1. 2. male: »Cod. de testam. 6, 23. l. »hac consultissima * *. 21. (pr. §. 1.)« H. lect. test. *Gloss. T.*

10. [71]) — Mihi videtur, quod si obiiciatur publico instrumento in modum exceptionis falsitas, vel defectus, vel conditio [72]) vel aliquod simile, quod debuit ibi esse et non est, et probatum fuerit per testes, quod obiectum est, nisi instrumentum iuvetur per testes, qui secundum illud testificentur, dicta testium praevalent instrumento, sive in eo scripti sint, sive non. ut Cod. de probat. 4, 19. l. cum precibus. 18. [73]) et Cod. de contrah. stipul. 8, 38. l. optimam. 14. [74]) et X. 2. de probat. 2, 10. c. tertio. 3. [75]) arg. X. 3. de testib. 2, 12. c. ex tenore. 8. [76]) et est expressum X. [77]) Innocentii tertii. c. cum Iohannes eremita [78]). Si autem nil tale obiicitur instrumento, sed una pars directe pro se inducit instrumentum, altera pars testes [79]), in hoc casu discretus iudex considerare debet, quod eorum magis conveniat naturae negotii et quod magis verisimile videtur, et secundum illud sententiam proferat, arg. C. 4. q. 3. §. item in criminali. (c. 3. pr.) et X. 3. de testib. 2, 12. c. in praesentia. 5. [80]); quoniam considerare debet, quale sit negotium, de quo quaeritur. Nam quaedam melius probantur per instrumenta quam per testes, sicut dicta testium, qui olim tulerunt testimonium, sententiae, arbitria et longum pactum, multos articulos continens; in his et similibus dico magis credendum esse instrumento quam testibus. Si vero probari debeat numeratio pecuniae, vel matrimonialis consensus, vel aliquod simile, hic dicerem testes instrumento praeferendos. arg. Cod. de nupt. 5, 4. l. neque sine nuptiis. 13. [81]) C. 3. q. 9. §. si debitum (c. 15. §. 1.) Praeterea temporis consideratio habenda est; quoniam si res vel factum antiquum probatur, magis credendum est instrumento quam testibus, quia memoria hominum labilis est, nam omnium habere memoriam

---

71) Cf. *Azo*. summ. Cod. h. t. 4, 21. num. 12.

72) *conditio*. Vulg. (B. »condictō."), et sic *Gloss.* ad l. c. tertio. in v. testium. vers. super hoc potest dici. (cf. l. c. cum Iohannes.), nec non *Durant.* (cf. seq. not. 83.) — Al. male: »contradictio." L. 1. 3.

73) Cf. *Gloss.* in v. oportet.

74) *Cod. de contr. stip. l. opt.* (cf. *Gloss.* per testes.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 83.

Rf. 2. add. »Ad idem Cod. »de donat. 8, »54. l. nec ignorans. 10., u. d. * *."

75) c. 5. X. G. e. t. 2, 19. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. testium.

76) c. 35. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

77) *X.* — B. L. 1. »ex̄. t" — L. 2. O[illegible]n. »ex̄. IIII."

78) c. un. X. 4. de fid. instr. 2, 8. siv. c. 10. X. G. e. t. 2, 22. Cf. *Gloss.* in v. quodlibet instrumentum.

Ex *Gloss. T.* ad Nov. 73. c. 3. (iunct. l. 15. Cod. de fid. instr. et l. 19. Cod. de rei vind. Cf. pag. 254. vers. 4. 5.) »Aut testes concordant cum instrumentis, aut non. „Si concordant, parem vim obtinent. Si „discordant: aut instrumentum est privatum, „et sic praevalent; aut publicum, et sic sub„distinguendum, utrum plures sint testes „quam tres, vel minores; si minores vel pa„res, praevalet instrumentum; si plures, „praevalent testes."

79) *altera pars testes.* — Ita vulg. codd. T. B.B. et Rf. 1. — Al. »altera pro se te„stes." L. 1. Hal. — »altera pars testes pro „se." Rf. 2.

80) c. 32. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

81) Post verba, ex ista l. in Rf. 1. 2. enotata, Ed. 3. „Non enim dotibus et scriptura, „sed consensu et affectu matrimonia contra„huntur. ut l. iubemus. 11. (pr.) Cod. de re„pud. 5, 17." Vid. *Gloss.* ad l. l. neque sine nupt. in v. instrumentis.

divinitatis est potius quam humanitatis, ut Cod. de vet. iur. enucl. 1, 17. l. 1.[82]; si autem probatur id, quod de novo factum est, in hoc casu magis praesumendum est pro dicto testium quam pro instrumento, maxime si testes sint boni viri, discreti et honesti[83].

In summa notandum est, quod, si instrumenta contraria vel diversa, quae sibi adversantur, etiam indirecte[84], ab una parte introducantur, derogant sibi fidem, ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. scripturae diversae. 14.[85]; si vero ab utraque parte inducantur instrumenta contraria, videat iudex, quod magis sit sine suspicione et quod magis congruat negotio, et secundum illud iudicet, vel si aequales sint utrimque probationes, absolvat reum. arg. Cod. de non num. pec. l. optimam.[86] X. 1. de probat. 2, 12. c. ex literis. 2. in f.[87]

Nec illud praetermittendum est, quod, si instrumenta, quae producturus eras, per factum adversarii tui perdidisti, sufficit ad fundandam intentionem tuam, si probes te vitio adversarii tui amisisse instrumentum, quo probatur[88] id, de quo agis. ut Cod. de probat. 4, 19. l. si de possessione. 20.[89] arg. X. 2. de praesumt. 2, 15. c. pervenit. 1.[90] et C. 3. q. 7. §. tria[91]. Si autem per factum alterius illud perdidisti, non prodest tibi, si probes amissionem et etiam eius tenorem.[92] ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. apud eos. 13. Et ita sentit dominus Azo[93],

---

82) *l. 1.* Ita codd. T., B.B. et Rf. 1. — Recte Rf. 2. „l. 2." (§. 14.)

83) H. vers. „sequitur, quanta." (cf. pag. 254. vers. 3.) test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 8. num. 8. in v. quanta., num. 13. in v. Pill., num. 14. in v. census., num. 15. in v. tu autem dic., num. 16. in v. honesti.

84) *etiam indirecte.* — Plerique codd. Rf. 2. „et directe."; sed in cod. M. 1. servat. „in„directe."

85) Cf. *Gloss.* in v. scripturae.
B.B. codd. A. E. add. „et X. G. de fid. „instr. 2, 22. c. imputari. 13." — Similit. Ed. 3. „Ad idem facit decret. nova X. G. d. f. i. „c. imp." — Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. contrarias.

86) *Cod. de non num. pec. l. optimam.* Ita codd. T. et B.B. (Hal. „C. d. n. n. p. opti„ma." — L. 3. „C. de mu. pe. optimam.") Sed rectius Rf. 1. 2. (et sic *Durant.* Cf. tamen not. seq. 87.) „Cod. de contrah. stipul. 8, 38. „l. optimam. 14." Cf. *Gloss.* in v. et melius. vers. sed quid si duae.

87) c. 3. X. G. e. t. 2, 19. Luci. 3.
Io. Andr. ad D. sp. lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 8. num. 19. in v. in fin. (ante alleg. l. optimam. cf. not. praeced. 86.) tale hui. vers. testimonium servavit, ut ab eo, quo uteretur, libro Tancr. istam l. opt. Cod. de contrah. stip. abfuisse facile pateat.

88) *probatur.* Vulg. — Al. „probabatur." L. 2.

89) Cf. *Gloss.* in v. furtum.

90) B.B. codd. A. E., nec non cod. M. 2. recte „X. G. de test. cog. 2, 21. c. pervenit. „4." (Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. commentum.) et similiter, quamvis vitiose, L. 3. „X. „G. de testib. cum pervenit." — Al. male „X. „G. de praesumt. c. pervenit." Hal., plerique codd. Rf. 2. et Ed. 3. — Ed. 2. 4. om.

91) *§. tria.* — Codd. Rf. 2. „§. tria. vers. „litigatoribus." Hinc Ed. 2. 3. 4. „c. infames. „2. vers. si quis autem ex litigatoribus. 14."

92) *et etiam eius tenorem.* — Rf. 1. 2. „nec „etiam tenorem eius." Cf. seq. not. 94. 96.

93) *Azo.* summ. Cod. h. t. 4, 21. num. 15. „Nam etsi testes dicerent: in instru„mento continebatur Titium emisse et pos„sessionem habuisse vel accepisse, et illud „subtraxit Maevius, non probaretur intentio „mea. Sicut enim non probaretur per exem-

et credo, quod bene, quoniam fides instrumenti [94] potest multipliciter annullari. Est tamen validum argumentum contra eum, scilicet quod sufficiat, si probes amissionem et tenorem instrumenti, X. 3. de privil. 5, 16. c. cum olim. 2. [95]; sed potest illi decretali congrue responderi [96].

De praesumtionibus. [1] **T. 14.**

Expedito tractatu verae et plenae probationis, quae fit per dicta testium vel instrumentorum, ad tractatum praesumtionis, quae interdum plenam, interdum vero semiplenam probationem inducit, accedamus. Videamus igitur, quid sit praesumtio, quot eius species et quis effectus cuiuslibet praesumtionis [2].

§. 1. **§. Praesumtio est argumentum ad credendum unum factum, surgens ex probatione alterius facti; puta, probatur coniacentia suspectarum personarum; praesumitur coitus intervenisse. ut [3] C. 27. q. 1. c. nec aliqua. 4. [4] C. 32. q. 1. c. dixit Dominus. 2.. [5]**

Surgit autem praesumtio multipliciter: ex persona, ut C. 31. q. 2. c. Lotharius. 4. (pr.) [6] Dig. quod met. caus. 4, 2. l. non est verisimile. 23. (pr.); ex loco, ut X. 1. de praesumt. 2, 16. c. quanto. 9. [7] X. 2. de sponsalib. 4, 1. c. tertio. 8. [8]; ex tempore, ut X. 2. de sponsal. 4, 1. c. ad id quod. 7. [9]; ex aetate, ut X. 3. de praesumt. 2, 14. c. cum

---

„plum, . . ita nec probaretur per testes, qui „dicerent in instrumento ita fuisse scriptum. „Superest ergo, ut per testes, qui interfue„runt ei negotio, de quo agitur, probem in„tentionem meam." Cf. lectur. ad e. t. l. 5. et l. 13.

94) *credo, quod bene, quoniam fid. instr.* — Rf. 1. 2. „credo, quod fid. instr."

95) c. 12. X. G. e. t. 5, 33. Innoc. 3.

96) *sed potest . . . responderi.* Rf. 1. 2. om.; sed ista servavit h. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. ed. §. 8. num. 20. in v. secund. Tancr. et in v. olim. — Cf. *Gloss.* ad l. c. cum olim. in v. sine reprehensione.

Ceterum sententiam, quam noster h. l. professus est, saepius commemoravit *Durant.* Vid. *spec.* lib. 1. p. 1. tit. de legato. §. 4. num. 17. et lib. 2. p. 2. tit. de probationib. §. 3. num. 1.

1) Ita vulg.; et hanc rubr. hui. part. penultimam esse testatur *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in e. rubr. — Al. „De praesumtione." L. 3.

2) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. t. pr. in v. species.

3) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „X. 2. de „praesumt. 2, 15. c. literis. 2." c. 12. X. G. e. t. 2, 23. Alexand. 3.

4) Cf. *Gloss.* in v. confiteatur.

5) Cf. *Gloss.* in v. suspicio.

B.B. codd. A. E. add. »et X. G. de prae»sumt. c. literis." Cf. not. sup. 3.

6) Cf. *Gloss.* in v. reprehensibilem. vers. item est hic arg.

7) c. 8. X. G. e. t. 2, 23. Gregor. M. Cf. *Gloss.* in v. non potuit.

8) c. 13. X. G. de praesumt. 2, 23. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. dicta sunt.

9) c. 21. X. G. e. t. 4, 1. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. per annum et dimidium.

Rf. 2. add. »Ad idem Dig. de re milit. 49, »16. l. non omnes. 5." Ibi in pr. v. temporis.; et vid. §. 6. atque ibi *Gloss.* in v. credatur. — Ed. 3. »Ad idem X. G. de praesumt. 2, 23. »c. mandata. 6. in f." (c. 7. X. 1. e. t. 2, 16. Gregor. M.) »et c. scribam. 9." (c. 10. X. 1. e. t. Hieronym. Cf. *Gloss.* in v. ex prius datis et neglectis.) »et Dig. de re milit. l. non »omnes."

in iuventute. 2.[10]); et ex multis aliis causis et modis, sicut per concordantias in hoc titulo positas evidenter probatur.

§. 2. §. Praesumtionum species sunt quatuor, licet quidam magistrorum tantum tres consueverint assignare [11]). Est enim praesumtio temeraria, probabilis, violenta et necessaria.

Temeraria praesumtio invalida est, et repellitur a iure, et in nullo debet movere animum iudicantis. ut C. 2. q. 1. c. primo. 13. et C. 6. q. 1. c. oves. 9.[12]) Haec surgit a malis hominibus ex causis vilibus; puta, vident virum semel loqui cum muliere, statim praesumunt, quod pro malo, et male, cum dubia in meliorem partem sunt interpretanda. ut X. 1. de reg. iur. 5, 37. c. estote. 7.[13])

Est praesumtio probabilis, quae dicitur praesumtio iudicis. Haec consurgit ex suspicionibus aliquibus et fama crebescente [14]). Eius effectus est, quia inducit purgationem. ut X. 1. de purg. canon. 5, 29. c. si quis ex gradu. 3.[15]) et C. 2. q. 5. c. presbyter si a plebe. 13.[16]). c. si mala fama. 16. c. omnibus vobis. 19.[17]). Et contra talem praesumtionem admittitur probatio. ut C. 7. q. 1. c. praesentium. 3. (pr.) X. 2. de renunt. 1, 5. c. super hoc. 3.[18]) Nec inducit iudicem ad sententiandum, nisi in purgatione defecerit, ut probatum est supra in titulo de criminibus.[19]) — Et nota, quod licet probabilis praesumtio non inducat per se iudicem ad sententiandum [20]), cum uno tamen teste vel praesumtione alia simili plenam fidem facit, ut X. 1. de sponsal. 4, 1. c. illud. 14.[21]). C. 4. q. 3. §. item in criminali. v. saepe. (c. 3. §. 28.)[22]) C. 35. q. 6. c. si duo. 4. Cod. ne de statu defunctor. 7, 21. l. 2.[23]), vel [24]) movet iudicem, ut deferat iuramentum

---

10) c. 15. X. G. e. t. 2, 23. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad senilem. vers. item praesumitur.

11) Vid. *Gloss.* ad C. 2. q. 1. c. 13. in v. suspicionis. et ad C. 32. q. 1. c. 2. in v. suspicio. vers. sed distingue.

' Cf. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de praesumt. §. 2. et ibi *Io. Andr.* in v. species.

12) *C. 6. q. 1. c. oves.* (cf. *Gloss.* in v. suspicio.) Ita recte *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de praesumt. §. 2. num. 1. — Codd. T. et B.B. vitiose: »q. VI.« (al. »VII.«) »c. oves.«; neque C. 2. q. 7. c. oves. 13. allegari poterat. — L. 2. et Rf. 1. 2. om.

13) c. 2. X. G. e. t. 5, 41. Beda.

14) *crebescente.* Ita codd. T., et A. — Al. »crescente.« Hal. L. 4. — Al. vulg. »crebrescente.«

15) *c. si quis ex gradu.* (A. E. et Rf. 1. 2. »s. q. de gradu.«) 4. X. G. e. t. 5, 34. ex conc. Melden. Cf. *Gloss.* in v. verisimilibus.

16) Cf. *Gloss.* in v. suspendatur.

17) verb. ipse ergo sacerdos, si suspiciosus etc.

18) c. 5. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. verisimile.

19) Cf. part. 2. tit. 7. §. 8. vers. praeterea.

20) *nisi in purgatione* (h. pag. vers. 17.) ... *sententiandum.* Rf. 2. om.; sed in cod. M. 2. leguntur haec: »Et nota, quod quaelibet »probabilis praesumtio non inducat per se »iudicem ad sententiandum.«

21) Recte B.B. codd. A. E. Hal. »X. G. »de praesumt. 2, 23. c. illud. 11.« (Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. fama loci. vers. item est hic arg.) Male L. 3. »X. de spon. c. il»lud.«

22) Cf. *Gloss.* in v. fama.

23) *C. 35. q. 6. c. si duo.* (cf. *Gloss.* in v. confessi. et in v. sicut est fama.) *Cod. ne de stat. def. l. 2.* (in f.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 26. in f.

24) Rf. 1. 2. add. »ad minus.«

ei, pro quo est praesumtio, et sententiam ferat pro eo. ut Cod. de reb. cred. 4, 1. l. in bonae fidei. 3. Dig. de iureiur. 12, 2. l. admonendi. 31.[25]) X. 2. de procurat. 1, 18. c. ex insinuatione. 3. X. 2. de probat. 2, 10. c. sicut consuetudo. 1.[26])

Violenta praesumtio surgit ex verisimili probatione, et dicitur praesumtio iuris, quoniam ius praesumit ita esse; puta, apparet chirographum cancellatum, ius praesumit debitorem liberatum, ut Dig. de probat. 22, 3. l. si chirographum. 24.[27]); et praesumit ius, quod nullus resignet personatum ecclesiae et recipiat postmodum vicariam. ut X. 1. de praesumt. 2, 16. c. ult.[28]) Huius praesumtionis talis est effectus, quia inducit iudicem ad sententiandum, nisi probetur contra talem praesumtionem, quoniam bene admittitur probatio contra talem praesumtionem, ut probatur per easdem concordantias et X. 2. de probat. 2, 10. c. proposuisti. 2.[29])

Necessaria praesumtio est, quae dicitur iuris et de iure; et inducit iudicem ad sententiandum; et in hoc solo discrepat a violenta, quia non recipit probationem in contrarium; et ideo dicitur iuris et de iure, cum vehementer praesumitur sic esse, vel non esse; et propter talem praesumtionem ius statuitur; puta, aliquis cognovit sponsam suam conditionalem, ius praesumit purum consensum matrimonialem adesse et statuit sententiandum pro matrimonio, ut X. 1. de sponsal. 4, 1. c. de illis. 4.[30]) X. 3. de condit. appos. 4, 4. c. per tuas. 1.[31]); item, si mulier, invita tradita viro, semel consensit in carnalem copulam, ius praesumit ibi matrimonium, ut X. 1. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.

---

25) Cf. *Gloss.* in v. exacto iureiurando.

26) Cf. h. part. tit. 5. §. 6. vers. per iuramenti delationem.

B.B. cod. E. add. »et de iureiur." (X. G. 2, 24.) »c. ult" Gregor. 9. Cf. not. 71. ad h. part. tit. 5.

Hui. vers. »est praesumt. probab." test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de praesumt. §. 2. num. 2. et ibi *Io. Andr.* in v. purgationem. et in v. secund. Tancr.

27) Rf. 2. add. »ut Dig. de pact. 2, 14. l. »Labeo ait. 2." — Similit. Accurs. in l. l. si chirogr. ad ea remittit, quae in *Gloss.* ad h. l. Labeo. et seq. dicta sunt.

28) c. quia verisimile. (Ita recte B.B. codd. A. E. — Male Hal. L. 3. »c. ult.") 10. X. G. e. t. 2, 23. Alexand. 3.

29) c. 4. X. G. e. t. 2, 19. Gregor. 8.

Hui. vers. »violenta praesumt." test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de praesumt. §. 2. num. 3. in v. verisimile et num. 4. in v. inducit.

30) *X. 1. de sponsal. c. de illis.* (c. 5. X. G. e. t. 4, 1. et c. 3. X. G. de condit. appos. 4, 5. Alexand. 3. Vid. h. c. 3. et ibi *Gloss.* in v. carnalis.)

Haud apte: B.B. »X. G. de despons. »impub." (Codd. vulg. »d' spons. impu." — Al. »d' sponsalib. impu." E.) »4, 2. c. de illis. 9." (c. 12. X. 1. e. t. 4, 2. Alexand. 3.) Et sic *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de praesumt. §. 2. num 5. — Rf. 1. »X. 1. de sponsal. »4, 1. c. illud. 14." (c. 11. X. G. de praesumt. 2, 23. Alexand. 3.) »u. tal ponit. cas. » * *." — Rf. 2. »X. G. de sponsal." (Melius Ed. 3. »de condit. appos.") »c. de illis. et X. »G. de praesumt. c. illud. u. d. * *. (similit., ut in Rf. 1.)"

31) c. 6. X. G. e. t. 4, 5. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. praesumendum.

B.B. cod. A. add. »et de sponsalib. 4, 1. »c. is qui. 30." Gregor. 9.

4, 7. c. significavit. 2. [32]). X. 2. qui matrim. accus. poss. 4, 12. c. insuper. 3. [33]); vel si stetit cum eo per annum et dimidium, ius statuit, quod non audiatur ulterius volens violentiam probare. ut X. 2. de sponsal. 4, 1. c. ad id quod. 7. [34]) — De tali praesumtione habetur C. 11. q. 1. c. si qui clericorum. [35]) X. 1. de sponsal. 4, 1. c. iuvenis. 18. [36]) X. 1. de desponsat. impub. 4, 2. c. literas. 5. [37]) in Auth. ut liceat matri et aviae. §. penult. et ult. (Nov. 117. c. 15.) [38])

Illud in summa notandum, quod

omne bonum factum [39]) recte praesumitur actum.

arg. X. 2. de renunt. 1, 5. c. in praesentia. 4. [40]) et X. 3. de verb. signif. 5, 23. c. dudum. 9. [41]) C. 11. q. 3. c. absit. 14. [42]) Cod. de contrah. stipul. 8, 38. l. 1. [43]); item

omne malum factum prave praesumitur actum.

ut X. 1. de praesumt. 2, 16. c. 1. [44]) Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. nam lusus. 10. [45]); quod verum est omnino, nisi ratione personae contraria oriatur praesumtio. ut C. 6. q. 1. non omnis qui verberat [46]).

---

32) c. 2. X. G. e. t. 4, 7. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. cognoverit.

33) c. 4. X. G. e. t. 4, 18. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. copula carnali.

34) c. 21. X. G. e. t. 4, 1. Clem. 3.

35) Cf. *Gloss.* in v. praesumtio. vers. quidam tamen.

36) c. 3. X. G. e. t. 4, 1. Eugen. 3. Cf. *Gloss.* in v. dubia.

37) c. 4. X. G. e. t. 4, 2. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. placere consueverint.

38) Cf. *Gloss.* in v. punire.

De tali praesumt. (h. pag. vers. 4.) . . . *c. pen. et ult.* Rf. 1. 2. om., retento tantum hoc: »X. de despons. impub. c. literas.“ (cf. not. 37.), quod post c. ad id quod. (h. pag. vers. 3.) appositum est. — *Durant.* lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 2. num. 5. maximam istorum partem servavit.

39) *bonum factum.* — Codd. Rf. 2. »bene »factum.“ — »beneficium.“ — Ed. 2. 3. 4. »officium.“

40) c. 6. X. G. e. t. 1, 9. Clem. 3.

Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Ad idem X. 3. de »scrutin. in ord. fac. 1, 10. c. un.“ (c. un. X. G. e. t. 1, 12. Innoc. 3.), »u. d. cuidam epi»scopo, quod illum, quem indignum non no»vit, dignum debeat reputare. et X. 1. qui »cleric. vel vov. matr. 4, 6. c. 1.“ (c. 1. X. G. e. t. 4, 6. Alexand. 3.) »Dig. de manumiss. »testam. 40, 4. l. servos. 20.“ — Praeterea Rf. 2. »Item in summa notabis, quod quili»bet bonus praesumitur, donec contrarium »probetur. ut X. G. de praesumt. . .“ Vid. not. seq. 41.

41) c. 16. X. G. de praesumt. 2, 23. Innoc. 3.

42) Cf. *Gloss.* in v. sinistrum.

43) *Cod. de contrah. stip. l. 1.* (cf. *Gloss.* in v. licet epistolae.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 46. in f.

44) c. sicut. 1. X. G. e. t. 2, 23. Salom. Cf. *Gloss.* in v. ludens.

45) *Dig. ad l. Aq. l. nam lusus.* Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. seq. not. 46. in f.

46) *C. 6. q. 1. c. non omnis qui verberat.* Ita codd. T. et Hal. (A. »C. 6. q. 1. c. non »omn. qui parc̄.“ — L. 3. »C. 2. q. 1. c. non »eis qui verberat.“) — Recte E. »C. 5. q. 5. »c. non omnis qui parcit. 2.“ Similit. Rf. 1. 2. — *Durant.* (edd. Mediol. Norimb.) »C. 5. q. »5. c. non omnes.“ Cf. hui. vers. »illud no»tandum.“ (h. pag. vers. 7.) test. *Io. Andr.* ad lib. 2. p. 2. tit. de instrumentor. edit. §. 2. num. 9. in v. est.

T. 15

De allegationibus. [1])

Postquam de facti probatione, quae fit per testes et instrumenta atque praesumtiones, sufficienter tractavimus, consequenter de probationibus iuris, hoc est de allegationibus subiiciamus, quia ex quo dicta testium sunt publicata, instrumenta exhibita et utrique parti concessa, allegationibus est insistendum. ut X. 1. de testib. 2, 13. c. in causis. 15. [2]) Tunc surgere debent patroni causarum, qui gloriosae vocis munimine lassa [3]) erigunt, fatigata reparant et causarum ambigua facta [4]) dirimunt. ut Cod. de advocat. divers. iudicior. 2, 7. l. advocati. 14. Unde videndum est, quid sit allegare, quis ordo allegandi, qualiter faciendae sint allegationes, qualiter respondendum sit allegatis, quid pertineat ad officium allegantium, et quid ad officium iudicis in medio residentis [5]).

§. Allegare est intentionem suam probationibus facti in iudicium introductis §. 1. ostendere et iuribus approbare, sicut probatur X. 3. de fid. instrum. 2, 13. c. inter dilectos. 1. [6]).

§. Iste est ordo allegandi. Actor primo proponere debet, quae ad inten- §. 2. tionem suam fundandam viderit expedire; deinde reus allegatis ab actore respondeat, reprobando eius allegationes per dicta testium vel instrumentorum vel per alias probationes, inducendo pro se iura contraria, et inductis ab actore rationabiliter respondendo; quoniam actor ad intentionem causae [7]), reus vero ad extenuationem eius laborare debent. ut C. 4. q. 4. c. 1. et 2. (pr.) arg. C. 23. q. 2. c. Dominus iubet. 2. [8]) Et quod actor primo debeat proponere, probatur X. 1. de mut. petit. 2, 4. c. 2. et 3. [9]) et per regulam illam: qui prior appellat, prior

---

1) Sic noster (h. part. tit. 5. in f.) et M. 2. — Al. »De alleg. et responsionibus." B. L. 2. 4. (L. 1. vitiose »De alleg. et rescriptio»nib.") et ita *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. in rubr. de disputationib. (»Tancr. p. 3. in f. posuit rubr. de all. et resp.") — »De alle»gationib. post probationes faciendas." (legend. »faciendis.") L. 3. — »De probationib. »iuris sive allegationib." Bi. F. 1. 2. Ham.

2) c. 15. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3.

3) *lassa*. Ita codd. T. et Hal. — Al. »la»psa." A. E. L. 3. et Rf. 1. 2.

4) *facta*. Sic (»fca.") codd. T. et B.B. — Al. »fata." — Cf. *Spangenb.* not. 94. ad l. l. advocati.

5) Totius pr. et hor. membr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de disputationib. pr. in v. vel sic., in v. videndum., et ad §. 5. pr. in v. advocati.

6) *sicut probatur"* (al. »approbatur" B. Bs.) »*X. de fid. instr. c. inter dilect.* (c. 6. X. G. h. t. 2, 22. Innoc. 3.) Plerique codd. Rf. 2. om.; sed in M. 2. leguntur haec: »ut X. G. d. »fid. instr. c. int. dilect."

7) Rf. 2. add. »ampliandam." — Ed. 2. 3. 4. »amplificandam." ex l. c. 1. C. 4. q. 4.

8) *arg. C. 23. q. 2. c. Dom. iubet.* (cf. *Gloss.* in v. insidiis. vers. idem dicas.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* Cf. not. seq. 11.

9) *X. 1. de mut. pet. c. 2.* (c. ex literis. 1. X. G. e. t. 2, 4. Alexand. 3.) *et 3.* (haud recept. in coll. Gregor., et in Rf. 2. recte om. Cf. not. 5. ad *Pill.* p. 2. §. 5.) — B.B. cod. E. »X. »G. de mut. pet." (per tot.) — Hal. L. 3. negligenter: »X. G. d. m. p. c. II. III."; et similit. A. »X. G. d. m. p. c. I. l." (Haecce »I. l." ex num. »II." fluxisse videntur.) »et III."

B.B. cod. A. add. »d. ord. cognit." (X. G. 2, 10.) »c. intelleximus. 1." (c. un. X. 1. de ord. iudicior. 2, 5. Clem. 3.) — E. »X. G. »de ord. cognit."

agat. ut Dig. de iud. 5, 1. l. qui prior. 29. [10]) Deinde, si reus exceptionis beneficio intendit iuvari, quoniam in exceptionibus probandis reus fungitur vice actoris et, quod excipit, probare debet, ut Dig. de probat. 22, 3. l. si pactum. 9. et l. in exceptionibus. 19., alleget ea, quae ad fundandam et probandam exceptionem suam faciunt. Et post allegationibus rei actor respondeat, destruendo allegationes eius, si potest. Deinde, si replicare contra eum intendit, super ipsa replicatione, si quid habet, proponat. Cui eodem modo respondeatur a reo. Et simile fiat in triplicatione et deinceps [11]).

§. 3. §. Hoc modo faciendae sunt allegationes.

Si talis est iudex, de cuius iurisdictione possit merito dubitari, puta delegatus vel arbiter, advocatus actoris legat in principio literas commissionis vel chartam compromissi. Deinde suam recitet petitionem, legendo libellum, si datus fuerit in causa. Et si adversarius aliquam petitionis suae partem confessus fuerit in iure, illam ponat [12]) iudici pro constanti, ut iam quasi pro iudicato habeatur. ut Cod. de confess. 7, 59. l. un. [13]) Ea vero, quae adversarius negavit, per probationes introductas in causa satagat comprobare, scilicet per dicta testium vel instrumentorum vel per praesumtiones; legendo dicta testium, ubi super articulo denegato mentionem fecerunt, sic legendo dictum cuiuslibet testis, qui super articulo illo deposuit; et quanto plures testes concordes habet, tanto melius erit, quoniam alias numerus testium, alias dignitas, alias fama consentiens confirmat rei, de qua quaeritur, fidem. ut C. 4. q. 3. §. item in criminali. (c. 3. §. 28.) [14]) X. 3. de testib. 2, 12. c. in praesentia. 5. [15]) Sed si aliqui testes discordes esse videntur, concordet illos advocatus, si potest, ut X. 1. de testib. 2, 13. c. cum tu fili. 16. [16]) arg. C. 11. q. 3. c. antecessor. 104. [17]) Dig. de lib. et posth. 28, 2. l. si ita scriptum. 13. (pr.) [18]); distinguat enim tempora et concordet scripturam. ut C. 2. q. 1. c. si peccaverit in te. 19. (§. 1.) [19]) Item, si praesumtiones vel instrumenta faciunt cum dictis testium, alleget ea ad confirmandum testium fidem. arg. Dig. de probat. 22, 3. l. imperatores. 29. §. probationes. (in pr. [20]) et Cod. de testib. 4, 20. l. solam. 4. [21])

---

10) *Dig. de iud. l. qui prior.* Ed. 2. 3. 4. om.

11) Hui. §. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de disputationib. §. 2. pr. in v. nunc breviter.

12) *ponat.* Ita vulg. codd. T. et B B. — Al. »proponat.« Bs. et Rf. 1. 2.

13) *Cod. de conf. l. un.* — Rf. 1. 2. »Dig. »de confess. 42, 2. l. 1.«

14) B.B. codd. A. E. add. »v. item sae»pe.« — Similit. Rf. 2. »v. saepe.« — Vid. l. §. 28.

15) c. 32. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.

16) c. 16. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. benigne.

17) verb. sed spiritualiter. Cf. *Gloss.* l. in not. 16.

18) *Dig. de lib. et posth. l. si ita script.* Rf. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de disputationib. §. 3. num. 3.

19) *distinguat ... in te.* Ita vulg. codd. T. et B.B.; ac similit. *Durant.* l. l. — Al. »distin»gue tempora et concordet scriptura. ut ... »c. si p. in te.« Bs. — »C. 2. q. 1. c. si pecc. »vers. distribuite tempora et concordabit »scriptura.« Rf. 2. — Cf. *Richter.* not. 161. 162. ad l. c. 19.

20) Cf. *Gloss.* in v. nonnullam.

21) *Cod. de test. l. solam.* (Vid. *Spangenb.* not. 10. ad h. l. — Cf. *Gloss.* in v. solam.) Rf. 1. 2. om.; sed servat. in *Durant. sp.* l. l.

Et omnia, quae faciunt ad id, quod probare intendit, inducat et insimul coniungat et liget, quoniam qui allegat, alligat [22]), ut omnibus simul coniunctis et sibi invicem suffragantibus probetur fortius, quod intendit, nam funiculus triplex difficile rumpitur, ut X. 1. de treuga et pace. 1, 24. c. 1. [23]), et quae non prosunt singula, multa [24]) iuvant. ut Dig. quib. ex caus. maiores. 4, 6. l. nec non. 28. §. si quis saepius. 3. [25]) Fundata vero intentione sua per probationes facti, tunc ad iuris probationem descendat, allegando leges et canones, argumenta et rationes, quae ad suam faciunt intentionem. arg. C. 11. q. 3. c. summopere. 70. [26]) X. 2. de eccles. aedificand. 3, 26. c. intelleximus. 3. [27]). Et si plures sunt articuli et petitiones, ita faciat super quolibet, concludens [28]) allegationem suam, quod per ea, quae allegavit, et alia, quae pro actore faciunt, iudex sibi reum debeat condemnare et pro actore sententiam ferre.

Tunc respondeat advocatus rei per ordinem ad omnia, quae actor introduxit pro se, destruendo dicta testium, quibus actor suam fundavit intentionem, assignando contrarietatem vel varietatem in dictis eorum, si potest, vel quod non reddunt rationem sui testimonii, vel quod non respondent ad interrogata, vel quod sunt infames, vel tales, quod non sit fides adhibenda dictis eorum, sicut supra notavimus in tractatu testium [29]), vel redarguendo eos de falso, ut dicetur infra in titulo speciali [30]). Studeat etiam, si potest, alio modo factum asseverare. Et eodem modo respondere studeat instrumentis et praesumtionibus et omnibus rationibus, ab actore introductis. Deinde ad iura, pro parte actoris allegata, similiter respondeat, distinguendo et exponendo illa, et alia iura contraria allegando.

Et haec allegandi et respondendi forma expresse probatur X. 3. de consuetud. 1, 3. c. cum inter vos. 4. c. cum dilectus. 7. X. 3. de elect. 1, 6. c. cum nobis olim. 4. [31]) X. 3. de probat. 2, 11. c. licet causam. 4. [32]) X. 3. de fid. instrum. 2, 13. c. 1. [33])

---

22) H. d. et l. test. *Durant. sp.* l. l. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

23) c. treugas. 1. (§. 2.) X. G. e. t. 1, 34. Alexand. 3.

24) *multa.* Vulg. — Al. „nexa." L. 2.

25) *Dig. quib. ex c. mai. l. nec non. §. si quis saep.* Rf. 1. 2. om.; sed servat in *Durant. sp.* l. l. num. 4.

26) verb. divina et humana lex etc.

27) c. 1. X. G. de nov. op. nunt. 5, 32. Luci. 3. — Rf. 2. hoc c. om.; sed servat in *Durant. sp.* l. l. num. 5.

28) *concludens.* Vulg. — Al. „excludens." B. Bs. Hal. L. 3. Bi.

29) h. part. tit. 6. tit. 9. §. 2. tit. 11. tit. 12.

30) part. 4. tit. 3. §. 3.

31) *X. de cons. c. cum int. vos. c. cum dilectus.* (c. 5. 8. X. G. e. t. 1, 4. Innoc. 3.) *X. de elect. c. cum nob. ol.* (c. 19. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) — cf. eas hor. c. partes, quas Raym. om. — Abs. a Rf. 1. 2.; — sed in *Durant. sp.* l. l. §. 4. num. 4. leguntur c. cum dilectus. et c. cum nob. ol.; om. tantum c. cum int. vos., quod etiam ab. a B.B. cod. E.

32) *X. de probat. c. licet causam.* (Rf. 1. add. „ubi multae allegationes recitantur, „quae fiebant inter capitulum" — legend. „commune" — „Faventinum et episcopum „Ravennatem; et quaedam approbantur, et „quaedam reprobantur.") c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. Ab. a plerisque codd. Rf. 2. Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1. et ab Ed. 2. 4.

33) c. inter dilectos. (Ita recte B.B. codd. A. E. Hal. — Negligenter L. 3. „c. 1.")

Si autem reus aliquam proposuerit exceptionem, quoniam in exceptionibus probandis reus fit actor, ut Dig. de probat. 22, 3. l. in exceptionibus. 19. (pr.) et Dig. de except. 44, 1. l. agere. 1.[34]), illam exceptionem confessionibus, testibus, instrumentis atque praesumtionibus comprobare laboret, sicut de allegatione ex parte actoris proponenda docuimus. Et ei ab actore respondeatur, sicut superius est ostensum.

Sic fiat in replicatione, quae competit actori, et in triplicatione, quae datur reo.[35]) ut Dig. de except. 44, 1. l. 1.[36])

Et nota, quod in omnibus allegationibus primo et ultimo validiores proponendae sunt rationes, primo, ut moveat animum iudicis ad credendum sibi, medio dicat mediocria, ultimo reservet, quod validius est, quoniam ea, quae ultimo audiuntur, melius memoriae commendantur. ut de consecr. Dist. 2. c. liquido. 54.[37])

§. 4. §. Ad officium allegantium pertinet, non sedere, sed stare, et omnia proponere, quae ad commodum causae clientuli sui prodesse noverit[38]). Nulla tamen probra vel convicia conferat[39]), nisi quae ad causam pertineant. ut Cod. de postuland. 2, 6. l. quisquis. 6. (§. 1.)

Caveat itaque diligenter advocatus actoris, ne contrarius sibi sit in suis petitionibus, quoniam contraria petens vel allegans non est audiendus. ut X. 3. de appell. 2, 19. c. sollicitudinem. 12. in f.[40]) arg. Dist. 74. c. gesta. 2. et C. 23. q. 7. c. 1. Cod. de muneribus. patrimon. 10, 41. l. professio tua. 6.[41]) — Advocatus vero rei variis et contrariis[42]) uti potest exceptionibus. ut Dig. de except. 44, 1. l. nemo prohibetur. 8.[43]) Dig. de inoff. testam. 5, 2. l. contra veterani. §. sed nec impuberis. (l. 8. §. 5.)[44])

---

6. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. »ubi multae allegationes »sunt super quodam instrumento et sigillo »instrumenti factae, et super quibusdam te»stibus, quarum quaedam reprobantur, quae»dam non.« (Rf. 2. male: »quorum quidam »repr., quidam non.«)

B.B. codd. A. E. add. »et C. 13. q. 1. §. »1.« (cf. *Durant. sp.* l. l. §. 4. num. 4.) Ibi in cas. *Gloss.* »et procedit hoc ordine Gratia»nus . . . inducens actores et reos allegantes »et vicissim sibi respondentes.«

34) *Dig. de prob. . . l. agere.* Poster. l. om. Rf. 1.; uterque loc. ab. a Rf. 2.

35) Cf. pag. 146. vers. 3.

36) Vid. l. 2.

37) vers. namque salvator.

Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 4. tit. de advocat. §. 4. num. 11. et lib. 2. p. 2. tit. de disputat. §. 4. num. 24.

38) *noverit.* B. Bs. A. L. 4. — Al. »viderit.« L. 2. et codd. Rf. 2. — »cognoverit.« Hal. — »noverint.« L. 3.

39) *conferat.* Vulg. — Al. »proferat.« L. 1. A. Hal. — »conferant.« L. 3. — »proferant.« E.

40) c. 54. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. tamquam adversa.

41) *arg. Dig. 74. c. gesta.* (Cf. *Gloss.* in v. quae tamquam.) *et C. 23. q. 7. c. 1.* (Fuerit c. quod autem. 3. Ibi cf. *Gloss.* in v. contraria. et vid. cet. *Gloss.* not. 40. et h. not. 41.) *Cod. de mun. patr. l. prof. tua.* Rf. 1. 2. om.

42) *et contrariis.* Rf. 2. om.

43) Cf. *Gloss.* in v. diversae.

. Rf. 1. et similit. Rf. 2. »l. nemo prohibe»tur pluribus exceptionibus uti, quamvis di»versae sint; nisi lex impediat. Dig. de reg. »iur. 50, 17. l. nemo. 43. (pr.)«

44) *Dig. de inoff. t. l. contr. vet. §. sed nec imp.* (cf. not. 49. 50. ad part. 2. tit. 5.) Rf. 1. 2. om.

Verumtamen si advocatus errat proponendo contrarium, quam deberet, et errat in facto, praesente domino litis et non contradicente, praeiudicat domino, ac si ipse confessus esset. ut Cod. de error. advocator. 2, 10. l. 1.[45]) et X. 3. de censib. 3, 37. c. olim causam. 5.[46]) Potest tamen tam dominus litis quam ipse advocatus revocare errorem advocati in facto usque ad diffinitivam sententiam. ut Cod. de iur. et fact. ignor. 1, 18. l. error facti. 7. et Dig. de confess. 42, 2. l. non fatetur. 2.[47]) Et haec est sententia domini Azonis[48]). Sed Irnerius, Bulgarus et Placentinus[49]) dixerunt, quod usque ad triduum et non ultra.[50]) ut Cod. de error.

---

45) Rf. l. et similit. Rf. 2. »u. d., ea, quae »advocati praesentibus his, quorum causae »aguntur, allegant, perinde habenda sunt, »ac si ab ipsis dominis litium proferantur, »nisi in continenti, i. e. triduo proximo, ipsi »domini contradixerunt." — Ed. 3. add. »ut »Cod. e. t. l. ult." — Cf. not. 42. ad h. part. tit. 4.

46) c. 20. X. G. e. t. 3, 39. (Innoc. 3.) iungend. cum his, quae Raym. om.

Rf. 2. add. »Et dicit decretalis nova, »quod procurator potest revocare errorem »facti. ut X. G. de appell. c. cum causam." Cf. not. 43. ad h. part. tit. 4.

47) *et Dig. de conf. l. non fat.* Rf. 1. 2. om.

Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis »nova X. G. de confess. c. ex parte." Cf. not. 45. ad h. part. tit. 4.

48) *Azo.* summ. Cod. 2, 10. num. 1. »Si »in facto" (errat advocatus), »domino prae»sente et non contradicente, praeiudicatur »domino, ac si ipsemet illa confessus ita »fuisset. Sed ipsemet suum errorem usque »ad sententiam corrigere posset, ut supra de »iur. et fact. ignor. l. error. et Dig. de con»fess. l. non fatetur.; ergo advocati usque ad »sententiam errorem suum corrigent. ut infr. »e. (h. t. 2, 10.) l. 1.; nec obstat, quod legi»tur infr. e. l. ult., quia ibi erraverat advoca»tus et postmodum elapso triduo est lata »sententia, a qua non appellavit cliens, et »ideo dicitur ipsum non audiendum, maxime »cum illa intervenerit, sc. quod habuit oppor»tunitatem tridui causa corrigendi errorem; »sed et si non habuisset triduum, satis est »ad eum repellendum, quia lata est senten»tia, a qua non appellavit. Et in hac senten»tia fuit I. et B." (*Azon.* lectur. »Yr. et B." Sed ibi male subiuncta sunt haec: »*et* P. ta»men.", quorum loco, perinde ut in seq. summae contextu, legendum est: »P. ta»men.") »Pla. tamen usque ad triduum »tantum dicit posse me corrigere errorem ad»vocati, meum autem usque ad sententiam, »a qua non appellavi; nam et alias non pos»sum pacisci de hereditate mea tibi danda, »sed alii paciscenti possum consentire, ut »tamen perseverem usque ad mortem. ut su»pra de pact. 2, 3. l. ult." — Cf. not. seq. 50. *Azo.* lectur. tit. de error. advocat. 2, 10. l. 1. D. D. *Hugolin.* §. 21. pag. 265. et seq. *Gloss.* ad l. ult. Cod. de error. advocat. in v. triduo.

49) »y. b. et pla." B. Bs. L. 1. Hal. — »Ɨ. »et pla." L. 2. — »y. et b. et plures alii." E. — »x́. et b. et plures alii." A. — „iohēs „et B. et plures alii." L. 3. — Omissis nominibus: »quidam alii." siv. »alii quidam." Rf. 1. 2. — Quanam autem ratione ista nomina hoc loco coniungi potuerint, ex his, quae modo (not. 48. et ibi in f.) laudata sunt, accuratius diiudicare poteris.

50) *Placentin.* summ. Cod. tit. de error. advocat. 2, 10. ». . proprium errorem litiga»tor usque ad sententiam corrigere poterit, »ut Cod. de iur. ignor. l. error.; error advo»cati nonnisi infra triduum corrigitur; nec »aliud iudicio meo . . . dici potest, ut Cod. e. »2, 10. l. ult.; nam et alias pactum, quod »quis fecit de successione danda sibi" (legend. »tibi"), »prorsus est nullum; si tamen

advocator. 2, 10. l. ult.[51]) — Sed si advocatus[52]) errat in iure, secundum opinionem omnium potest revocare et corrigere errorem suum, quandocumque vult, quoniam causae qualitatem melius scire potest, quam iuris statuta.

§. 5. §. Ad officium iudicis pertinet sedere et non stare, et investigare omnia, quae ad instructionem causae faciunt, interrogare et obiicere. ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11.

Supplere quidem debet id, quod advocatis partium deest in iure, et interdum in facto.[53]) — In iure: quoniam si ius omittunt, quod allegare debuerunt, supplere debet iudex et id proferre, quod sciat legibus et iuri publico convenire. ut expresse legitur Cod. ut quae des. advocat. partium, iudex suppleat. 2, 11. l. un.; quoniam potest introducere legem et canonem, quae ad causam faciunt, et ex officio suo allegatis respondere, ut X. 3. de postul. praelator. 1, 4. c. bonae memoriae. 4. circa f.[54]) et X. 3. de elect. 1,6. c. bonae memoriae. 8.[55]); potest etiam et

---

»aliis paciscentibus de sua consenserit suc»cessione et in consensu usque ad mortem »perseveraverit, pactum valebit.“

51) *l. ult.* Ita recte L. 4. et Ed. 3. — Al. »l. 1. et ult.“ L. 2. — »l. 1.“ B. Bs. L. 1. et codd. B.B. — »l. penult.“ Codd. Rf. 2. et Ed. 2. 4.

Cf. h. part. tit. 4. §. 3.

52) Rf. 1. 2. add. »etiam.“

53) Cf. part. 1. tit. 5. in f.

Rf. 1. et similiter Rf. 2. add. »ut X. 3. de »postul. praelator. 1, 4. c. bonae memoriae. »3.“ (c. 3. X. G. e. t. 1, 5. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. curavimus allegare.) »Ad idem X. 3. de »concession. praebendae non vac. 3, 8. c. ex »parte. 7.“ (c. 10. X. G. e. t. 3, 8. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. utraque pars.) »Inst. de act. 4, »6. §. si minus.“ (Cf. *Gloss.* in v. in eod. iudicio. vers. altera ratio.) »Dig. de aedil. ed. 21, »1. l. bovem. 43. §. aliquando. 6. Dig. de pet. »hered. 5, 3. l. ult.“ (Cf. *Gloss.* in v. exciperetur. — H. l. ult. Dig. d. pet. her. Rf. 2. om.) »Dig. fam. ercisc. 10, 2. l. si filia. 20. (pr.) »Contra: X. 3. de simon. 5, 2. c. licet Heli. »3.“ (c. 31. X. G. e. t. 5, 3. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iudicii formam.) »Dig. comm. di»vid. 10, 3. l. ut fundus. 18. X. 3. de confirm. »ut. v. inut. 2, 20. c. examinata. 3.“ (Innoc. 3. — Inde Rf. 2. »X. G. de conf. ut v. inut. »2, 30. c. examinata. 7.“ Sed vid. potius eam istius decr. partem, quae in c. 15. X. G. de iud. 2, 1. posita est, et ibi *Gloss.* in v. non tenere.) »Solutio: potest dici, quod iudex ex »officio suo potest supplere de his, quae »spectant ad substantiam iudicii; et etiam, »si aliqua allegatur ratio, et aliqua non alle»gatur, quae moveat iudicem, iudex potest »eam supplere ex officio suo. ut X. 3. de »concess. praebend. non vac. c. ex parte.“ (Vid. pr. h. add.)

54) *X. 3. de post. praeb. c. bon. mem.* (c. 4. X. G. e. t. 1, 5. Innoc. 3.) *circa f.* (Haecce »circa f.“ vulg. quidem codd. T. et B.B. om., cum scilicet, illo c. bon. mem. et seq. X. de elect. bon. m. permutatis et in unum confusis, interposita verba negligerentur; cf. seq. not. 55.; sed in Codd. Bs. L. 1. Hal. servata sunt, et potius ad c. 4., quam ad c. bon. mem. 3. referenda esse videntur. Cf. genuin. c. 4. contextum.) Rf. 1. »X. 3. de post. prael. c. bon. »m. 3., u. d. papa circa medium: nos igitur, »auditis, quae de facto hinc inde fuerant »proposita et de iure insuper allegata, pro »utraque parte curavimus allegare.“ Et hoc maxime arg. ICti uti solebant. Cf. not. sup. 53. — Rf. 2. om.

55) *X. de elect. c. bon. mem.* (c. 23. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. — Ibi in med. contextu genuino: »poterat quoque dici etc.“) Bs. L. 1. Hal. — Vulg. om.

debet libellum male formatum reiicere, ne cogantur partes et ipse inutiliter laborare. ut Dig. de off. assess. 1, 22. l. 1. [56]) et Dig. de accusat. 48, 2. l. 2. [57]) et C. 2. q. 8. §. ult. (c. 5. §. 2. in f.) Et haec iuris suppletio locum habet ante litem contestatam et post. — In facto autem, quod sibi notum est tamquam iudici, iudex supplere debet, sed non in eo, quod sibi notum est ut privato. Quid enim, si sciat confessiones partium, dicta testium [58]), et aliqua partium illa proferat aliter, quam sint? Certe, tacente etiam altera parte, supplere debet et legere et ostendere aliter esse, quam proferat ille. Et quod in tali facto possit supplere, probatur Cod. de appellat. 7, 62. l. ult. (pr. in f.) Cod. de temp. appellat. 7, 63. l. 2. §. ult. [59]) Repellere etiam debet militem a procuratione propter publicam utilitatem, etiam tacente adversario. [60]) ut Cod. de procurat. 2, 13. l. militem. 7. Dig. e. t. 3, 3. l. filius. 8. §. veterani. 2. [61])

Sed non debet iudex imponere finem dictis advocatorum, sed dicant, quamdiu volunt. [62]) ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11. et C. 3. q. 7. §. apud urbem Romam. (c. 2. §. 11.) [63]) Finitis etiam allegationibus et responsionibus utriusque partis quaerere debet iudex, si habent aliud, quod proponant. Sin autem partes renuntient allegationibus et concludant in causa, petant sententiam ferri. Quae omnia sunt redigenda in scriptis apud acta. ut X. Lateranensis concilii Innocentii tertii. [64]) c. quoniam contra falsam. 38. [65]) His peractis iudex omnes allegationes et responsiones partium sub brevitate repiloget [66]), — sicut fecit Salomon in conquestione [67]) duarum meretricum, de filio litigantium, dicens: „haec dicit: filius meus „vivit et filius tuus mortuus est; e contrario illa respondet: mentiris, sed filius „tuus mortuus est, meus autem vivit." [68]) — ut partes intelligant, quod iudex sit plene instructus in meritis causae. Vel si quaestio intricata est et plures habet articulos, allegationes partium in scriptis recipiat et super eis deliberet, nil omittens in consilio habendo, ut visis omnibus in causa productis et diligenter exa-

---

56) Cf. *Gloss.* in v. libellis.

57) *Dig. de accus. l. 2.* (Fuerit l. 3. §. 1.; cf. seq. C. 2. q. 8. §. ult.) Rf. 1. 2. om.

58) *conf. p., dict. t.* — Rf. 1. 2. »conf. p. »per dict. t."

59) *Cod. de temp. app. l. 2. §. ult.* (Cf. *Gloss.* in v. si solus litigat. in f.) Rf. 1. 2. om.

60) Cf. *Azo.* summ. Cod. ut quae desunt advocatis etc. 2, 11. num. 3.

61) Cf. *Gloss.* in v. praetermissum est.

62) *volunt.* Vulg. codd. T. et B.B. — Al. »voluerint." L. 1. — »volent." Vulg. codd. Rf. 1. 2.

63) *C. 3. q. 7. §. ap. urb. Rom.* (Cf. *Gloss.* in v. maluerint.) Rf. 1. 2. om.

64) *X. Lat. conc. Innoc. tert.* — »ex̄.t. Lat. »conc. Innoc. III." B. L. 1. — »ex̄. IIII. conc. »Lat. Innoc. III." Bs. L. 2. — »ex̄. IIII. de »probat." Oxon.

65) c. 3. X. 4. de probat. 2, 6. siv. c. 11. X. G. e. t. 2, 19.

66) *sub brevit. repiloget.* (Ita vulg. codd. T. et B.B.; ac similit. *Durant. sp.* edd. Mediol. Norimb. »sub compendio repiloget." Cf. seq. not. 69. — Al. »sub brevit. reepiloget." L. 3.) — Rf. 1. 2. »debet recapitulare . . . sub »breviloquio."

67) *conquestione.* — L. 2. »9qōe." — Vulg. »qōe." »qōne."

68) Cf. *Pill.* part. 3. §. 16. pag. 78. vers. 11. et seq.

minatis, per diffinitivam sententiam secundum causae merita terminet quaestionem [69]).

*

P. 4. De sententiis et interlocutionibus. [1])

T. 1. Quoniam diffinitiva sententia omnibus controversiis finem imponit, ut Cod. de iureiur. 4, 1. l. 1. §. 1. [2]) et Dig. de arbitr. 4, 8. l. qualem. 19. [3]) et de re iud. 42, 1. l. 1., idcirco in hac quarta et ultima particula praesentis operis de sententia et his, quae sententiam sequuntur, tractatum subiiciamus. Videamus igitur, quid sit sententia, quot eius species, a quo sit proferenda, quando et qualiter, et quis effectus sententiae.

§. 1. §. Est autem sententia proprie iudicialis diffinitio, quae controversiae finem imponit pronuntiatione iudicis, condemnationem vel absolutionem continens. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. 1. — Excommunicatio autem vel interdictum improprie dicitur sententia, quoniam potius punit, quam finem causae imponat. — Item dicitur sententia magistri opinio, ut Dig. de recept. 4, 8. l. qualem. 19. [4]); item sententia dicitur cuiuscumque orationis perfectae [5]) significatio; et quibusdam aliis modis, de quibus nihil ad praesens.

§. 2. §. Species autem iudicialis sententiae sunt duae; alia est sententia diffinitiva, alia interlocutoria.

Est autem interlocutoria sententia semiplena sententia, quae profertur inter principium causae et finem, non super principali, sed super incidentibus quaestionibus vel emergentibus, puta super libello offerendo vel corrigendo, vel danda dilatione seu deneganda, et similibus. ut X. 3. de appell. 2, 19. c. significantibus. 7. [6]) X. 3. de testib. 2, 12. c. significaverunt. 9. [7]) X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. ult. [8]) Et quod interlocutio non sit plena diffinitio, per praedictas concordan-

---

69) Huius vers. »finitis etc." (pag. 267. vers. 15.) test. *Durant. sp* lib. 2. p. 2. tit. de renuntiatione et conclus. et ibi *Io. Andr.* in rubr. et ad num. 1. 2. in v. concludant., in v. auditis. et in v. cum peritis.

1) »Incipit quarta particula. De sententiis et interlocutionibus." B. L. 2.; et hanc primam h. part. rubr. esse testatur *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de sentent. etc. (edd. Mediol. Norimb. — al. »Tancr... de sententia et interlocut." ed. Francof.) — Al. »Inc. .. De sententia diffinitiva." L. 4. Bi. F. 2. Ham. — »De diff. sententia." F. 1.

2) *Cod. de iureiur. l. 1. §. 1.* — Ita codd. T. et B.B. Sed fuerit »C. d. i. l. penult. §. 1. (l. pen. pr.)" Vid. *Pill.* part. 3. §. 16. pr. — Rf. 1. 2. om.

3) *l. qualem.* — Codd. Rf. 2. vulg. »l. »diem. §. qualem." Bi. F. 1. 2. Ham. M. 1. — Rectius Ed. 2. 3. 4. »l. diem. 27. §. stari. 2. l. »qualem. 19." (Ed. 3. add. »§. dicere. 1.")

4) *magistri opinio. ut Dig. . . qualem.* — Rf. 1. 2. »arbitri opinio. ut Dig. . . qualem »* * . (pr.)" — Sed vid. §. 2. verb. »Cassius »sententiam magistri sui bene excusat."

5) *perfectae.* L. 2. — Vulg. om.

6) c. 49. X. G. e. t. 2, 28. (Sic B.B.) Cf. *Gloss.* in v. denegarent. — siv. c. 2. X. G. de lib. obl. 2, 3. (Sic Rf. 2.) — Innoc. 3.

7) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. deberet. et in v. intra decem dies.

8) *X. de off. iud. del. c. ult.* (X. G. e. t. 1, 29. c. cum olim. 32. Innoc. 3. Sic recte B.B.

tias probatur et Dig. de arbitr. 4, 8. l. qualem. 19. [9]) et Cod. de reb. cred. 4, 1. l. penult. [10]) Et dicit dominus Azo [11]), quod talis interlocutoria sententia non obtinet vim rei iudicatae, et ideo, qui [12]) protulit ipsam, potest eam revocare. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. quod iussit. 14. [13]) et melius X. concilii Lateranensis Innocentii tertii. c. cum cessante. 36. [14])

Diffinitiva sententia est, quae principalem determinat quaestionem; et debet continere absolutionem vel condemnationem; aliter non valet, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. 1. Cod. e. t. 7, 45. l. praeses. 3. [15]) et C. 2. q. 6. §. diffinitiva. (c. 41. §. 2.); vel aliquid aliud, quod habeatur loco absolutionis vel condemnationis. ut Dig. de recept. 4, 8. l. quid tamen. 21. §. si arbiter. 1. Dig. de re iud. 42, 1. l. in summa. 59. (pr. et §. 1.) et l. ait praetor. 5. (§. 1.) [16]) et X. 2. de verb. signif. 5, 23. c. in his quae ambiguitatem. un. [17])

§. A quo proferenda sit sententia, quaeritur. Respondeo, a suo iudice, id §. 3.
est ab eo, qui iurisdictionem habet super quaestione proposita; alias sententia a non suo iudice, hoc est a non competenti iudice lata, ipso iure nulla est. [18]) ut C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 9.) X. 1. de iud. 2, 1. c. at si clerici. 6. [19]) X. 3. de consuetud. 1, 3. c. ad audientiam. 2. [20]) Cod. si a non compet. iud. 7, 48. l. ult. et Dig. de reg. iur. 50, 17. l. factum a iudice. 170. (129.) [21]) — Et est sciendum, quod non competens iudex dicitur, qui nullam habet iurisdictionem, puta, cum per falsas literas commissio facta est, ut X. 2. de sentent. et re iud. 2, 18. c. super eo. 4. [22]), vel si iudex datus est ad unam certam rem et vult iudicare de alia, ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. ult. [23]) et Cod. si a non compet. iud. 7, 48. l. 1. [24]), vel si partes consentiant in eum, qui nulli praeest iurisdictioni, quo-

---

cod. Hal. Negligenter vero A. L. 3. »X. d. o. »i. d. c. ult.") — B.B. cod. E. substit. »X. G. »de dilat." (Ita enim pro eo, quod in isto cod. legitur: »clito." siv. »elito.", scribendum esse videtur.) »2, 8. c. literae. 3." (Honor. 3.) »et c. ult." (Gregor. 9.)

9) *Dig. de arb. l. qual.* (Cf. *Gloss.* ad §. 2. in v. iussit.) Rf. 1. 2. om.

10) Cf. *Gloss.* ad pr. in v. in plenissima.

11) Cf. summ. Cod. de sent. et interl. etc. 7, 45. num. 6. 7.

12) *ideo qui.* — Ed. 2. 3. 4. »hoc ideo, »quia qui."

13) Cf. *Gloss.* in v. praetor.

14) c. 4. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 60. X. G. e. t. 2, 28. Cf. *Gloss.* in v. comminando. vers. sed numquid iudex.

15) *Cod. e. t.* (i. q. h. t., sc. de sentent. et interl.) *l. praeses.* Rf. 1. 2. om.

16) Cf. *Pill.* part. 3. §. 16. pag. 78. vers. 1. et seq.

17) c. 15. X. G. e. t. 5, 40. Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. partem condemno.

18) *a non suo iud. . . nulla est.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »a non suo iud. lata non va»let." (Rf. 2. »non tenet.")

19) c. 4. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3.

20) c. 3. X. G. e. t. 1, 4. Innoc. 3.

21) *C. 2. q. 1. c. inprim. Cod. si a non comp. iud. l. ult. Dig. de reg. iur. l. fact. a iud.* in codd. Rf. 1. 2. vulg. om., sed in Ed. 3. servata sunt.

22) c. 2. X. G. de crim. fals. 5, 20. Luci. 3.

23) c. cum olim abbas. (Ita recte B.B. codd. A. E. — Hal. L. 3. male »c. ult.") 32. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

B.B. codd. A. E. add. »et c. venerabili. »37." Honor. 3.

Rf. 2. add. »Ad idem e. t. c. P. et G. 40." Gregor. 9.

24) *et Cod. si a non comp. iud. l. 1.* Rf. 1. 2. om.

niam privatorum consensus iurisdictionem non tribuit ei, qui nulli praeest iurisdictioni, ut Cod. de iurisd. omn. iud. 3, 13. l. consensus privatorum. 3. et Dig. de iud. 5, 1. l. 1. [25]), vel si in eum, qui iurisdictionem habet, consentiant per metum vel per errorem. ut Dig. de iud. 5, 1. l. 2. (pr.) et Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. si per errorem. 15. et Cod. de episcop. audient. 1, 4. l. si qui. 7. [26]) — Si vero iudex habet iurisdictionem super re, de qua sententiam profert, licet ante litem contestatam potuisset per exceptionem eius iurisdictio declinari, si tamen lite coram eo contestata sententiam tulerit, valida est, ut X. 3. de sentent. et de iud. 2, 18. c. inter monasterium. 10. [27]) et Cod. de except. 8, 36. l. penult. [28]), nisi ex aliis causis possit nulla probari [29]), ut infra dicemus.

A quo est ferenda sententia? Respondeo, iudex ipse proferre debet sententiam ore suo, non committere alii, ut eam recitet, et sedendo [30]); alioquin ipso iure nulla est. ut Cod. de sentent. ex peric. recit. 7, 44. l. 1. et 2. [31]) Excipitur iudex illustris, qui potest per quemlibet alium sententiam recitare, dummodo ille eam legere sciat, ut eadem lege dicitur et in Auth. ut ab illustrib. et qui sup. eos sunt. §. sancimus igitur. ibi: ne cogantur etc. Coll. 5. (Nov. 71. c. 1.) [32]) —

---

25) *ut Cod. de iurisd... Dig. de iud. l. 1.* — Rf. 1. »arg. a contrario sensu Dig. de »iud. l. 1., u. d., si se subiiciant * *. Ad »idem expresse Cod. de iurisd. o. i. privato»rum * *." — Rf. 2. »ut Dig... ut expresse »dicitur Cod..."

26) Ad h. l. *Placent.* »... ut iudex iudica»bit, sive id expressim agatur, sive ab ex»traneis *ex certa scientia* eum adeuntibus in »contrarium specialiter non exprimatur." (cf. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 442. 443.) — Sed vid. etiam *Gloss.* in v. absfuisse. (al. »adfuisse." cf. *Spangenb.* not. 75.) »si »habes: *adfuisse*, subaudi: *coacte.*"

Rf. 1. add. »De metu habetur, quod ea, »quae vi metusve causa acta sunt, debent »revocari: X. 3. quod vi metusve caus. 1, »23. in rubro et nigro fere per totum. Dig. e. »t. 4, 2. l. 1." — Inde Rf. 2. »De metu habe»tur, quia ea, quae vi metusve causa gesta »sunt, debent in irritum revocari, ut X. G. »de his q. vi. 1, 40. et in rubro et in nigro p. »t. Dig. e. t. l. 1., u. d., quod vi metusve cau»sa factum est, ratum non habebo, ait prae»tor."

27) c. 20. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. Cf. not. 7. ad part. 2. tit. 5.

28) *l. penult.* Ita vulg. Sed cf. l. ult. *c. int. monast.... l. penult.* — Rf. 1. »c. »int. mon., u. d., quod quis subeundo iudi»cium exceptionibus dilatoriis renuntiare vi»detur. Ad idem Cod. de except. l. penult." — Rf. 2. »c. int. mon., u. d.." (ut in Rf. 1.) »Et quod ante lit. cont. exceptiones dilato»riae sunt proponendae, probatur X. G. de »appell. 2, 28. c. causam. (Ed. 2. 3. 4. »cum »causam.") 62." (Honor. 3.) »et Cod. de ex»cept. l. penult."

29) *nulla probari.* — Rf. 1. »nulla prob. »eius iurisdictio." — Rf. 2. »reprobari eius »iurisd."

30) *et sedendo.* (cf. *Gloss.* ad seq. l. 1. in v. recitavit.) Rf. 1. 2. om.

31) *Cod. de sent.... l. 1. et 2.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »X. 3. de consuet. 1, 3. c. ad »nostram. 2." (Innoc. 3.) »ubi talis est ca»sus: in Pictavia erat consuetudo..." (Rf. 2. »X. G. de consuet. 1, 4. c. ad nostram. 3., »u. ponitur tal. casus: in Dacia..."); »repre»hendit papa consuetudinem, utpote nullam »et iuri scripto contrariam, et prohibet, ne »de cetero fiat, quia sententia a non suo iu»dice lata non tenet. Ad idem et melius Cod. »de sent. ex per. rec. l. 1. * *. et l. 2. * *."

32) Hic locus, quem simili modo allegavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §.

Item nota, quod si plures sint iudices, omnes sententiare debent; alias non valet sententia; ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. si plures. (c. 41. p. 8. §. 7.) X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. causam matrimonii. 21.[33]) Dig. de arbitr. 4, 8. l. item si unus. §. ult. et l. si in tres.[34]); nisi aliquis eorum per contumaciam esset absens, quoniam tunc valet sententia praesentium. ut X. 2. de off. iud. deleg. 1, 12. c. prudentiam. 3. §. adiicimus.[35]) Dig. de re iud. 42, 1. l. duo ex tribus. 39.[36])

§. Nunc videamus, quando ferenda sit sententia. Et quidem ordine iudiciario §. 4. praemisso, scilicet lite contestata, confessionibus, attestationibus et allegationibus auditis, et omnibus causae meritis diligenter investigatis, in die non feriato et ante crepusculum noctis; ut hoc totum probatur[37]) C. 30. q. 5. §. incerta (c. 9. sub f.) c. nullum. 10.[38]) c. iudicantem. 11. X. 3. ut lite non contest. 2, 3. c. 1. 2. et 3.[39]) Dig. de fer. 2, 12. l. si feriatis. 6. in Auth. de iudicib. §. sedebunt iudices. (Nov. 82. c. 3.)[40]) X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. consuluit 3.[41]); alioquin sententia, lata ordine iudiciario praetermisso vel non servato, ipso iure non valet. ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. item sententia citra solitum. (c. 41. p. 8. §. 3.)[42])

Hoc regulariter verum est; sed excipiuntur quidam casus, in quibus, si reus est contumax[43]), lite non contestata possunt testes recipi et[44]) diffinitive sententiari. — Primus est, si agatur de electione praelati confirmanda vel cassanda. — Secundus, si agatur de matrimonio carnali, et qui convenitur, contumax est. — Tertius, si agatur in modum inquisitionis de alicuius crimine. ut probatur X. 3. ut

---

3. pr., cum istis, quae supra dicta sunt, (pag. 270. vers. 12. v. et sedendo.) iungendus esse videtur. Cf. not. 40. ad h. part. tit. 2.

33) c. 16. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

34) *l. item si unus. §. ult. et l. si in tres.* Ita vulg. codd. T. et B.B., sed legend. »l. »item si unus. §. ult. al. l. si in tres." (l. 17. »item si unus." §. ult. »Celsus .. scribit, si »in tres." Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de arbitro etc. §. 7. num. 53.) — Rf. 1. 2. »l. si »in tres."

35) c. 21. §. 1. X. G. e. t. 1, 29. Coelestin. 3.

36) Noster fortasse vitiosa h. l. lectione usus est, nimirum hac: »duo ex tribus iudi»cibus absente tertio iudicare non possunt.., »sed si absit" (Ita L. 4. Bi. in verbis ex ista l. in Rf. 1. 2. transcriptis, pro vulg. »adsit") »et contra sentiat, statur duorum senten»tiae."

37) *ut hoc tot. probatur.* — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »et ordine iudiciario observato, »quia aliter sententia non valet. X. 3. de »purg. can. 5, 17. c. cum dilectis. 6. circa »med., u. d., quod ea, quae praeter iuris or»dinem facta sunt, non habent firmitatem." c. 15. X. G. e. t. 5, 34. Innoc. 3.

38) *§. incerta. c. nullum.* Rf. 1. 2. om.

39) *X. ut lit. non cont. c. 1. 2. 3.* (c. 1. 2. 3. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. — B.B. codd. A. E. add. »et de litis cont. 2, 5. c. un." Gregor. 9.) Abs. a plerisque codd. Rf. 1. 2., sed in codd. Bi. M. 2. servat. »X. G. ut lit. non »cont. c. ad haec. 1." — Rf. 2. add. »X. G. »de rescript. 1, 3. c. cum inter." Fuerit »c. »causam, quae inter. 18." c. 8. X. 3. e. t. 1, 2. Innoc. 3.

40) *in Auth. de iud. §. sedeb.* (cf. *Gloss.* in v. in matutino. et in v. mox.) Rf. 1. 2. om.

41) c. 24. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

42) B.B. codd. A. E. add. »et X. G. de »elect. 1, 6. c. dudum ecclesia. 54. (§. 3.)" Gregor. 9.

Cf. h. part. tit. 2. §. 5. vers. item sent. nulla est. et seq.

43) *si reus est contumax.* Ab. a plerisque codd. Rf. 2., sed servat. in cod. M. 2.

44) L. 3. 4. add. »potest."

lite non contest. 2, 3. c. quoniam frequenter. 5.[45]) X. concilii Lateranensis Innocentii tertii. c. qualiter et quando. 8.[46]) — Quartus, ubicumque aliquid expeditur iudicis officio. ut X. 1. de sponsal. 4, 1. c. praeterea. 16.[47]) X. 3. de iureiur. 2, 15. c. ad nostram. 6.[48]) Cod. si ut se ab hered. abstin. 2, 39. l. 1. et Auth. ibi posita. Cod. fin. regund. 3, 39. l. 3.[49]) — Quintus, absente actore per contumaciam, et reo praesente et petente absolvi. ut X. 1. qui filii sunt legit. 4, 18. c. causam quae. 4. et Cod. quom. et quand. iud. 7, 43. Auth. qui semel.[50]) — — Sextus, ubi causa est mere spiritualis sine temporali commodo alicuius. ut C. 24. q. 2. c. sane profertur. 6. C. 26. q. 6. c. qui recedunt. 7.[51]) X. 3. de sent. excomm. 5, 21. c. a nobis. 2.[52]) — Dominus Azo alios casus excipit[53]), scilicet cum impubes ex Carboniano edicto vel mulier nomine ventris petit se mitti in possessionem, vel cum reo absente actor petit mitti in possessionem bonorum rei causa rei servandae, vel cum quaeritur, an intersit actoris rem ei exhiberi, vel quando legatarius petit sibi satisdari pro legato et quaeritur, an sit ei legatum relictum, vel cum filius petit alimenta et quaeritur, an sit filius, vel cum pignora capiuntur ex causa iudicati et quaeritur, an sint condemnati. ut probatur Dig. de Carbon. ed. 37, 10. l. 3. §. causae. 4.[54]) Dig. de ventre in possess. mitt. 37, 9. l. 1. §. si ea. 14.[55]) et Cod. ubi in rem act. 3, 19. l. pen.[56]) et Cod. de bon. auctorit. iud. possid. 7, 72. Auth. qui iurat. (ad l. 9.)[57]) et Dig. ut in poss. legat. 36, 4. l. si is a quo. 3. (§. 1.)[58]) et Dig. ad exhibend. 10, 4. l. 2. (3.)[59]) §. sciendum. 9.[60]) et Dig. de lib. agnosc. 25, 3. l. si ali. 5. §. si vel parens. 8. et Dig. de re iud.[61])

---

45) Cf. part. 3. tit. 8. pag. 231. vers. 8. et seq., atque ibi not. 6.

46) c. 4. X. 4. de accusat. 5, 1. siv. c. 24. X. G. e. t. 5, 1. Cf. *Gloss.* in v. praecedat inscriptio.

47) *X. de sposal. c. praeterea.* (c. 12. X. G. e. t. 4, 1. Alexand. 3.) Rf. 1. 2. om.

48) c. 20. X. G. e. t. 2, 24. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad testimonium.

B.B. codd. A. E. add. »et de off. iud. 1, »32. c. ult." Gregor. 9.

49) *Cod. si ut se . . . l. 3.* Rf. 1. 2. om.

Cf. part. 3. tit 8. pag. 232. vers. 5. et seq.

50) Cf. part. 3. tit. 8. pag. 231. vers. 16. et seq.

51) *c. qui recedunt.* — Ed. 2. 4. »c. de his »vero, qui recedunt. 9." — Ed. 3. »c. qui re»cedunt. cum seq."

Cf. part. 3. tit. 8. pag. 232. vers. 8. et seq.

52) c. 28. X. G. e. t. 5, 39. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. forma servetur.

Vid. part. 3. tit. 8. §. 1.

53) *Azo.* summ. Cod. de iud. 3, 1. num. 19. »in casibus semiplena vel summaria fit »cognitio. etc." — Cf. *Gloss.* ad l. iudices. 9. Cod. de iud. 3, 1. in v. plena.

54) *§. causae.* (cf. *Gloss.* ad l. 2. Cod. e. t. 6, 17. in v. defertur. vers. sed subaudi. et ad seq. l. Dig. de ventr. in poss. in v. ad exemplum.) Rf. 1. 2. male »§. duae sunt cau»sae." al. »duae causae. 5."

55) *Dig. de ventr. in poss. m. l. 1. §. si ea.* Ita recte codd. T. et B.B., nec non Ed. 3. — Rf. 1. 2. »Dig. de ventr. insp. l. 1. §. postea." Male.

56) Cf. *Gloss.* in v. summatim.

57) Cf. *Gloss.* in v. examinato.

58) Cf. *Gloss.* in v. summatim.

59) Codd. T., B.B. et Rf. 1. »l. II." — Rf. 2. »l. III."

60) Cf. *Gloss.* in v. summatim.

61) *de re iud.* — Vulg. codd. T. et B.B. »de reg. iur." Sed al. loco (h. part. tit. 4. §. 3. sub f.) rectius »de re iu."; et sic Rf. 1. 2.

42, 1. l. a divo. 15. §. si super. 4. — In omnibus supra dictis casibus, si is, qui convenitur, vocatus [62]), noluerit comparere, potest quaestio per diffinitivam sententiam quoad illum articulum terminari.

§. Qualiter proferenda est sententia? Respondeo, a iudice sedente pro tribunali, in loco consueto vel alias honesto, non in lupanari vel popina, utraque parte praesente vel per contumaciam absente [63]), quia contumacia facit eum haberi pro praesente, sententia ipsa prius in scriptis redacta et correcta, sacris scripturis coram positis. [64]) ut probatur C. 2. q. 3. §. notandum. vers. abolitio. (c. 8. p. 5. §. 7.) [65]) et C. 3. q. 3. §. spatium. vers. a procedente. (c. 4. p. 2. §. 3.) [66]) Dig. de recept. 4, 8. l. si cum dies. (l. 21. §. 5.) §. si forte arbiter. 10. 11. Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. (§. 2. 3. 4.) C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 14.) et c. statutis. 8. [67]) et Cod. de sentent. ex peric. recit. 7, 44. l. 1. et 2. [68]) et Cod. de iud. 3, 1. l. rem non novam. 14. (pr.) — Praeterea adesse debent in prolatione sententiae hi, quorum consilium et praesentia requiritur, puta episcopales canonici, cum episcopus sententiam debet proferre. ut C. 15. q. 7. c. episcopus. 6. [69]) et X. 1. de his, quae fiunt ab episc. sine cons. capit. 3, 9. c. novit. 4. [70]). §. 5.

Praeterea [71]) iudex in prolatione sententiae exprimere debet actoris petitionem et eius allegationem, deinde responsionem rei et eius exceptionem, et quidquid in causa utrimque petitum vel allegatum est, sub epilogo referat, et eis praelibatis dicat: „visis et auditis confessionibus, attestationibus, instrumentis, rationibus „et allegationibus utriusque partis" — vel „ab actore vel reo productis" — „et „diligenter investigatis et intellectis, habito multorum sapientum [72]) consilio, talem „condemno." — vel „absolvo." Vel aliter proferat, sicut viderit proferendum, quod sacris conveniat canonibus seu legibus vel approbatis consuetudinibus. Quae omnia in tenore ipsius sententiae sunt ponenda [73]). Et haec probantur [74]): X. 3. de

---

62) *vocatus.* — Rf. 1. 2. »vel vocatur."

63) *vel per cont. absente.* — Rf. 1. 2. »nisi »altera pars se absentet per cont." al. »per „cont. se abs." — *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 5. pr. „vel altera contumaci- „ter absente." Cf. seq. not. 64.

64) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. in v. deinde. „ponit" (Durantis) „verba Tan- „credi, ubi supra" (cf. not. 1. ad h. t.) „ru- „brica 1." (Ita Mediol. Norimb. — Francof. vitiose: „resp. 1.")

65) *C. 2. q. 3. §. notand. v. abol.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l.

66) Cf. *Gloss.* in v. considerante.

67) *et c. statutis.* Rf. 1. 2. om.

68) *Cod. de sent. ex. p. r. l. 1. et 2.* (ita vulg. codd. T. et B.B. — al. »l. I. et III." L. 2.) Rf. 1. 2. om.

69) Cf. *Gloss.* in v. suorum.

70) c. 4. X. G. e. t. 3, 10. Alexand. 3.

71) *Praeterea.* — Rf. 1. 2. »item." — Cf. seq. not. 73. in f.

72) *sapientum.* — B. L. 1., codd. B.B. (A. »sapientium.") et L. 4. — Al. »peritorum." Bs. et sic libri ed. — L. 2. et codd. Rf. 2. om.

73) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 5. num. 13. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr. »ubi supra." (cf. not. 1. ad h. t.) »vers. praeterea."

74) *Et haec* (i. e. et ea, quae causae examinationem, et ea, quae sententiae formam respiciunt.) *probantur.* — Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l. verb. »haec omnia proban- »tur."

probat. 2, 11. c. licet causam. 4.[75]) X. 3. de fid. instrum. 2, 13. c. 1.[76]) Dig. de curat. furiosi. 27, 10. l. si furioso. 16. §. 1. (2.)[77]) Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. illo. 9.[78]) C. 11. q. 3. c. summopere. 70. X. 3. de eo, qui mitt. in possess. causa rei serv. 2, 8. c. 2.[79]) — Verumtamen, si rationes vel allegationes partium, quae movent iudicem ad sententiandum, non ponantur in sententia, nihilominus valet sententia. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. sicut nobis. 6.[80]) arg. in Inst. de inutil. stipul. 3, 19. (20.) §. si scriptum. 17.

Et nota, quod si actum est ab initio in causa per procuratorem seu syndicum vel actorem, in persona eius formanda est sententia, et non in persona domini, et ipse condemnandus est vel ei condemnatio facienda.[81]) ut X. 3. de elect. 1, 6. c. querelam. 9.[82]) et X. 3. de censib. 3, 37. c. olim causam. 5.[83]) et Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. 1.[84]) Si vero dominus causae in propria persona liti-

75) *X. de prob. c. lic. caus.* (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.) Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l.

76) *X. de fid. instr. c. 1.* i. q. c. inter dilectos. (Ita recte B.B. codd. A. E.; et Hal. „c. „inter." — L. 3., nec non *Durant.* l. l. male „c. 1.") 6. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

77) *Dig. de curat. fur. l. si fur. §. 1.* (§. 2. verb. „addita causa necessitateque iudicii „sui." Cf. *Gloss.* ad c. sicut. 16. X. G. de sent. et re iud. 2, 27. in v. exprimantur.) Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l.

78) *Cod. de iud. l. prop. §. illo.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* l. l.

79) c. cum venissent. (Ita recte B.B. codd. A. E. et Rf. 1. 2. — Hal. L. 3. male: „c. 2.") 3. X. G. e. t. 2, 15. Innoc. 3.

80) c. 16. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. *valet sent . . . c. sic. nobis.* — Rf. 1. „valet sent., quia semper praesumitur pro iu„dice. ut X. 3. de sent. et re iud. c. sic. no„bis." — Rf. 2. vulg. „valet sent., quia sem„per praesumitur pro iudice, nisi probetur „in contrarium. ut X. G. de renunt. 1, 9. c. in „praesentia. 6." (c. 4. X. 2. e. t. 1, 5. Clem. 3.) sed M. 2. add. „Ad idem X. G. de „sent. et re iud. c. sicut nobis." — Ed. 3. „valeret sent., ut legitur X. G. de sent. et „re iud. c. sicut nobis., quia semper prae„sumitur pro iudice, nisi probetur contra„rium. ut X. G. de renun. c. in praesent."

81) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sentent. §. 5. num. 6. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

Rf. 1. 2. add. „excepto crimine iniuria„rum. Cod. de iniur. 9, 35. l. ult."

De ceteris, quae in libris Rf. 1. 2. ex margine in hunc locum translata sunt, infr. not. 84. commodius dicetur.

82) c. 24. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. oeconomi vestri.

83) c. 20. (in f.) X. G. e. t. 3, 39. Innoc. 3.

84) Rf. 1. 2. add. „X. 3. de capell. mo„nach. 3, 29. c. dilectus. (un.)" c. 2. (sub f.) X. G. e. t. 3, 37. Innoc. 3.

Huc referenda esse videntur, de quibus supra not. 81. in f. dictum est, nimirum ista: „Contra habes" (Haec verba vulg. quidem in libris Rf. 1. 2. om., sed ipsa re suadente, ex vitiosa lect. Ed. 1. „contra heres" i. q. „contra haberes" restituenda sunt.) „X. 1. „de transact. 1, 27. c. ex literis. 6. in f." (c. 6. X. G. e. t. 1, 36.; verum ibi ea, quibus auctor Rf. 1. maxime utendum esse putavit, Raym. om: „et memoratum R." — cuius responsales coram papa comparuisse dicuntur — „ab impetitione duximus absolven„dum." Alexand. 3. Cf. seq. not. 86.) „X. 3. „de probat. 2, 11. c. licet. 4." (c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. commune Favent.) „Solutio: speciale est in causa spi„rituali, ut numquam feratur sententia, nisi

gavit, quamvis postea in causa illa procuratorem dederit, formanda est sententia in persona domini, et non procuratoris. ut Dig. de negot. gest, 3, 5. l. liberto. 31. §. 1. (2.) [85]) et X. 1. de transact. 1, 27. c. ex literis. 6. [86])

Item nota, quod si de certa quantitate actum sit, certam debet iudex dare sententiam, alioquin non valet. ut Inst. de act. 4, 6. §. curare. 32. [87])

Nec illud omittendum est, quod si sententia debito [88]) modo lata sit, iudex, qui eam tulit, non potest postea ipsam corrigere vel mutare, ut Dig. de re iud. 42, 1. l. iudex. 55. [89]); potest tamen eam supplere eodem die, quo lata est, in his, quae pertinent ad consequentiam priorum statutorum, ut de sumtibus, fructibus et similibus. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. Paulus. 42. Item mulcta indicta personae [90]) potest remitti ab eodem iudice ratione paupertatis. ut Dig. de off. praesid. 1, 18. l. illicitas. 6. §. ult. et Cod. de modo mulct. 1, 54. l. eos. 6. in f. [91]) In aliis autem se intromittere non potest.

§. 6.

§. Effectus sententiae sive rei iudicatae maximus est, quoniam ius facit inter eos, inter quos lata est, ex quo transit in rem iudicatam, etiamsi lata sit contra ius litigatoris [92]), ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. (c. 41. p. 8. §. 6.) [93]) X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum inter vos. 3. in f. [94]), quia res iudicata praeiudicat veritati. ut Dig. de reg. iur. 50, 17. l. res iudicata. 207. [95])

„in dominum." (Rf. 2. „in caus. spirit. vel „matrimoniali, ubi numquam nisi in persona „domini est sententia ferenda.")

85) *Dig. de neg. g. l. liberto. §. 1.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* cf. not. seq. 86.

86) *X. de transact. c. ex literis.* (cf. not. 84.) retent. in B.B. codd. A. Hal. L. 3., sed ab. a cod. E. — Rf. 1. „u. d., quod quidam „clericus cum alio litigabat; post constituit „procuratorem in eadem causa; ad ultimum „fuit lata sententia in eundem dominum „praesente procuratore, et non in procura-„torem." Similiter Rf. 2. — Nec non *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 5. num. 6. istud c. allegavit; et ibi *Io. Andr.* „pars de-„cisa faciebat ad hoc, ubi etiam erat haec „gl. Tancr. in prima compil."

Cf. *Azo.* lectur. in Cod. tit. de procurat. 2, 13. l. nihil. 20. vers. quidam tamen, ut M. *Gloss.* ad Dig. de negot. gest. 3, 5. l. liberto. 31. §. 2. in v. ceterum., ad Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. 1. in v. non fuit., et ad X. G. de elect. 1, 6. c. querelam. 24. in v. oeconomi vestri. vers. sed dominus M.

87) Rf. 1. 2. add. „Ad idem C. 11. q. 3. „c. grave. 74., u. d. * *."

88) *debito.* — Rf. 2. „indebito."

89) Rf. 1. 2. add. „Ad idem Dig. e. t. cum „quaerebatur * *. (l. 62.)"

90) *personae.* — Vulg. codd. T. et B.B. per sigl. „persona." „personae." — Al. „per sen-„tentiam." L. 1. Hal. et Rf. 1. 2.

91) *Cod. de m. m. l. eos. in f.* Rf. 1. 2. om.

92) Rf. 1. 2. add. „dummodo contra ius „scriptum non feratur." Cf. verb. seq. c. inter vos. (not. 94.) „cum contra ius constitu-„tionis expresse lata non fuerit."

Vid. h. part. tit. 2. §. 4. in f.

93) *§. 6.* Hunc maxime locum cum genuino contextu iungendum esse facile patet. — Ed. 3. „vers. item si sententia. (c. 41. §. 5.)" ad confirmanda sc. ea, quae in Rf. (cf. not. praeced. 92.) addita sunt.

94) c. 13. in f. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

95) Ed. 3. add. „et Dig. de stat. hom. 1, „5. l. ingenuum. 25."

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Item transit „sententia in auctoritatem rei iudicatae, cum „infra decendium non fuerit legitime provo-„catum. X. 3. de elect. 1, 6. c. cum dilecti. „17." (c. cum dilectus. 32. in f. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3.) „et l. e. de testib. 2, 12. c. signi-

Item eius effectus est, ut non rescindatur praetextu instrumentorum postea repertorum. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. inter monasterium. 10. c. suborta. 11. in f. 96) Cod. de transact. 2, 4. l. sub praetextu. 19. et Cod. de re iud. 7, 52. l. sub specie. 4. 97) — Nec rescinditur praetextu calculi vel malae computationis, ut Cod. de re iud. 7, 52. l. 2., nisi error calculi in sententia exprimatur. ut Dig. quae sent. sine appell. rescind. 49, 8. l. 1. (§. 1.) 98)

Item effectus est rei iudicatae, ut ex sententia indulgeatur actori actio de re iudicata, vel in factum. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. miles. 6. §. ult. et Cod. de reb. cred. 4, 1. l. actori. 8. Et reo datur exceptio ex sententia pro eo lata. ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. si contra res prius. (c. 41. p. 8. §. 4.) 99)

T.2. Quae sententia sit ipso iure nulla. 1)

Dictum est supra in titulo proximo, quod ex sententia ius fit inter partes, etiam si lata sit contra ius litigatoris, et quod praetextu instrumentorum postea repertorum non retractatur. Ne quis crederet, quamlibet sententiam talem habere auctoritatem, consequenter, quae sententia ipso iure nulla sit, ostendamus, ut cognitis sententiarum vitiis, evitent iudices inutiles proferre sententias, et advocati sciant invalidas sententias reprobare.

Et quidem sententia nulla est aliquando ratione litigantium, quandoque ex persona iudicis, quandoque ratione iurisdictionis, interdum vitio sui ipsius, interdum vero ex causis exterioribus.

§. 1. §. Ratione litigantium est sententia nulla, quoniam 2) si falsus procurator in-

---

»ficaverunt. 9." (c. 36. sub f. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3.) »et de sent. et re iud. 2, 18. c. quod »ad consultationem. 5." (c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.)

96) *c. monasterium.* (in codd. Rf. 1. 2. vulg. om., sed servat. in Ed. 3.) 20. *c. suborta.* 21. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

97) In hunc locum reiicienda sunt, quae in Rf. 1. 2. ex marg. in mediam istorum cap. et leg. seriem irrepsere: »Hoc verum est, »quod praetextu etc., nisi in casibus, Dig. de »iureiur. 12, 2. l. admonendi. 31." (Rf. 2. add. »u. d., quod si iudex, non consentiente »altera parte, parti alii detulerit iuramentum, »et secundum hoc sententiaverit, sententia »illa praetextu instrumentorum postea reper- »torum rescindi potest.") »Dig. de re iud. 42, »1. l. imperatores. 35." (Rf. 2. add. »u. d., »quod si sententia fuerit lata contra remp., eo »quod tunc non habebat instrumenta sua „prae manibus, rescindi potest praetextu in- »strumentorum de novo repertorum."), »vel »nisi beneficium aliud induceret." (Rf. 2. »in »int. restitutionis benef. aliud inducat.")

98) Cf. *Gloss.* in v. corrigitur. — Vid. etiam h. part. tit. 2. §. 4. sub f. vers. vel si continet.

99) Cf. *Gloss.* in v. iudicatas. vers. haec autem lex loquitur.

Rf. 1. 2. (ad context. l. c. 41. §. 4.) add. »Ad idem Cod. quando provoc. non est nec. »7, 64. l. 1. latam * *."

Eorum, quae de sententiae effectu in genuino contextu dicta sunt, test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 7. pr. in v. prius.

1) Ita B. L. 2., et *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de sententia. (edd. Mediol. Norimb.) ac similit. L. 4. Bi. F. 2. Ham. »q. »s. i. i. nulla sit." — Al. »De sent., quae fit i. »i. nulla." L. 1. — »Qn̄ s. i. i. sit nulla." L. 3.

2) *quoniam.* — Ed. 3. »inprimis."

tervenit, lis cum eo nulla, iudicium nullum et sententia nulla. ut Cod. de procurat. 2, 13. l. licet. 24. X. 3. e. t. 1, 22. c. in nostra praesentia. 1. [3])

Item minor viginti quinque annis sine tutoris vel curatoris auctoritate agere vel conveniri non potest, sed [4]) si fecerit et contra se sententiam reportaverit, ipso iure nulla est, ut Cod. qui legit. pers. hab. in iud. 3, 6. l. 1. [5]) — pro eis autem lata teneret, ut Cod. si advers. rem iud. 2, 27. l. ult. [6]) Cod. de procurat. 2, 13. l. non eo. 14. — nisi sit causa spiritualis, in qua maior censetur, puta matrimonialis, quoniam illam per se et per procuratorem post pubertatem agere potest. ut X. 3. de rest. spol. 2, 6. c. ex parte. 4. [7]) arg. X. 1. de despons. impub. 4, 2. c. attestationes. 13. [8])

Idem dico de excommunicato, scilicet quod sententia pro eo lata non teneret, ubi petitor esset, sed contra eum in odium eius teneret; quoniam agere non potest, sed respondere per alium saltem tenetur. [9]) ut X. 1. de iud. 2, 1. c. intelleximus. 9. [10]) X. 2. de off. iud. deleg. 1, 12. c. prudentiam. 3. §. sexta. [11]) et melius X. cum inter dilectos. [12]), ubi dicitur, quod excommunicatus potest conveniri salvis exceptionibus suis sibi, sed non potest reconvenire actorem.

§. Ratione iudicis sententia est nulla, cum is, qui sententiam tulit, iu- §. 2. dex esse non potest, puta servus vel mulier, ut Dig. de iud. l. servus. [13]) et l. cum praetor. 12. §. 1. (2.) X. 3. de arbitr. 1, 25. c. dilecti filii. 1. C. 33. q. 5. c. mulierem. 17. [14]) et X. 2. de rescript. 1, 2. c. sciscitatus. 9. [15]) — vel quia laicus iudicavit de causa spirituali, quoniam in eis iudicare non potest, et si sententiat, non valet sententia, ut X. 1. de decim. 3, 26. c. quoniam a nobis. 25. §. 1. [16]) X. 1. de iud. 2, 1. c. decernimus. 2. [17]) c. relatum. 4. [18]) c. clerici. 8. [19]) et X. Late-

---

3) c. 4. (in f.) X. G. e. t. 1, 38. Innoc. 3.

4) *sed.* — Rf. 1. 2. »et."

5) *l. 1.* Vulg. — Al. »per totum." L. 3.

6) Cf. *Gloss.* in v. pupilli. et ad l. penult. in v. statutum.

7) c. 14. X. G. e. t. 2, 13. Innoc. 3.

8) *X. de desp. imp. c. attest.* (c. 10. X, G. e. t. 4, 2. Urban. 3.) Rf. 1. 2. om.

9) *resp. per alium salt. tenetur.* — Rf. 1. 2. »resp. potest per alium."

10) c. 7. X. G. e. t. 2, 1. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. conveniri potest.

11) c. 21. §. 2. X. G. e. t. 1, 29. Coelestin. 3.

12) *X. cum int. dilectos* (»ex̄. t. cum int. »dil." B. L. 1. — »ex̄. III." legend. IIII. »de »iud. 1, 2. cum int. dil. 2." L. 2. — »ex̄. t. de »fid. instr. cum int. dil." Bs. Male.) c. 5. X. G. de except. 2, 25. Innoc. 3. — B.B. cod. A. add. »et c. dilecti. 8." Honor. 3. »et c. »ult." Gregor. 9.

13) *Dig. de iud. l. servus.* (Ita codd. T. et B.B., nec non Rf. 1. Sed legend. »Cod. de »iud. 3, 1. l. servus. 6." Cf. *Gloss.* in v. servus in iudicio.) Rf. 2. om.

14) *X. de arbitr. c. dilect. fil.* (c. 4. X. G. e. t. 1, 43. Innoc. 3.) *C. 33. q. 5. c. mulierem.* — Rf. 1. 2. om.

15) c. 13. X. G. e. t. 1, 3. Coelestin. 3.

16) *X. de decim. c. quon. a nob.* (cf. not. 24. ad part. 2. tit. 1.) B.B. om., sed auctor Rf. 2. retinuit. — M. 2. add. »c. tua nos.", quod fuerit »c. tua nobis." cf. l. not. 24. — Ed. 2. 3. 4. substit. »X. G. de decim. 3, 30. »c. dudum. 31." c. 3. X. 4. e. t. 3, 9. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. possidere.

17) c. 2. X. G. e. t. 2, 1. ex synod. Eugenii.

18) *c. relatum.* (cf. not. 22. ad part. 2. tit. 1.) — B.B. substit. »c. quanto." (cf. not. 23. ad part. 2. tit. 1.) — Rf. 2. om.

19) *c. clerici.* (c. 8. X. G. e. t. 2, 1. Luci. 3.) Rf. 1. 2. om.

ranensis concilii Innocentii tertii. c. contingit interdum. 40. §. ad haec.[20] in Auth. ut clerici apud propr. episc. §. si vero ecclesiasticum. (Nov. 83. c. 1.)[21] — vel quia iudex pedaneus iudicavit de causa libertatis, de qua iudicare non potest, ut Cod. de pedan. iud. 3, 3. l. 2. Dig. de arbitr. 4, 8. l. non distinguemus. 32. §. de liberali. 7.[22] — vel si qui praesumunt condemnare episcopos in causa criminali sine speciali[23] mandato domini papae. ut C. 3. q. 6. c. quamvis. 7. et c. dudum. 9.[24].

§. 3. §. Ratione iurisdictionis sententia nulla est, quia non valet sententia eius, qui nulli praeest iurisdictioni, ut Cod. de sent. et interl. omn. iud. 7, 45. l. nulli. 10.[25] — vel quia literae delegationis sunt falsae, ut X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. super eo. 4.[26] X. 2. de falsar. 5, 9. c. ult.[27] — vel quia iudex delegatus est super una re et iudicat super alia[28], ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. ult.[29] et Cod. si a non comp. iud. 7, 48. l. 1.[30], quod plene diximus supra in titulo proximo. §. a quo proferenda.[31]

§. 4. §. Vitio sui ipsius sententia nulla est, cum data est sententia et non in scriptis. ut Cod. de sent. ex peric. recitand. 7, 44. l. 1. et 2.[32] et C. 2. q. 1. c. statutis. 8.[33] — Excipiuntur breves lites et maxime vilium personarum. ut in Auth. de mandat. princip. §. sit tibi. (Nov. 17. c. 3.) et Cod. de privileg. scholar. 12, 30. l. quotiens. 3. §. sed si talis. (in med. §. 4.) — Item sententia episcopi lata inter clericos suos sine scriptis valet. ut in Auth. ut clerici apud propr. episc.

---

20) *X. . . contingit.* (c. 1. X. 4. de arbitr. 1, 18. siv. 8. X. G. e. t. 1, 43. Cf. *Gloss.* in v. spiritualibus.) B.B. codd. Hal. L. 3. „X. G. de „for. comp. 2, 2. c. contingit." (vulg. „cum „contingat"; sed cf. Augustin. not. 2. ad c. 1. X. 4. e. t. 2, 2.) „13. §. ad haec." Negligenter. — Ab. a B.B. codd. A. E.

21) *in Auth. . . §. eccles.* Rf. 1. 2. om.

22) Cf. *Gloss.* in v. maiores.

23) *speciali.* Rf. 1. 2. om.

24) Rf. 1. „c. quamvis. c. dudum., u. d., „quod sine Rom. pontif. iudicio non potest „episcopus condemnari." — Rf. 2. „c. quam„vis., u. d., quod sine R. p. . ." ut in Rf. 1.

25) M. 2. add. „Ad idem Cod. de iurisd. „omn. iud. 3, 13. u. d., privatorum * *. 3." — Cf. *D. D. Hugolin.* §. 134. pag. 364.

26) Luci. 3. — B.B. codd. E. Hal. recte „X. G. de crim. fals. 5, 20. c. super eo. 2." (Cf. *Gloss.* in v. falsarum.) — L. 3. negligenter „X. de sen. et re iud." — A. om.

27) *X. 2. de fals. c. ult.* (Coelestin. 3. „Per falsarios, qui nuper sunt in urbe re„perti, quaedam sunt literae destinatae, „quas timemus ab aliquibus tamquam veras „admittendas; ideoque f. v. p. a. s. m., q. si quos „tales valueritis invenire, quos cognoscere „poteritis ex comparatione bullae et quali„tate styli; faciatis eos . . . capi et tamdiu . . . „detineri, donec id nobis fuerit intimatum, „ut exinde quid fieri debeat, vobis significare „possimus; quidquid enim occasione litera„rum illarum actum fuerit, vacuum et in irri„tum volumus revocari.") haud recept. in coll. Gregor. — B.B. codd. A. E. Hal. recte om.; sed L. 3. negligenter „X. de fal. c. ult." — Rf. 2. inepte „X. e. t." (i. e. X. G. 5, 20. cf. not. praeced. 26.) „c. 1."

28) *vel quia iudex . . . super alia.* — Rf. 1. 2. „vel quia iudex delegatus, qui super „certa re est iudex, iudicat sine consensu „partium super alia."

29) c. olim. (ita recte B.B. codd. A. Hal.; sed L. 3. negligenter „c. ult."; E. utrumque om.) 32. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

30) Rf. 2. add. „et ult."

31) h. part. tit. 1. §. 3.

32) *et 2.* Rf. 1. 2. om. — Ed. 3. „et ult."

33) *c. statutis.* — Rf. 1. 2. „c. inprimis. 7., „u. (§. 14.) d., quod sententia, quae non

conven. (Nov. 83.) in pr. et C. 11. q. 1. c. quicumque litem. 35. [34]) — Verumtamen, licet scriptum sit, quod sententia sine scriptis lata non teneat, dicunt tamen quidam, quod illis iuribus derogatum est per contrariam consuetudinem, quam etiam Romana curia servat, quia tota die dat sententias et non in scriptis [35]).

Item vitio sui ipsius sententia non valet, cum non continet absolutionem vel condemnationem vel aequipollens, sicut dictum est supra titulo proximo [36]).

Vel si continet in se expressum errorem, non valet. ut X. 3. de sent. excomm. 5, 21. c. per tuas. 14. [37]) et Dig. quae sent. sine appell. resc. poss. 49, 8. l. 1. (§. 1.) [38]) †

Item si contra ius scriptum lata est, non valet. ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. (c. 41. p. 8. §. 5.)

§. Ex causis exterioribus sine aliis circumstantiis sententia nulla iudicatur, §. 5. cum iudex tulit sententiam et non sedendo; iudicis enim est sedere, cum res, quae agitur, plenam cognitionem desiderat, ut Dig. quis ordo in bonor. poss. sec. tab. 38, 15. l. 2. §. dies. 1. [39]) et in Auth. ut ab illustrib. et qui sup. eos sunt. §. sancimus igitur. Coll. 5. (Nov. 71. c. 1.) [40]) et C. 3. q. 3. §. spatium. vers. a procedente. (c. 4. p. 2. §. 3.) [41]); — vel etiam si iudex eam in scriptis dedit, sed ipsam sententiam non legit, vel si per alium legit et non per se. ut Cod. de sent. ex peric. recit. 7, 44. l. 1. [42]) et ult. — Quid, si iudex sit illiteratus omnino et nesciat legere, vel non videt; nam caecus iudicare potest [43]); quid fiet? Respondeo, vel deleget causam diffiniendam alteri, vel faciat petitionem et allegationes partium per alium recitari, et per se ipsum, ab alio instructus, proferat verba diffinitionis causae, scilicet „condemno," vel „absolvo." Hoc saepe vidi fieri in civitate Bononiensi a peritissimis legum doctoribus, et in curia Romana a domino Innocentio papa tertio felicis recordationis, cum prolixas ferebat sententias [44]).

»fuit lata in scriptis, non valet."

34) *C. 11. q. 1. c. quicumque litem.* (*Gloss.* cas. »... habeatur firmum et incorruptum, »quod per os episcopale profertur.") Rf. 1. 2. om.

35) *Verumtamen* (h. pag. vers. 1.) ... *scriptis*. Hic vers. in cod. L. 1. post verba »§. »sit tibi." (pag. 278. vers. 17.) male insertus, et ex mendoso fortasse huiusmodi libro in Rf. 1. 2. ante vers. »item sentent." (pag. 278. vers. 18.) positus est.

36) h. part. tit. 1. §. 2. sub f.

37) c. 40. X. G. e. t. 5, 39. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. intolerabilem errorem. vers. item intolerabilis potest dici.

38) Cf. h. part. tit. 1. sub f. pag. 276. vers. 5. 6.

39) *Dig. quis ord. in b. p. secund. tab.* (Ita codd. T. et B.B. In solo L. 2. om. v. »tab") *l. 2. §. dies.* Rf. 1. 2. om.

40) Cf. *Gloss.* in v. sedere.

41) Cf. not. 66. ad h. part. tit. 1.

42) *l. 1.* Rf. 2. om.

43) M. 2. add. »ut Dig. de iud. 5, 1. l. »caecus iudicandi officio fungitur. 6."

44) *Hoc saepe etc.* — Ita etiam B.B. — Rf. 1. 2. »Hoc saepe factum est in civit. Bo»non. a peritis doctoribus et a papa in curia »Romana, cum (Rf. 2. add. »dominus") Inno»centius tertius prol. fer. sent."

Ceterum ea, quae contra vet. libror. fidem in ed. *Francof. Durant. sp.* lib. 1. p. 1. tit. de iud. deleg. §. 8. num. 17. in v. militem. (verb. »add. quod illiteratus. etc.") de isto argumento dicta sunt, cum *Io. Andr.* additionibus male confusa esse facile patet.

Item sententia nulla est, si ordo iudiciarius praetermissus est, ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. (c. 41. p. 8. §. 3.)[45] et Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. 3.[46]); — vel quia data est non facta citatione. ut Dig. quae sent. sine appell. resc. poss. 49, 8. l. 1. §. ex eo.[47]) 3.

Item ratione alterius sententiae, super eadem re prius latae et non suspensae per appellationem, fit sententia nulla[48]);

item ratione venalitatis, si pretio lata est, ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. si contra res.[49]) et §. venales. (c. 41. p. 8. §. 4. 9.);

item ratione temporis feriati, si feriatis diebus lata sit, ut Dig. de fer. 2, 12. l. 1. et l. si feriatis. 6.[50]); — item ratione temporis non congruentis iudicio, quoniam, si feratur de nocte, non valet[51]), ut in Auth. de iudicib. §. sedebunt. (Nov. 82. c. 3.) X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. consuluit. 3.[52]);

item si feratur sententia in loco inhonesto, puta lupanari vel popina, non valet, ut Dig. de recept. 4, 8. l. si cum dies. (l. 21. §. 5.) §. si forte arbiter. 10. 11.; — item si constitutus est locus ad dandam sententiam, et feratur in alio non constituto[53]), non valet. ut Cod. de sent. et interl. 7, 45. l. cum sententiam. 6.[54]).

His modis omnibus iudicatur sententia nulla, et quibusdam aliis, in superiori proximo titulo comprehensis, quos lector discretus de facili poterit comprehendere.

---

45) Cf. *Gloss.* in v. citra solitum ordinem. et vid. h. part. tit. 1. §. 4.

46) „l. III." codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. „l. prolatam * *. 4." — Ad hanc l. *Gloss.* T. „Casus: praeses provinciae, cum de vi deberet ab initio cognoscere, cognovit de proprietate, postmodum de vi; quaeritur, an sententia valeat; dicitur, quod non, quia lata est contra solitum cursum causarum." — Sed cf. *Accurs.*

Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „Ad idem X. 3. de purg. canon. 5, 17. c. cum dilectis filiis. 6." (c. 15. X. G. e. t. 5, 34. Innoc. 3.) „ultra medium, u. d., quod papa retractavit factum quorundam iudicum, quia processerant iuris ordine praetermisso." — M. 2. „Ad id. X. G. de purg. can. c. cum. dil. fil. Ad idem X. G. de rescript. 1, 3. c. cum dilecta. 22." (c. 12. X. 3. e. t. 1, 2. Innoc. 3.) „u. d., quod papa . . (etc. ut supra.)"

47) *§. ex eo.* Ita codd. T. et B.B. — Rf. 1. 2. „§. item cum ex edicto. . ." — Cf. *Gloss.* in v. notitiam.

48) B. B. cod. A. add. „ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. vers. item si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas." Cf. seq. not. 49.

Rf. 2. add. „ut Cod. quando provoc. non est nec. 7, 64. l. latam. 1."

49) *§. si contra res.* A. om. Sed cf. not. 48.

50) B.B. cod. A. add. „et X. G. de fer. 2, 9. c. ult. in f." — Similit. Rf. 2. „et melius X. G. de fer. c. conquestus." — Gregor. 9. Cf. part. 2. tit. 18. §. 2.

51) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 8. num. 7. in v. de nocte.

52) Cf. h. part. tit. 1. §. 4. et ibi not. 40. 41.

53) *constituto.* Ita vulg. codd. T., B.B. et Rf. 1. — Al. „instituto." B. L. 2. — „assignato." Rf. 2.

54) Cf. *Gloss.* in v. publice. et in v. in secreto.

Bi. add. „C. 35. q. 9. in summa quaestionis, ubi quaerit Io., si sententia, quae lata est pro matrimonio vel contra illud, postea possit retractari . . ." et eadem fere omnia sequuntur, quae in *Gloss.* ad l. q. 9. pr. in v. unde quaeritur. recepta sunt.

Quo remedio valida sententia sublevetur. 1) T. 3.

In praecedenti titulo demonstravimus, qualiter sententia non obtineat vigorem; consequenter ostendamus, quo remedio valida sententia sublevetur.

Rescinditur sententia et sublevatur quatuor modis, videlicet per appellationem, de qua plene dicemus in titulo de appellationibus, item per supplicationem, item per in integrum restitutionem, item per querelam falsi 2).

§. Per supplicationem sublevatur valida sententia; nam licet a sententia domini papae et imperatoris et praefecti praetorio appellari non possit, ut C. 2. q. 6. c. anteriorum. 28. §. illo. (in med. §. 2.) et C. 9. q. 3. c. cuncta. 17., tamen potest ab eorum sententiis supplicari, ut X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. causam quae. 3. 3) X. 3. de rest. in int. 1, 24. c. ex literis. 3. et c. tum ex literis. §. 1.

---

1) Ita L. 2. (cf. h. tit. pr.) et similit. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probat. §. 3. num. 25. in v. in summa no. „Tancr. tit „quo rem. val. sent. relevetur." — (al. add. „et qualiter de falso agatur." B. L. 1., ac similit. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de sententia. „et quomodo de falso agatur.") — „Qualiter valida sublevatur sent." „Qual. „sent. valida sublevatur." „Qual. sent. sub„levatur." al. „sublevetur." Codd. Rf. 1. 2.

2) Hor. membr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 9. num. 1. in v. generaliter.

3) *X. de sent. et re iud. c. caus. q.* (Alexand. 3. Conventensi episc. et priori de Thevilla. „Causam, quae vertitur inter P. clericum et R. presbyterum super ecclesia s. „M... et abbati de V. et tibi, fili prior.., „commisimus audiendam et fine debito ter„minandam eo tenore, sicut meminimus, ut „si vobis constiterit praedictum clericum a „praedicta ecclesia per manum laicam fuisse „violenter eiectum, et presbyterum praeno„minatum in eadem fuisse intrusum, amoto „intruso, eidem clerico ecclesia cum fructi„bus inde perceptis restitueretur. Cum au„tem utraque partium ante praesentiam ve„stram constituta fuisset, praedictus cleri„cus, sicut ex literis vestris percepimus, in„stitutionem suam canonicam et violentam „per manum laicam eiectionem et partis ad„versae intrusionem ... probavit; e contra „praedictus presbyter dicebat, se in eadem „ecclesia fuisse institutum canonice, adii„ciens, quod iam dictus clericus filius esset „sacerdotis eius, qui in eadem ecclesia pro„ximo ministravit; unde eam sibi adiudica„vimus, existimantes eum proxime patri suo „successisse, cum indignum sit et sacris „canonibus obvium, ut filius patri succedat „in ecclesiastico beneficio, in quo pater pro„ximo noscitur ministrasse. Post latam vero „sententiam eodem clerico instantius nobis „supplicante, quamvis sententia contra eum „tacita veritate lata fuisset, nos tamen de „solita sedis ap. clementia misericorditer „agentes, dil. v. p. a. s. mand., quat. rei ve„ritatem diligentius inquiratis, et si vobis „constiterit aliquam personam medio tem„pore memoratam ecclesiam ... tenuisse, „et eundem clericum suam possessionem et „violentam ... eiectionem et partis adversae „intrusionem probasse, ... ecclesiam ipsam „cum fructibus inde perceptis eidem resti„tuatis.") haud recept. in coll. Gregor., om. in plerisque codd. B.B. et Rf. 2.; — sed retent. in cod. L. 3., quod et hic et aliis locis (cf. not. 34. ad h. t. et not. 86. ad h. part. tit. 6.) negligentiae potius tribuendum, quam ad c. causam. 14. X. G. e. t. 2, 27. referendum est.

4. [4]) et Cod. de sent. praefect. praet. 7, 42. l. un., quoniam, licet non sit verisimile illos inique iudicasse, supplicari tamen potest ab eisdem, quia supplicatio continet petitionem veniae proprii erroris vel allegationem circumventionis adversarii. ut Dig. de minorib. 4, 4. l. praefecti. 17.

Et potest haec supplicatio fieri a praefecto praetorio intra decem dies a die latae sententiae, et si intra decem dies non fuerit supplicatum a praefecto praetorio, potest principi intra biennium supplicari. ut in Auth. ut sponsal. largit. §. aliud. (Nov. 119. c. 5.) [5])

§. 2. §. Relevatur sententia per beneficium restitutionis in integrum, de qua plene dicemus in ultimo titulo huius operis.

Et si sententia fuerit suspensa aliquo praedictorum modorum, tractabitur causa ut prius, ac si sententiatum non esset.

§. 3. §. Sententia, quae lata est per falsos testes vel falsa instrumenta [6]), tenet quidem de iure, sed rescinditur per in integrum restitutionem practextu falsi [7]), ut Dig. de re iud. 42, 1. l. divus. 33. [8]), vel per querelam falsi, ut Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. querela. 12. [9]), vel per actionem in factum, vel secundum canones rescinditur talis sententia per iudicis officium, quoniam [10]) ecclesia fuit decepta. [11]) ut X. 1. de sent. et re iud. 2, 19. c. lator. 9. [12])

Et potest quis agere de falso, secundum canones, ut quidam dicunt [13]), sine temporis praefinitione, scilicet usque ad centum annos et ultra. ut C. 35. q. 9. §.

---

4) *X. de rest. i. i. c. ex literis.* (c. 4. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. supplicavit.) *c. tum ex literis.* (c. 5. X. G. e. t. Innoc. 3. verb. „nos supplicationem eiusdem ecclesiae admittere debebamus.") Rf. 2. om., sed servat. in cod. M. 2.

5) Cf. *D. D. cod Chis.* §. 135. pag. 224. et seq., *Gloss.* in v. servando.

6) Cf. *D. D. cod. Chis.* §. 105. pag. 201. et *Gloss.* ad c. licet. 9. X. G. de probat. 2, 19. in v. opponi. vers. et nota.

7) Rf. 1. et similit. Rf. 2. add. „ut Cod. si „ex fals. instr. 7, 58. l. 1. si tabulas * *. Ad „idem Cod. e. t. l. 2. et qui non * *. Ad „idem" (Rf. 2. „Sed contra") „Cod. de re „iud. 7, 52. l. sub specie * * 4."

8) Cf. *Gloss.* in v. corruptis. et in v. restitue.

9) Cf. *Gloss.* in v. querela.

ut Dig. de re iud. . . . l. querela. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. (post ea, quae in sup. not. 7. descripta sunt) »Ad idem Dig. de re iud. l. »divus Hadrianus * *. Ad idem Cod. ad l. Corn. »de fals. l. querela * *. Ad idem X. 4. de con»fess. 2, 5. c. cum venerabilis. (un.)" c. 6. X. G. de except. 2, 25. Innoc. 3.

10) *quoniam.* — »qm̄." vulg. codd. T. et B. B. — Al. »qn̄." (quando.) L. 3. et sic *Durant.* Cf. seq. not. 11. et 12. in f.

11) *vel per act. in fact. . . decepta.* — Vitiose Rf. 1. 2. »Item per errorem in factum »rescinditur talis sententia sec. canones, »quoniam" (Sic L. 4. M. 1. — Al. vulg. »quando" — Ed. 1. »cum.") »eccl. fuit dece»pta." — Inde Ed. 2. 3. 4. »Item per errorem »facti rescinditur sent. sec. canones."

12) c. 7. X. G. e. t. 2, 27. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. insinuatione. vers. et si constiterit.

Hor. dict. (h. pag. vers. 13. et seq.) et h. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 9. num. 8. in v. in summa.

13) *ut quidam dicunt.* (cf. *Gloss.* ad c. super eo. 2. X. G. de crim. fals. 5, 20. in v. falsarum.) Rf. 1. 2. om. — Genuini contextus memoriam servavit *Io. Andr.* l. l. num. 9. in v. et not.

quia ergo. (ad c. 2.) et in sequentibus capitulis [14]). Ego dico, hoc locum habere tantum in causis spiritualibus, ubi periculum vertitur animarum, puta in matrimonio male separato vel male coniuncto, ubi praescriptio temporis locum vindicare non potest, ut C. 33. q. 5. c. quod Deo. 4. et C. 34. q. 2. c. si virgo. 5. [15]); et in talibus dico sententiam retractandam usque ad centum annos praetextu falsi. Si vero non vertitur ibi periculum animarum, subdistinguo. Si is, qui petit rescindi sententiam latam per falsos testes vel instrumenta, vult agere criminaliter de falso, adversario legitime citato, inscriptione praemissa, et omni solemnitate adhibita, quam diximus supra in titulo de criminibus [16]), usque ad viginti annos dumtaxat audiendus est. ut Cod. ad l. Corn. de fals. 9, 22. l. querela. 12. Si autem civiliter agere intendit per beneficium restitutionis in integrum vel actionem in factum, ubi locum habet, usque ad quadraginta annos [17]) dico eum audiendum, quoniam per litis contestationem perpetuata fuit actio, quae non tollitur postea nisi spatio quadraginta annorum, ut C. 16. q. 3. §. potest et aliter. (ad c. 15. §. 4. sub f.); et sententia lata per falsos testes vel instrumenta non potest praestare impedimentum; post quadraginta vero annos audiri non debet, quoniam elapso quadraginta annorum spatio tollitur omnis actio et obligatio. Ceterum excipiendo vel replicando de falso dico eum perpetuo audiendum, quoniam quae temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum. ut Dig. de doli except. 44, 4. l. pure. 5. §. ult. [18])

Probatur autem vitium falsitatis testium per alios testes, qui interfuerunt corruptioni illorum vel subornationi, vel indirecte testificando contra illos; per illos autem, qui falsum tulerunt testimonium, nihil probari potest, quoniam eis non

---

14) Ad h. l. referenda esse videntur, quae in c. Bi. in f. h. tit. addita sunt: »C. 35. q. 9. c. »loci. 2. §. his ita respondetur. in f., u. d., quod si »putatur" (leg. »putaret") »aliqua virum suum »esse mortuum et propter hoc convolaverit »ad secundas nuptias, hoc aperto, quod vi»vus est, prioris consortii foedera sunt repa»randa. Et est bonum argumentum ad quae»stionem illam, quod si aliquis propter ru»mores est electus, qui credebatur peritus, »quod postea cassari debet eius electio, si »deprehendatur esse non peritus. Sic etiam »cassatur institutio. ut in Inst. de hered. inst. »§. si pater." (legend. »Dig. de hered. inst. »28, 5. l. si pater. 40.") »sed legata non »cassantur ratione falsi rumoris. ut Dig. de »hered. inst. 28, 5. l. ult. Item hoc scias, »quod ea, quae per subreptionem obtinentur, »etiam absente adversario retractantur. ut X. »G. de sent. et re iud. 2, 27. c. cum olim. »12." (c. 2. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.) »Nec »aliquid valet, quod per literas subreptitias »actum est. ut X. G. de off. vicar. 1, 28. c. »tua nos." (legend. »nobis.") 5. (c. un. X. 3. e. t. 1, 17. Innoc. 3.) »Et iudex, qui alias non »potest revocare sententiam diffinitivam, li»cet iniustam, in hoc casu ipsemet, se. »quando per subreptionem tulerit senten»tiam, eam revocat. ut Dig. de iud. 5, 1. l. si »praetor. 75. Io." Cf. *Gloss.* ad C. 35. q. 9. c. veniam. 5. in v. per rumorem.

15) *et C. 34. q. 2. c. si virgo.* (cf. *Gloss.* in v. recesserit.) Rf. 1. 2. om.

16) part. 2. tit. 7. §. 5.

17) Ed. 2. 4. add. »item lite contestata." — Ed. 3. »sed lit. cont."

18) Istarum distinctionum et h. l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 9. num. 9. 10. et ibi duob. locis *Io. Andr.* in v. secund. Tancr.

creditur; ut expressum est X. 1. de testib. 2, 13. c. sicut. 7.[19]) et X. 3. de probat. 2, 11. c. licet causam. 4.[20]) et C. 6. q. 1. c. quicumque. 18. et C. 22. q. 5. c. si quis convictus. 7.[21]) Verumtamen admittendi sunt illi falsi testes tamquam accusatores sui ipsius ad detegendam fraudem; et parum est credendum illis contra se[22]), pro se vero nihil. arg. X. 1. de testib. 2, 13. c. intimavit. 18.[23]) X. 2. de praesumt. 2, 15. c. pervenit. 1.[24]) — Falsitas vero instrumentorum probatur similiter per testes. ut X. 2. de probat. 2, 10. c. tertio. 3.[25]) arg. Cod. de probat. 4, 19. l. cum precibus. 18.[26]) Probatur etiam per comparationem bullae, per chartae dissimilitudinem, per comparationem scripturae, et modum dictaminis; et quibusdam aliis modis comprehendendi falsitatem. ut X. 2. de falsar. 5, 9. c. per falsarios. 3.[27]) X. 3. de fide instrum. 2, 13. c. 1.[28]) et X. 3. de crim. falsi. 5, 11. c. licet. 2. et c. quam gravi. 3.[29]) Verumtamen non adhiberem plenam fidem probationi[30]), quae fit per scripturae comparationem, nisi alia valida suffragarentur adminicula; quoniam aliter scribit homo iuvenis et aliter senex, et aliter sanus et aliter ab aegritudine convalescens; praeterea calami, pennae et chartae diversitas scripturae dissimilitudinem operantur[31]).

Probato quidem vitio falsitatis rescinditur sententia, et quidquid per eam factum est, retractatur, et solutum repetitur. ut X. 2. de falsar. 5, 9. c. per falsarios. 3.[32]) X. 2. de confirmat. 2, 21. c. bonae memoriae. (un.)[33]) X. 2. de sent.

---

19) c. 9. X. G. de testib. 2, 20. Alexand. 3.

20) c. 9. X. G. e. t. 2, 19. Innoc. 3.

21) *C. 6. . . convictus.* Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* Cf. seq. not. 24. in f.

22) Ed. 2. 3. 4. »ad detegendum fraudem »suam, et partium. et credendum est illis »contra se.“

23) c. 18. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento. vers. aliter tamen.

24) *X. 2. de praesumt. c. perv.* — B.B., M. 2. et Ed. 2. 3. 4. recte: »X. G. de testib. »cog. 2, 21. c. pervenit. 4.“ (Vulg. codd. Rf. 2. negligenter: »X. de praesumt. c. pervenit.“) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. commentum.

Hor. dict. (pag. 283. vers. 21. et seq.) et h. l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probationib. §. 3. num. 25. et ibi *Io. Andr.* in v. in summa no. et in v. secund. Tancr.

25) c. 5. X. G. e. t. 2, 19. Clem. 3.

26) *arg. Cod. de probat. l. cum precib.* (c. *Gloss.* in v. oportet.) Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant.* Cf. seq. not. 31. in f.

27) *X. de fals. c. per fals.* (cf. not. 27. ad h. part. tit. 2.) B.B. codd. A. E. Hal. et Rf. 2. recte om.; sed L. 3. negligenter: »X. de fal»sariis. per falsarios.“

28) c. inter dilectos. (ita recte vulg. codd. B.B. et Rf. 2.; sed A. negligenter »c. 1.“) 6. X. G. e. t. 2, 22. Innoc. 3.

29) c. 5. 6. X. G. e. t. 5, 20. Innoc. 3.

30) Ed. 2. 3. 4. »Verumtamen non adhi»bemus fidem aut credimus plenam proba»tionem esse.“

31) M. 2. add. »ut in Auth. de fide in»strum. c. primo. Coll. 6.“ Nov. 73. c. 1. Cf. *Gloss.* in v. sine termino.

Tancredi verba laudavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de probationib. §. 3. num. 25. Cf. *Io. Andr.* ad h. l. in v. verumtamen Tancr.

32) *X. de fals. c. per fals.* (cf. not. sup. 27. et not. 27. ad h. part. tit. 2.) hoc loco L. 3. recte om., ut vulg. B.B. et Rf. 2.

L. 4. add. »X. 1. de fid. instr. c. ult.“ Sed fuerit »X. 2. de fid. instr. 2, 14. c. pen»ult.“ i. q. in Rf. 2. »X. G. d. f. i. 2, 22. c. ac»cepimus. 4.“ Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. obtentu.

33) c. 3. X. G. e. t. 2, 30. Coelestin. 3. cf.

et re iud. 2, 18. c. causam quae. 3. [34]) et c. super eo. 4. [35]) et Cod. si ex fals. instrum. 7, 58. l. 1. [36]) et ult. Quod quidem verum est, si iudex secutus dictum falsorum testium vel instrumentorum sententiam tulit; alioquin si secutus alias probationes sententiavit, licet falsi testes vel falsa instrumenta introducta fuerint in causa priori, non cassatur, quod per legitimas probationes factum est, sed id solummodo, quod per falsas; ut expresse probatur X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum I. et A. 12. [37]) et Cod. si ex fals. instrum. 7, 58. l. falsam. 3. [38]).

Et nota, quod si in priori iudicio ante sententiam actum fuit de falso, post sententiam non auditur [39]) super quaestione falsitatis, si non provocavit. ut Cod. de fid. instrum. 4, 21. l. ult. 21. [40]).

De exsecutione sententiae. 1) T.4.

Quoniam non sufficit sententiam ferri, nisi mandata fuerit executioni, ut X. 1. de sent. et re iud. 2, 19. c. cum aliquibus. 8. [2]) et Dig. de constit. pecun. 13, 5. l. promissor Stichi. 21. §. constituto. 2. [3]), ideo, postquam docuimus, qualiter sit ferenda sententia et quae sententia valeat et quae non, consequenter de exsecutione sententiae subiiciamus, ostendentes, quae sententia sit exsecutioni mandanda, a quibus, et in quibus rebus, et post quod tempus [4]).

§. Illa sententia, quae a competenti iudice lata est, ordine iudiciario servato, quae ipso iure tenet et valet, nec per appellationis vel in integrum restitutionis beneficium [5]) est suspensa, exsecutioni debet mandari, ut C. 2. q. 1. c. sicut. 3. Cod. de exsec. rei iud. 7, 53. l. 1. et l. si ut proponis. 6. et l. ult. et Dig. de re iud. 42, 1. l. si cum nulla. 58. et Cod. in int. rest. postul. ne quid novi fi. 2, 50. l. un. [6]); alioquin exsecutio debet differri, donec appellationis vel restitutionis quaestio [7]) decidatur, ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. pastoralis. 7. §. praeterea [8]). — Si vero sententia suspensa fuerit per supplicationem, mandatur quidem exsecutioni, sed victor satisdare debet de eo, quod obtinuit, restituendo, §. 1.

---

verba a Raym. om. Retinuere hoc c. et B.B. et auctor Rf. 2.

34) *X. de sent. et re iud. c. causam quae.* B.B. recte om.; sed retent. in Rf. 2. Cf. sup. not. 3. ad h. t.

35) c. 2. X. G. de crim. fals. 5, 20. Luci. 3.

36) *l. 1.* Rf. 2. om.

37) c. 22. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. secuti.

38) Cf. *Gloss.* in v. fidem.

39) *auditur.* Vulg. — Al. »audietur." L. 1. A. Hal.

40) Cf. *Gloss.* in v. et sopita. in f.

Ult. vers. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de sententia. §. 9. num. 12. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr.

1) Vulg.; et sic *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de exsecut. sententiae.

2) c. 6. X. G. e. t. 2, 27. Alexand. 3.

3) *Dig. de const. p. . . §. const.* (cf. *Gloss.* ad l. c. cum aliquibus. in v. pignora.) Rf. 1. 2. om.

4) Hor. membr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. tit. de exsec. sent. pr. in v. impediatur.

5) Rf. 2. »nec per appellationem, nec »per in int. restitutionem."

6) *Cod. de exsec. r. iud. . . l. un.* Rf. 1. 2. om.

7) *quaestio.* — Rf. 2. »causa."

8) c. 28. §. 2. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

si retractabitur prima sententia. ut Cod. de precib. imperat. offer. 1, 19. Auth. quae supplicatio. (ad l. 5.)

§. 2. §. Fit autem executio sententiae a iudicibus ordinariis, sive ipsi iudicaverint, sive delegati ab eis, sive etiam arbitri compromissarii, si sententia arbitri confirmata sit expressa partium voluntate vel tacito decem dierum consensu, cum arbitrium non fuerit aliqua poena vallatum; ut probatur X. 1. de foro comp. 2, 2. c. si quis contra clericorum aliquem. 5. [9]) et C. 2. q. 6. c. quisquis. 19. [10]) et Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo Pio. 15. resp. 1. [11]) et §. sententiam. 1. et Cod. de arbitr. 2, 56. l. penult. et Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. §. sin autem reus. 3. [12]); quoniam delegati patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum minorum iudicum in possessionem mittere non possunt. ut Dig. de iurisd. omn. iud. 2, 1. l. iubere cavere. 4. [13]) — Et ille ordinarius debet sententiam executioni mandare, in cuius iurisdictione est res petita vel alia bona condemnati. ut X. 1. de foro comp. 2, 2. c. sane si episcopi. 4. [14]) et X. Innocentii tertii. postulasti. [15]) Cod. de praed. minor. 5, 71. l. si praedium. 16. et Dig. de censib. 50, 15. l. forma. 4. (§. 2.) [16]) — Et nota, quod si iudex ecclesiasticus sententiam suam exsequi non potest, iudex saecularis eam exsequi tenetur. ut C. 11. q. 1. c. de persona. 38. [17]) et Cod. de episc. audient. 1, 4. l. episcopale iudicium. 8. [18]) — Si vero iudex delegatus a principe, hoc est a domino papa vel imperatore, sententiam tulit, potest ipsam exsequi per se et per ordinarium iudicem, sicut magis viderit expedire. ut X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. sententiam. 8. [19]) et c.

---

9) c. 4. X. G. e. t. 2, 2. Gregor. M. Cf. *Gloss.* in v. ipsius sollicitudine.

B.B. cod. E. add. „et (X. G.) de arbitr. „1, 43. c. per tuas. 9." c. 2. X. 4. e. t. 1, 18. Innoc. 3.

10) *et C. 2. q. 6. c. quisq.* (cf. *Gloss.* in v. quisquis.) Rf. 1. 2. om. Servavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. tit. §. 2. pr.

11) Cf. *Gloss.* in v. a se. et in v. arbitrorum.

12) Cf. *Gloss.* in v. ad maiorem.

13) Cf. part. 1. tit. 2. §. 4. in f.

14) c. 3. X. G. e. t. 2, 2. ex conc. Afric.

15) *X.* („ex." L. 2. — „ex. III" L. 1. — „ex. t." B. Bs.) *Inn. postulasti.* c. 3. X. 4. de for. comp. 2, 2. siv. c. 14. X. G. e. t. 2, 2.

16) *Cod. de praed. . . l. forma.* Rf. 1. 2. om. Sed vid. h. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr.

17) Cf. *Gloss.* in v. iudicem haec.

18) Cf. *Gloss.* in v. tribuatur.

Rf. 1. add. „X. 4. de foro comp. 2, 2. c. „postulasti. 3. §. quaesivisti., u. d., quod si „aliquis excommunicatur et nihilominus reti„nuerit decimas, pro quibus excommunica„tus est, si iudex saecularis in eum manum „imposuerit, est eius duritiae imputandum." — Rf. 2. „X. G. de foro comp. c. postulasti." (Ita vulg. codd. Cf. not. sup. 15. Rectius h. l. M. 2. et Ed. 3. „X. G. de homicid. 5, 12. c. „postulasti. 21.") „C. 23. q. 3. c. Maximianus. „2. et q. 5. c. principes. 20 In decret. postu„lasti. dicitur, quod si aliquis . . ." ut supra. — Ed. 2. 4. om.

19) *c. sententiam.* haud recept. in coll. Gregor., sed retent. in B.B. codd. A. L. 3., rect. om. in Hal. — In cod. E substit. (X. G. 1, 29.) „c. sane. 11." i. q. c. 16. X. 1. e. t. 1, 21. Alexand. 3. — Rf. 1. „c. sententiam., u. „d., sententiam * *." (vid. not. 9. ad Pill. part. 2. §. 18.); et Rf. 2. auctor ista servavit.

significasti. 9. et c. in literis. 14. et X. 3. e. t. 1, 18. c. quaerenti. 5.[20])

Et ordinarius tenetur eam exsequi ad mandatum iudicis delegati, etiamsi sciat eam contra ius litigatoris latam. ut X. 2. de off. iud. ord. 1, 14. c. cum te consulente. 1.[21]) et X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. pastoralis. 7. §. quia vero[22]). Et hoc, cum certus est de mandato sedis apostolicae. Si autem dubitat de mandato, sententiam exsequi non tenetur, donec sibi fiat de iurisdictione certitudo. ut X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. cum in iure. 10.[23]) Cod. de mandat. princip. 1, 15. l. un. et X. Innocentii tertii. cum contingat.[24]) Si autem sciat sententiam ipso iure nullam, puta latam a non competenti iudice, vel per falsas literas, seu aliis modis superius in titulo tertio[25]) numeratis, tunc eam exsequi non tenetur. ut X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. super eo. 4.[26]) Dig. de iud. 5, 1. l. si praetor. 75. Dig. de condict. causa dat. 12, 4. l. 2.[27])

Sed pone, quod iudex, qui de appellatione cognoscit, confirmet sententiam a priori iudice latam et pronuntiet appellationem iniustam, quis mandabit eam exsecutioni? Quidam dicunt, quod prior iudex. arg. X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. insinuante. 4. in f.[28]) Sed verius est, quod exsecutio eius pertinet ad secun-

---

20) c. 7. 9. Alexand. 3. c. 26. Innoc. 3. X. G. e. t. 1, 29.

21) *X. de off. i. ord.* (Ita recte B. Bs. L. 2. — Al. „deleg. ordinarii." L. 1.) *c. e. t. c.* („Cum te „consulente postulas edoceri, utrum ad te „pertineat, sententiam in causis, quas iudices „in tua provincia delegati a nobis protulerint, „confirmare, licet de causis nihil in tua prae„sentia sit tractatum: consultationi tuae tali„ter respondemus, quod sententiam ipsam, „nisi velis, non teneris confirmare; sed id „tibi ex officii debito noveris imminere, ut si „ad mandatum eorundem iudicum sententia „non possit exsecutioni mandari, eis prae„stes auxilium et favorem; et ipsam etiam, „si noveris rationabiliter latam, poteris con„firmare." Quae quidem in coll. Gregor. haud recepta, sed in ed. *Richter.* in c. cum te consulente. 18. X. G. de off. iud. deleg. 1, 29., e. q. c. cum te cons. 1. X. 2. e. t. 1, 12. Alexand. 3., posita sunt.) male retent. in B.B. cod. A., rectius in codd. Hal. L. 3. om. — In cod. E. substit. „X. G. de off. iud. deleg. 1, „29. c. si quando. 8." i. q. c. 10. X. 1. e. t. 1, 21. Alexand. 3. — Rf. 1. 2. „X. (2. et G.) de „off. deleg. c. cum te." — *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 3. „c. si quando. et c. cum „te."

22) c. 28. §. 3. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Rf. 2. in verbis, ex isto l. transcriptis: „. . re„spondemus, quod ordinarius, etiamsi sciat „sententiam illam esse *nullam vel iniustam*, „exsequi nihilominus tenetur eandem, nisi „apud iudicem possit efficere, ut a tali onere „ipsum absolvat."

23) c. 31. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

24) *X.* (codd. T: „ex. t.") *Innoc. cum conting.* — Recte Rf. 1. „X. 4. de rescript. 1, 2. „c. 1." et similit. B.B. cod. E., nec non Rf. 2. „X. G. de rescript. 1, 3. c. cum contingat. „24." — B.B. codd. A. Hal. L. 3. „X. G. de „off. iud. deleg. 1, 29. c. cum contingat. 36." i. q. c. 3. X. 4. e. t. 1, 12.

25) *titulo* (abhinc) *tertio.* (h. part. t. 2.) — Rf. 1. 2. „tit. proximo."

26) c. 2. X. G. de crim fals. 5, 20. Luci. 3.

27) *Dig de cond. c. d. l. 2.* Rf. 1. 2. om. — *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 3. „Cod. de cond. c. d. 4, 6. l. 2."; haud apte.

28) c. 25. in f. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. revertantur. et ad c. cum in ecclesia. 38. X. G. de appell. 2, 28. in v. alioquin. Vid. etiam *D. D. Hugolin.* §. 342. pag. 485.

dum iudicem. ut Cod. de episc. aud. 1, 4. Auth. si quis litigantium. (ad l. 8.) et X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. causam quae. 3. [29])

§. 3. §. Exsecutio sententiae hoc modo fieri debet.

Si actum est actione reali, id est aliqua res certa petita sit, puta praedium sive domus, equus vel alia res certa, mittendus est actor in possessionem rei sibi adiudicatae. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. cum Bertholdus. 8. in f. [30]).

Si autem personali actione actum fuit, vel etiam alio modo, fieri debet exsecutio in rebus condemnati, ut primo capiantur mobilia, si qua possidet, secundo immobilia; tertio pervenitur ad nomina sive iura, id est ad ea, quae sibi debentur, ita tamen, ut confitentis debitoris et non negantis nomen pignori capiatur. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo Pio. 15. §. in venditione. 2. §. sed utrum. 9. et §. penult. [31]) arg. X. 3. ut lite non cont. 2, 3. c. quoniam frequenter. 5. circa f. [32]) Sed si super rebus capiendis ab aliquo fiat controversia, illa dimittantur, et alia capiantur, quae sine controversia sint. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. a divo Pio. 15. §. si super rebus. 4. [33]) Si autem alia bona non habet nisi illa, super quibus movetur controversia, tunc iudex, qui exsequitur sententiam, summatim debet de proprietate cognoscere; [34]) et si viderit rem esse condemnati, exsequatur sententiam; alioquin dimittat rem illam.

---

29) *X. 2. de sent. et re iud. c. causam quae.* (cf. not. 3. ad h. part. tit. 3.) Ita quidem codd. T.; sed fuerit »X. 3. de sent. et »re iud. 2, 18. c. causam quae. 4."; et sic Rf. 1. »X. 3..., u. d., quod a quadam sententia »delegati fuit appellatum ad papam; papa »confirmavit sententiam et mandavit eam ex»secutioni per alium, quam per delegatum." Hinc Rf. 2. »X. G. de sent. et re iud. 2, 27. »c. causam. 14., u. d. ..." ut supra. (cf. ult. verba, a Raym. om.) Innoc. 3. — Similiter B.B. codd. A. E. L. 3., nec non *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 10. (cf. *Io. Andr.* ad h. l. in v. Tancr.) »X. G. de s. et r. i. c. »causam quae." — Ab. a B.B. cod. Hal.

Ceterum in f. hui. vers. addendam esse puto notam, quae in Rf. 2. ex marg. in contextum irrepsisse videtur et parum apte ista »Sed pone." (pag. 287. vers. 13.) praecedit. Verba sunt haec: »Videtur tamen, quod prior »iudex sententiam exsequatur. ut X. G. de »off. iud. deleg. 1, 29. c. pastoralis. 28. §. »praeterea postulasti. 2." (Ita recte libri ed. — M. 2. »de off. i. d. c. pastoralis. §. propo»suisti." — Vulg. codd. »de off. i. ord. c. pro»posuisti.") c. 7. X. 3. e. t. 1, 18. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad h. c. pastoralis. §. praeterea. in v. discussa.

30) c. 18. X. G. e. t. 2, 27. (Innoc. 3.) Sed ibi a Raym. om. sunt haec: »mandamus, »q... sententiam nostram faciatis inviolabi»liter observari, praefatum T. in corpora»lem possessionem eiusdem ecclesiae indu»centes et tuentes inductum." Verumtamen et B.B., et auctor Rf. 2., nec non *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 3. pr. istud c. retinuerunt.

31) *§. in vend... penult.* — Ed. 2. 3. 4. »§. in venditione." (omissis verbis, quae in codd. Rf. 1. 2. ex ista l. 15. enotata sunt.) — Ed. 3. add. »Si ergo negetur debitum, quid »fiet? Dicit Ioan., dandum curatorem bonis, »qui danda exigat." *Cf. Gloss.* ad l. 2. Cod. quando fisc. v. privat. etc. 4, 15. in v. conventi. vers. si quaeras.

32) c. 5. §. 8. X. G. e. t. 2, 6. Innoc. 3. *Cf. Gloss.* in v. vel immobilium.

33) *Sed si sup. reb. capiend... sup. rebus.* Ed. 2. 3. 4. per negligentiam om.

34) *Si autem alia b... cognoscere.* — Rf. 2. »Si autem alia b. non habet, nisi illa, sup. »quib. mov. controversia, iudex exsequatur »sententiam, et summatim debet de proprie-

§. Exsecutio sententiae fieri debet in personalibus actionibus regulariter post quatuor menses, et non ante. ut X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. quid ad consultationem. 5.[35]) et X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. quaerenti. 5.[36]) et Cod. de usur. rei iud. 7, 54. l. ult. in pr. Interdum tamen quadrimestre tempus causa cognita arctari et elongari potest, inspecta qualitate et quantitate causarum et personarum, temporum atque locorum. ut in praedicta decretali „quid ad consulta„tionem" [37]). et Dig. de re iud. 42, 1. l. 2. Si vero sine iusta causa fiat illius temporis abbreviatio, suppletur tempus illud condemnato legis beneficio. ut Dig. de re iud. 42, 1. l. 4. §. si quis. 5. [38]) §. 4.

In reali vero actione, si non est appellatum a sententia, nec restitutio postulata, [39]) si res illa praesens est, [40]) statim post decem dies mandanda est sententia exsecutioni, quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam. ut Inst. de off. iud. 4, 17. in pr. (§. 2.) [41])

Sententia vero super criminibus lata, quae non est per appellationem vel in integrum restitutionem [42]) suspensa, statim post decendium mandari debet exsecutioni, ut C. 2. q. 1. c. sicut enim. 3., nisi cum princeps acrius solito iusserit pro crimine puniendum, quia tunc debet exsecutio talis sententiae differri usque ad triginta dies, ut C. 11. q. 3. c cum apud. 69. [43]) et Cod. de poen. 9, 47. l. si vindicari. 20., vel nisi cum mulier praegnans damnatur ad mortem, quia tunc differri debet exsecutio sententiae usque dum pariat, ut Dig. de poen. 48, 19. l. si praegnantis. 3. [44]), vel nisi cum condemnatus est servus, ratiociniis domini obligatus, quia differtur exsecutio sententiae usque dum rationem reddat. ut Cod. de bon. proscript. 9, 49. l. 1. [45])

Quaeret aliquis, quando fieri debeat venditio rerum pignori captarum. Dicit dominus Azo [46]), quod post quatuor menses, sicut olim fiebat post duos, et hoc,

---

»tate cognoscere." — Ed. 3. »Si autem alia »b. non habeat, nisi ista, quae in exsecutio»nem veniunt, et super illis controversia »fiat, exsecutor, qui exsecutioni praeest, »summatim de proprietate cognoscat."

35) c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

36) *X. de off. iud. del. c. quaerenti.* (c. 26. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.) Rf. 1. 2. om.

37) Cf. *Gloss.* in v. arctari. et ad l. c. quaerenti. in v. quadrimestre tempus.

38) Cf. *Gloss.* in v. minorem.

39) *nec restit. postulata.* Rf. 1. 2. om.

40) *si res illa praes. est.* — Rf. 1. 2. »sive »res illa praes. sit, sive non."

41) *Inst. de off. iud in pr.* (cf. *Gloss.* in v. in praesenti.) — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »X. »3. de sent. et re iud. c. quod ad consultatio»nem." (i. q. supra »quid ad consult." vid. not. 35.), »u. d. expresse, quod post de»cem dierum spatium transit sententia in au»ctoritatem rei iudicatae, nec potest, nisi ex »causa, ab illa sententia provocari. Et quod »statim mandanda sit exsecutioni, probatur »Inst. de off. iud. §. si in rem * *. 2."

42) *vel in int. rest.* Rf. 1. 2. om.

43) Ibi in f. »in diem vigesimum." al. »tri»gesimum." — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »u. d., »quod sententiae principum, super animad»versione prolatae, in diem XXX. ab exse»cutoribus differantur."

44) *si praegnantis.* Ita vulg. codd. T. et B.B., atque M. 2. — Al. »si praegnans." A. L. 3., et vulg. codd. Rf. 1. 2. — »praegnan»tis." Ed. 3.

45) Cf. not. 38. ad part. 2. tit. 17. vers. nisi in quibusd.

46) summ. Cod. tit. de exsecut. rei iud. 7, 53. num. 7. Cf. *Gloss* ad l. ult. e. t. in v.

cum capiuntur ex diffinitiva sententia, ut Dig. de re iud. **42, 1.** l. debitoribus. **31.** §. ult. [47]); si vero ex interlocutoria, exspectandum est forte per annum, ut Cod. de praescr. **30.** annor. **7, 39** l. si quis emtionis. **8.** §. ult. **3.** [48]); per biennium autem in pignore conventionali, ut Cod. de iure dom. impetr. **8, 34.** l. ult. (§. **1.**); vel iudex arbitrio suo diffiniat tempus [49]), intra quod vendantur pignora capta vel dentur victori in solutum, sicut recurritur ad eius arbitrium in his, quae non sunt diffinita per legem. ut Dig. de iure delib. **28, 8.** l. **1.** §. ult. [50]) et X. **1.** de off. iud. deleg. **1, 21.** c. de causis. **5.** [51])

Sed pone, ab executore appellatum esse [52]). Propter hoc tamen non minus exsequatur sententiam, quoniam ab exsecutore [53]) appellare non licet, nisi modum excedat vel merito sit suspectus. [54]) ut X. **3.** de off. iud. deleg. **1, 18.** c. super quaestionum articulis. **6.** [55]) X. **3.** de appell. **2, 19.** c. **1.** [56]) et C. **2.** q. **6.** §. ab exsecutore. (c. **41.** §. **16.**) [57])

---

statutum spatium. vers. sed venditio quando fiet?

H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. num. 5. et ibi *Io. Andr.* in v. dicit Azo.

47) *Azo* l. l. ».. respondent quidam, fieri »post quatuor menses, sicut et olim fiebat »post duos, ut Dig. de re iud. l. debitoribus. §. »ult.; quod satis dici potest, cum pignus ven»datur ex diffinitiva sententia." — *Durant.* autem l. l. verborum ordinem, a Tancr. haud apte mutatum, secutus est.

48) *Azo.* lect. in Cod. tit. ubi in rem act. 3, 19 l. 2. in v. in possessionem rerum etc. ».. si lis non est contestata vel quasi, licet »domino recuperare possessionem usque »ad annum. ut infr. de praescr. 30. ann. l. si »quis. §. pen."

49) *vel iud. arb. s. diff. temp* — *Azo* summ. l. l. »vel forte iudex diffiniet temp." — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »Item arb. s. potest iud. dif»finire temp."

50) *Dig. de iure delib. l. 1. §. ult.* (et sic *Azo* et *Durant.* l. l.) — Rf. 1 2. »Cod. de iure »dom. impetr. 8, 34. l. ult. §. ult., u. d. aesti»mationem pignoris * *."

51) c. 4. (§. 1.) X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3.

Cf. *Gloss.* ad l. cum proponas. 9. Cod. de bon. auct. iud. poss. 7, 72. in v. tempore autem transacto.

52) H. l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 7. in v. quid.

53) Rf. 2. add. »dato a delegato."

54) Rf. 2. add. »nec ab auditore."

55) c. 27. (pr.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. exsecutorem.

56) c. novit. (Ita recte codd. B. B. E. Hal. L. 3.; negligenter A. »c. 1.") 43. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ab exsecutoribus.

57) Cf. *Gloss.* in v. non potest. et ad c. pastoralis. 28. §. quia vero. 3. X. G. de off. iud. deleg. 1, 29. in v. etsi sciat.

Rf. 1. add. »Item nota, quod in exsecu»tione sententiae, cum res petita adiudi»catur actori, non sufficit pignora dare, ne »lites ex litibus oriantur, sed potius rem pe»titam. X. 1. de sent. et re iud. 2, 19. c. cum »aliquibus. 8." c. 6. X. G. e. t. 2, 27. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. pignora. in f. — Rf. 2. »Item nota, q. in exs. sent. . . non suff. pi»gnora dari, sed pot. rem petitam, quoniam »plus est possidere, quam pignora habere. »ut Dig. de verb. signif. 50, 16. l. plus est. 22. »et X. G. de sent. et re iud. c. cum aliquib."

De appellationibus. [1] T.5.

Diximus supra in titulo secundo, quod valida sententia sublevetur per appellationem [2]). Idcirco de appellatione tractatum subiiciamus. Videamus igitur, quid sit appellatio, quis possit appellare, a quibus iudicibus possit appellari, ad quos, quando et qualiter, intra quod tempus debeat fieri appellatio, intra quod appellationis prosecutio, quotiens sit appellandum, quod sit officium eius, qui appellat, quod officium iudicis, a quo appellatur, quod officium eius, ad quem appellatur, quis effectus appellationis, et quae appellationes valeant et quae non [3]).

§. Appellatio est sententiae vel gravaminis relevatio per proclamationem, a minori iudice ad maiorem factam, praetextu iniqui gravaminis vel iniustae sententiae. [4]) ut Dig. de minorib. 4, 4. l. praefecti etiam praetorio. 17. et X. in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. ut debitus honor. 35. [5]) §. 1.

§. Quis potest appellare? Respondeo, is, cuius interest, vel cui mandatum est, vel qui negotium gerit alienum. ut C. 2. q. 6. c. non solent. 30. (pr.) [6]) et X. 3. de elect. 1, 6. c. 1. [7]) Et licet parum intersit appellatoris, valet tamen appellatio. ut X. 1. de off. iud. deleg. 1, 21. c. super eo. 20. [8]) X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. 1. [9]) et X. 2. de appell. 2, 19. c. quia requisisti. 15. [10]) Dig. de ap- §. 2.

---

1) Ita vulg. (cf. pag. 281. vers. 5.) — Al. „De appellatione.“ M. 2. — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de appellatione: „Tancr. „post rubr. prox.“ (de exsec. sent.) „posuit „istam, et est penult. sui operis.“

2) pag. 281. vers. 4. 5.

3) Hor. membr. test. *Io. Andr.* (*ad D. sp.* tit. de appell. pr. in v. perstringamus.) mutationes, quae ibi in spec. occurrunt, non satis accurate recensuit.

4) H. d. et l. test. *Io. Andr.* l. l. — Rf. 1. 2. „App. est sententiae vel gravaminis re- „stauratio per clamorem, a minori ad maio- „rem iudicem factum, praetextu iniqui grav. „vel iniquae sent.“

5) c. 3. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 59. X. G. e. t. 2, 28.

6) Post verba, ex isto pr. transcripta, Rf. 1. 2. „Hanc leg. habes Dig. de appell. re- „cip. 49, 5. l. 1.“

7) c. 16. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. verb. „cum nisi quorum interest, audiri non so- „leant appellantes.“

8) c. 15. X. G. e. t. 1, 29. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. sed partibus, inter quas.

9) *X. de sent. et re iud. c. 1.* (Alexand. 3. duob. Leicestriae abbatibus: „Dilecti filii no- „stri abbas et fratres monasterii sancti E. „transmissa nobis insinuatione monstrave- „runt, quod cum A. clericus super ecclesia „de A., quae ad praedictum monasterium di- „citur pertinere, eis quaestionem movisset, „tacita veritate, non contra eos, sed contra „quendam vicarium, quem in eadem eccle- „sia constituerunt, ad ... episcop. Vigorn. „literas impetravit. Cum autem idem episco- „pus praedictum vicarium una cum eodem A. „ante suam praesentiam convocasset, vica- „rius ipse ac prior praedicti monasterii, qui „casu ad partes illas accesserat, memorato „episcopo dixerunt, quod idem vicarius su- „per praedicta ecclesia conveniendus non „erat, cum eam non suo, sed abbatis no- „mine possideret, quia ipse exinde absente „abbate et ignorante respondere nullatenus „tenebatur. Unde ad nostram appellavit „praesentiam. Sed praedictus episcopus, „quod vix credere possumus, appellationi „non deferens, abbate absente et ignorante et „ad respondendum non citato, ecclesiam

pell. 49, 1. l. ab exsecutore. 4. §. alio. 2. et §. ult. Et hoc in causis civilibus et spiritualibus seu aliis[11]). — In criminalibus vero post sententiam non solum condemnatus, sed etiam quilibet alius, tam consanguineus condemnati, quam etiam extraneus, admittitur ad appellandum, etiam invito condemnato; curat enim humanitatis ratio, in tali casu quemlibet appellantem audiri. ut Dig. de appell. 49, 1. l. non tantum. 6. et Dig. quando appelland. sit. 49, 4. l. 2. §. ult.

§. 3. § Ab omnibus iudicibus, tam ordinariis, quam delegatis, appellari potest, ut C 2. q. 6. c. omnis oppressus. 3. c. ad Romanam. 8. [12]) X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. [13]), exceptis quibusdam iudicibus et casibus, quos enumerabimus infra eodem titulo sub illo membro: quae appellationes valeant et quae non. [14])

§. 4. §. Appellatio debet fieri a minori iudice ad maiorem, et gradatim, id est ad eum, qui in gradu proximo superior est eo, a quo appellatur, puta ab archidiacono ad episcopum, ab episcopo ad archiepiscopum, ab archiepiscopo ad pri-

---

»ipsam praedicto clerico adiudicavit, in quo »facto praedictus abbas et fratres asserunt se »gravatos esse. Quia vero sollicitudini no»strae incumbit, viris ecclesiasticis, et prae»cipue religioni deditis, et honestati sua iura »integra servare, et id, quod inter alios fit, »aliis non praeiudicare nec nocere debet, »discr. vestrae p. a. s. m. q., partibus ante »praesentiam vestram convocatis, si vobis »constiterit ita esse, praedicto abbati et fra»tribus praedictam ecclesiam cum fructibus »iam perceptis, amoto eo, qui in eadem ec»clesia intrusus est, nostra freti auctoritate ». . restitui faciatis, restitutione autem facta, »si de proprietate forte agere voluerint, cau»sam audiatis et . . . terminetis." — Inde Rf. 1. »c. 1., ubi reprehenditur quidam episco»pus, quia noluit appellationi deferre, quam »fecerat quidam prior propter hoc, quod »idem episcopus volebat cogere quendam vi»carium respondere super quadam ecclesia, »quam non suo nomine, sed nomine abbatis »possidebat, abbate absente et ignorante.") in coll. Gregor. haud receptum, recte ab. a B.B. codd. E. Hal. L. 3. et a Rf. 2., sed servat. in B.B. cod. A.

10) *X. de appell. c. quia requisisti.* (Coelestin. 3. »Quia requisisti a nobis, fili praeposite, quid agendum sit, quando praebendam »in ecclesia vacare contigerit, cum plures ex »iis, qui nominati sunt ibi, in vocem appel»lationis erumpant, interdicentes expresse, »ne ad electionem cuiuslibet procedatur, con»sultationi tuae taliter respondemus, quod si »appellationem, quam interponunt, infra »quadraginta dies prosecuti non fuerint, pro»cedendum est postmodum, appellatione nul»lius obstante, ad canonicam electionem per»sonae ministerio ecclesiae competentis." — Rf. 1. post verba inde enotata: »Et hoc" sc. quod si infra quadraginta dies etc., »quia »dubium erat, an interesset eorum appella»re.") in coll. Gregor. haud recept., ab. a B.B. codd. E. Hal. L. 3. et a Rf. 2., sed serv. in B.B. cod. A.

11) *Et hoc in caus. civilib.* . . Similit. quidem *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 1. num. 9. in f. (»Et praemissa obtinent in civilibus et »spiritualibus et mixtis." Cf. *Io. Andr.* in v. obtinent.), sed ipsum argumentum fusius tractavit.

12) cum seq. c. placuit. 9.

13) c. 5. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. — Rf. 1. et similit. Rf. 2. »u. d., quoniam sacri »canones passim appellare permittunt." Cf. *Gloss.* in v. passim.

14) h. t. §. 14.

matem, ab illo ad dominum papam. ut Cod. de appell. 7, 62. l. praecipimus. 32. et Dig. e. t. 49, 1. l. imperatores. 21. (pr. §. 1.) et arg. C. 2. q. 6. Auth. anteriorum. §. illo videlicet. (c. 28. in med. §. 2.) et c. metropolitanum. (q. 7. c. 45.) [15]) Excipitur tamen dominus papa, ad quem potest ab audientia cuiuslibet iudicis appellari, ut C. 2. q. 6. c ad Romanam. 8. c. quotiens. 16.; et hoc ideo, quia iudex est ordinarius singulorum. [16]) ut X. 3. de elect. 1, 6. c. cum nobis olim. 4. [17]) Hoc in iudicibus ordinariis locum habet [18]).

In delegatis vero ita tenendum est, quod si is, cui universitas causarum est delegata a minori iudice ordinario, quam sit dominus papa vel imperator, delegat alteri unam ex causis sibi delegatis, ab isto subdelegato non appellabitur ad maiorem delegatum, cui proximo delegatum est, sed ad ordinarium, qui primo delegavit. ut Dig. quis et a quo appell. 49, 3. l. 1. §. ult. [19]) Si autem delegatus a papa vel imperatore delegat, tunc habet locum distinctio illius decretalis X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. super quaestionum articulis. 6. §. porro. [20]), ubi dicitur, quod si totam causam sibi delegatam alii delegat, tunc appellari debet ad dominum papam, si vero finem causae sibi reservat, tunc a subdelegato appellandum est ad primum delegatum [21]).

Quid autem, si per errorem alius pro alio appelletur? Et certe, si quis appellaverit maiorem iudicem, quam debuerit, vel etiam parem, alium tamen pro alio, talis error non nocebit appellatori, sed si appellaverit minorem, nocebit, ut Dig. de appell. 49, 1. l. 1. §. si quis. 3., quia cum appellat maiorem vel parem, remittendus est ad eum, quem debuit appellasse. ut Dig. e. t. 49, 1. l. imperatores. 21. (pr. et §. 1.) [22])

§. Sequitur, quando sit appellandum. Respondeo, quandocumque grava- §. 5.
men infertur, sive per interlocutoriam, sive per diffinitivam sententiam, sive alias

---

15) *et Dig. e. t. l. imperat... c. metropolit.* Rf. 1. 2. om. — Sed M. 2. istorum loco: »Ad »idem X. G. de appell. 2, 28. c. dilecti filii. »66." Honor. 3.

16) *c. quotiens. et hoc ideo ... singulorum.* — Rf. 2. »et hoc ideo, quia iud. est ord. sin»gulorum. Ad idem e. q. c. quotiens * *." Cf. seq. not. 17.

17) *X. de elect. c. cum nob. ol.* (c. 19. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Ibi in verbis, a Raym. om. »cum sedes apostolica caput omnium »ecclesiarum exsistat et Romanus pontifex »iudex sit ordinarius singulorum.") servavit B.B., om. Rf. 2. Cf. not. 4. ad p. 1. tit. 1.

18) Praeterea alio loco noster: »si a sen»tentia episcopi ad metropolitanum appella»tum sit, deinde mortuo archiepiscopo epi»scopus ille in locum eius substituatur, cau»sam alii delegandam esse." Cf. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. num. 21.

19) Cf. *Gloss.* in v. non ipse. et seq.
H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. num. 3. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. Tancr.

20) c. 27. §. 2. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

21) Cf. *Gloss.* ad l. c. sup. quaest. art. §. porro. in v. transfert. vers. sed numquid delegatus. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. num. 7. 9.

22) H. d. et l. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. num. 14. in v. imperatores.

Praeterea cf. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. num. 19. in v. huius.

extra iudicium gravamen inferatur, statim potest appellari, vel post [23]) usque ad decem dies, salva distinctione, quam ponemus in ultimo membro huius tituli [24]).

§. 6. §. Appellatio fieri potest prima die, cum sententiatur vel aliud gravamen [25]) infertur, viva voce et sine scriptura; post vero primum diem nonnisi in scriptis per libellum appellandum est [26]), qui offerendus est iudici, a quo appellatur, si eius copiam habuerit, alioquin ei, ad quem appellat; sicut hoc totum traditur C. 2. q. 6. §. litigatoribus. (c. 41. §. 23.) et Cod. de appell. 7, 62. l. litigatoribus. 14. et l. eos. 6. §. sin autem. 5. et Dig. e. t. 49, 1. l. 2. [27]) et Dig. quando appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. dies. 7. et §. si quis. 10. [28])

Forma libelli appellationis haec erit: „Ego Titius, sentiens me gravatum," — vel „iniuste condemnatum," — „a sententia tua, domine H., Bononiensis [29]) episcope, „quam tulisti tali die pro Seio, in quaestione domus, quae inter me et ipsum in „tua audientia noscitur ventilata, Romanam sedem appello et apostolos peto et „instanter peto." [30])

Sic enim concipiendus est huiusmodi libellus, quod contineat nomen appellatoris, et iudicis, a quo appellatur, et eius, ad quem appellatur [31]), et adversarii, contra quem appellatur, et diem latae sententiae et interpositae appellationis, et capitulum, super quo appellatur. Et si plures habuerit adversarios, ponere debet in libello nomina singulorum, si contra quoslibet [32]) velit appellare. Et si plura sunt capitula vel quaestiones, singula ponat, super quibus appellare intendit, (non enim debet appellare super his, in quibus est lata sententia pro eo), vel dicat: „ab ea parte sententiae, quae contra me lata est, Romanam sedem ap„pello etc." Verumtamen, si plures habuerit adversarios et quorundam nomina non expressit in appellatione, non praescribitur appellatori quoad illos, quos non

---

23) *vel post.* — Rf. 2 »et ante sententiam »et post."

24) h. t. §. 14. vers. cum autem appellatur in iudicio.

25) *vel al. grav.* — Rf. 2. »et gravamen."

26) H. d. et l. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 6. num. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. dixit Tancr. »ubi supra." (i. e. h. t. de appell.) »dum tractat: quando." (ex lect. Mediol. »dum tractat qū." — al. »dumtaxat quando." Norimb. — »dum tractat, quod." Francof. — Vid. praeced. h. t. §. 5. sequitur, *quando.*) et in v. dicunt T. »ubi supra."

27) Cf. *Gloss.* in v. sed si apud acta.

28) *et Cod. de app. l. litigat. . . §. si quis.* Rf. 1. 2. om. Partim servavit *Durant.* l. l.

M. 2. add. »Et nota, quod si quis pro»pter iustum metum omiserit appellare, per»inde est, ac si appellasset, dummodo infra »tempus, quod sibi competit ad appellan»dum, protestetur de iure suo et causas ex»primat, propter quas appellat, coram eo»dem iudice, si copiam eius habere poterit, »et si non possit eiusdem habere copiam, »coram publicis honestis personis hoc fa»ciat. ut X. G. de appell. 2, 28. c. si iustus »metus. 73." Gregor. 9.

29) *Bonon.* — Hanc lect. (teste Ed. 1.) auctor Rf. 1. h. l. servavisse videtur. (L. 4. om.) — Rf. 2. »Parisiensis."

30) *et apost. . . peto.* — Rf. 1. »et in ap»pellationis testimonium apost. instanter pe»to." — Rf. 2. »et apost. peto instanter."

Ed. 3. add. »X. de appell. c. post appel»lationem. §. 1." Vitiose. Sed in marg. aliquo adscripta fuerint haec: »De apostolis: c. post »appellationem." c. 31. C. 2. q. 6.

31) Cf. *Durant.* l. l. not. 22. in f.

32) *si contra quoslib.* — Ed. 2. 3. 4. »sc. »contra quos."

nominavit, quasi sententiae adquieverit, sed potest etiam contra eos appellationis causam prosequi. Sed e contra si unus ex pluribus condemnatus appellaverit, non ideo videntur alii appellasse. ut Dig. de appell. 49, 1. l. 1. §. ult. 33) et l. 3. et C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. quandoque plures. (c. 41. p. 8. §. 19.) 34)

§. Fieri debet appellatio intra decendium, a die 35) sententiae numerandum, §. 7.
sive sententia, a qua appellatur, fuerit interlocutoria, sive diffinitiva. ut in Auth. de appell. et intra quae tempora. resp. 1. (Nov. 23. c. 1.) et C. 2. q. 6. c. anteriorum. 28. (pr.) et X. 3. de testib. 2, 12. c. significaverunt. 9. 36) X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. quid ad consultationem. 5. 37) Et quoniam isti decem dies utiles sunt, incipiunt currere a die latae sententiae vel scientiae 38), ita quod non currunt condemnato ignoranti ante tempus scientiae suae condemnationis, nisi contumax esset; nec etiam currunt condemnato, nisi habeat in publico potestatem adeundi iudicem, a quo appellare vult, vel eum, ad quem appellare intendit, dummodo id ipsum publice protestetur. ut Dig. quando appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. biduum. 5. 39) et §. dies. 7. (et seqq.) et Cod. e. t. 7, 62. l. eos. 6. §. sin autem. 5. 40) et C. 2. q. 6. §. biduum. et §. dies. (c. 29. pr. §. 1. 3. et seqq.) 41) Verumtamen si is, qui absens condemnatus est, fuit per procuratorem defensus, difficile est, ut post decem dies audiatur appellans, nisi procurator appellaverit. ut Cod. quom. et quando iud. 7, 43. l. ab eo. 3. 42) et Dig. 43) quando appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. ult. 44)

§. Prosecutio vero appellationis cuiuslibet intra annum fieri debet, vel, si §. 8.
iusta causa intervenerit, indulgetur biennium, intra quod tempus appellator per se vel communiter cum adversario litem exsequatur; — quo transacto, lite non completa, rata manet sententia, quia tunc appellatio annullatur, ut Cod. de temp.

---

33) Cf. *Gloss.* in v. a qua sententia.

34) *et l. 3. . . plures.* Codd. Rf. 1. 2. vulg. om. — Ed. 2. 4. pro l. 1. »l. 3. §. ceterum.« et Ed. 3. »l. 3. §. certe. 2.« — Tancr. locos servavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 6. num. 4. Cf. *Io. Andr.* in v. nota.

Rf. 2. add. »Contra: X. G. de appell. 2, 28. c. una sententia * *. 72.« Gregor. 9. — Subinde Ed. 3. »Ad hoc facit Dig. de appell. 49, 1. l. si qui separatim. 10. et Cod. si unus ex plur. appell. 7, 68. l 7. et 2.«

Cf. *Gloss.* ad l. l. 3. Dig. de appell. in v. hi soli., ad l. si qui separatim. in v. obtinere., et ad c. una sententia. in v. una sententia.

35) H. d. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 5. pr. in v. die.

36) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. intra decem dies.

37) c. 15. X. G. e. t. 2, 27. Innoc. 3.

38) H. d. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 5. num. 1.

39) Rf. 2. post verba ex h. §. 5. enotata: »Quod in sententiis praeceptum est, ut vel altera die vel tertia provocetur, hoc idem observandum est in ceteris, ex quibus sententia non profertur, appellari tamen oportet et licet; ut cum quis ad tutelam vel ad alia civilia munera nominatur et eius excusatio non admittitur« Vid. e. l. §. 6. et §. 1. cum seqq.

40) *Cod. e. t.* (de appell.) *l. eos. §. sin autem.* (cf. seq. Auth. hodie. et ibi *Gloss.* in v. a sententiae.) Rf. 1. 2. om.

41) Cf. *Gloss.* ad praeced. c. anteriorum. 28. pr. in v. a recitatione.

42) Cf. *Gloss.* in v. indefensis.

43) *Dig.* M. 2. et libri ed. — Al. vulg. »Cod.«

44) Cf. *Gloss.* in v. audiatur.

et reparat. appell. 7, 63. Auth. si quis appellat. (ad l. 2.) [45] et C. 2. q. 6. c. ei autem, qui appellat. 41. (pr. §. 1.) et X. 3. de appell. 2, 19. c. constitutus, 3. [46]); — nisi iudex, a quo appellatum est, brevius tempus fuerit moderatus; quia elapso termino a iudice statuto, lite non completa, firma est sententia. ut X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. [47]) et X. 3. e. t. 2, 19. c. saepe contingit. 2. [48]) — Post illud tempus, ut dictum est, rata manet, nisi cum appellator per impotentiam appellationem suam prosequi non potuit, quoniam tunc post biennium suam prosequitur appellationem, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. ex ratione. 8. [49]), vel nisi cum lis in consistorium principis est inferenda et imperator proceres convocare non potest ad causam audiendam, quoniam tunc manet causa absque damno morae, ut in Auth. de appell. in medio. (Nov. 23. c. 2.) [50]) et C. 2. q. 6. §. ad haec sancimus. (c. 28. §. 1.) [51]) et §. sed lis. (c. 41. §. 2.) et X. 3. e. t. 2, 19. c. ex insinuatione. 8. [52]), vel nisi cum appellans non potest habere copiam iudicis, ad quem appellavit, ut in Auth. ut sponsal. largit. §. hoc quoque. 4. (Nov. 119. c. 4.) [53]), vel nisi tempore prosequendae appellationis arbitrium elegerint litigatores, quoniam tunc post biennium reduci potest causa ad iudicem appellationis. ut Cod. de temp. et reparat. appell. 7, 63. Auth. si tamen. (ad l. 2.) et in Auth. de appell. Coll. 8. (Nov. 93.)

§. 9. §. Quotiens appellari potest? Respondeo, ante sententiam super quolibet articulo bis potest appellari, nisi ob causam aliquam inferius numerandam appellatio inhibeatur. [54]) ut C. 2. q. 6. §. post secundam. (ad c. 39.) et X. 2. de appell. 2, 19. c. directae. 13. [55]) Unde, cum plura capitula sint saepe in una causa et super quolibet bis possit appellari, sequitur, quod quinquies [56]) vel etiam pluries in una causa possit appellari. Quod de plano concedo in appellationibus, quae fiunt ante sententiam. Post sententiam vero diffinitivam bis tantum appellare licet; nimis nempe durum esset quartam exspectare sententiam. ut Cod. ne lic. in una caușa tert. provoc. 7, 70. l. un. Et licet quidam canon videatur innuere, quod ultra duas vices possit appellari, — ait enim, quotiens opus est, appellari potest, ut C. 2. q. 6. c. omnis oppressus. 3. et c. quotiens. 16. [57]) —; tenendum

---

45) *Auth. si quis app.* (siv. »ei, qui app.") — Codd. Rf. 2. »l. ult. Auth. si quis app." Cf. *Placent.* gloss. ad h. Auth. ed. *v. Savigny. G. d. R. R. i. M.* T. 4. pag. 443. (8.)

46) *c. constitutus.* (Ita recte codd. Rf. 1. 2. — Al. vulg. »c. constitutis." 4. X. 3. siv. c. 46. X. G. e. t.) 45. X. G. e. t. Innoc. 3.

47) c. 5. X. G. e. t. 2, 28 Alexand. 3.

48) c. 44. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.

49) c. 8. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. impotentiam.

50) Cf. *Gloss.* in v. si quando lis speratur.

51) Cf. *Gloss.* in v. imperator.

52) *X. de appell. c. ex insinuat.* 50. X. G. e. t. 2, 28 Innoc. 3. — B. L. 2. et Ed. 3. — Vulg. om.

53) Cf. *Gloss.* in v. induciarum., in v. die. et in v. praeiudicium.

54) Cf. h. t. §. 14.

55) c. 39. X. G. e. t. 2, 28. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. appellare.

B B. cod. E. add. »et c. sua nobis. 65." Honor. 3.

56) *quinquies.* — Rf. 1. 2. »quinquagies." »quinquagesies."

57) *et c. quotiens.* — Rf. 2. »et melius c. »omnes episcopi, qui in aliquibus. 5. et c. „quotiens."

est, quod supra diximus, et intelligitur illud, quod possit appellari quotiens opus est, ante diffinitivam sententiam, vel etiam post sententiam appelletur quotiens opus est, non tamen ultra secundam vicem [58]).

§. Officium appellatoris est instanter petere literas dimissorias, quae apo- §.10. stoli dicuntur. Et si eos habere non potest, hoc ipsum publice protestetur coram iudice, a quo appellavit, vel in loco, ubi consuevit sedere pro tribunali. ut C. 2. q. 6. c. post appellationem. 31. (pr.) et l. biduum. §. si forte. (c. 29. §. 4. 5.) et Dig. de libell. dimiss. 49, 6. l. un. Sed si dimissorias instanter non petat, imputatur ei, licet iudex male fecerit, quod eas non dedit. ut Cod. de appell. 7, 62. l. eos. 6. §. apostolos. 6. [59]) et l. iudicibus. 24. [60])

§. Ad officium iudicis, a quo appellatum est, pertinet, ut recipiat appel- §.11. lationem, si legitima est, et appellatori, etiam non petenti [61]), literas dimissorias, quae apostoli dicuntur, intra triginta dies exhibeat. ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. §. iudicibus. (c. 41. p. 8. §. 21.) [62]) Sed si appellationem legitimam iudex non receperit, secundum leges puniri debet poena triginta pondo auri et officiales eius simili sunt poena puniendi [63]), ut Cod. de appell. 7, 62. l. quoniam iudices. 21.; secundum canones deponi debet. ut C. 2. q. 6. c. decreto. 11. [64]) Et tamen nihil nocet appellatori, si iudex eius legitimam appellationem non recipiat. ut C. 2. q. 6. §. appellatione pendente. (c. 31. §. 1.) [65]) et X. 3. de appell. 2, 19. c. saepe contingit. 2. [66]) Si vero iudex non debuit eam recipere, quod ex multis causis contingere potest, ut infra dicemus [67]), nihil nocet iudici, si eam contemserit. Imo, qui temere appellavit, puniendus est secundum leges in quinquaginta libris argenti et efficitur infamis, ut Cod. de appell. 7, 62. l. eos. 6. §. super his. 3. 4. [68]) et l. a proconsulibus. 19. [69]) et Cod. quor. appell. non recip. 7, 65. l. ab

---

58) Cf. *Gloss.* ad l. c. omnes episcopi. (not. 57.) in v. quotiens.

Rf. 2. add. »Ad idem facit decretalis no„va X. G. de appell. 2, 28. c. sua nobis. 65." Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. tertio appellare. vers. sed contra videtur.

59) Cf. *Gloss.* in v. oportet.

60) Cf. *Gloss.* in v. gesta. et in v. cum relatione.

61) *etiam n. petenti.* — Rf. 2. om.

62) Cf. *Gloss.* in v. praestari.

63) Ed. 3. (ex seq. l. quon. iudices.) add. „Hoc verum est, nisi iudici restiterint et „quid iure constitutum sit, ostenderint."

64) Cf. *Gloss.* ad §. 1. in v. submotus.

65) Cf. *Gloss.* in v. interposita. et in v. medio.

Rf. 1. et similit Rf. 2. (ex genuino contextu h. tit. §. 12. in f.) add. „Verumtamen si „appellans unam causam expresserit appel„landi, illam potest dimittere et aliam alle„gando probare, et sic appellationem prose„qui. Dig. de appell. 49, 1. l. 1. §. ult." (H. l. 1. §. ult. Ed. 2. 4. om. Cf. inf. not. 89.) „et l. „scio quaesitum. 3. X. 3. de appell. 2, 19. c. „constitutus. 3. in f." (c. 45. X. G. e. t. 2, 28.) Fuerit „c. constitutis." et ita Ed. 3. Cf. inf. not. 90.

66) c. 44. (vers. quodsi forsitan.) X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.

Ed. 3. add. »X. G. de fid. instr. 2, 22. c. »cum Iohannes. 10." c. un. X. 4. e. t. 2, 8. Innoc. 3. — Verum hocce c. cum istis, quae in not. 65. leguntur, iungendum est.

67) h. t. §. 14.

68) Cf. *Gloss.* ad §. 4. in v. poenam.

69) Cf. *Gloss.* in v. notatus.

exsecutione. 5. §. ult. [70]); secundum canones remittendus est ad iudicem, a quo appellavit, et condemnandus parti alteri in expensis. ut in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. ut debitus honor. 35. [71]) Et iudex, qui pravae appellationi consensit, similiter est puniendus. ut C. 2. q. 6. §. de possessione. (c. 41. p. 8. §. 18.) [72])

Tenor vero apostolorum is esse debet. Salutatione praemissa, iudici, ad quem appellatum est, dicat: „Appellasse Lucium Titium a sententia mea, quam „contra eum tuli pro Gaio Seio super tali causa, notum sit vobis. Et ideo di-„mitto eum a iudicio meo et ad vestrum examen cum his literis dirigo." ut Dig. de libell. dimiss. 49, 6. l. un. (§. 1) [73]) et C. 2. q. 6. §. forma. (ad c. 31.)

Si vero ante sententiam fuerit appellatum [74]), iudex, a quo appellatum est, depositiones testium, instrumenta et alias rationes [75]) utriusque partis sub sigillo suo inclusas mittere debet iudici, ad quem causa noscitur per appellationem delata. ut X. 1. de eo, qui mitt. in poss. causa rei serv. 2, 11. c. ult. in f. et X. 1. de testib. 2, 13. c. cum A. de Plano. 6. [76])

§. 12. §. Ad officium iudicis, ad quem appellatum est, spectat, ut confirmet vel infirmet sententiam, vel etiam corrigat vel emendet secundum prius allegata, cum fuit a sententia provocatum, ut C. 2. q. 6. §. diffinitiva. in f. (c. 41. p. 8. §. 24.) [77]) et C. 6. q. 4. c. Osius. 7. [78]) et X. 3. de sent. et re iud. 2, 18. c. Ranutius de Glera. 13. circa f. [79]), vel etiam rationes et testes, quos partes de novo inducere super novis articulis voluerint, audiat et secundum merita causae diffinitivam sententiam ferat. ut Cod. de temp. et reparat. appell. 7, 63. l. per hanc. 4. [80]) et (Cod. de appell. [81]) 7, 62.) l. eos. 6. §. si quid autem. 1. [82]) et X. 1. de testib. 2,

---

70) Cf. *Gloss.* in v. mulctandos.

71) *in conc. Lat. Innoc. 3. ut deb. honor.* (Ita etiam B.B. codd. E. Hal.; sed in cod. E. add. »de app." — A. om. — Rf. 1. »in con. »Lateran. c. ut debitus." — Rf. 2. »in const. »Innoc. c. ut debitus.") c. 3. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 59. X. G. e. t. 2, 28.

72) Vid. potius §. ibi praeced. 17. verb. et iudex, qui tam ignavam etc.

73) Cf. *Gloss.* in v. dicta est.

74) Rf. 2. add. »a gravamine."

75) *rationes.* — Ed. 2. 3. 4. »probationes."

76) *X. de eo, qui mitt. etc. c. ult. et X. de testib. c. cum A. d. Plano.* (al. »cum adecum-»plano." L. 4.) cf. not. 8. ad *Pill.* part. 2. §. 8. et not. 5. ad *Tancr.* part. 3. tit. 10.

Hor. c. loco B.B.: (arg) »X. G. de fide-»iuss. 3, 22. c. constitutus. 3." c. 5. X. 1. e. t. 3, 18. Luci. 3 — Rf. 2. haud apte »X. G. »de eo, qui mitt. in poss. 2, 15. c. cum ve-»nissent. 3." c. 2. X. 3. e. t. 2, 8. Innoc. 3.

77) Cf. *Gloss.* in v. pronuntiare.

78) Rf. 2. add. »X. G. de sent. et re iud. „2, 27. c. constitutus circa f." (Fuerit »X. G. »de appell. 2, 28. c. constitutus. 45." c. 3. X. 3. e. t. 2, 19. Innoc. 3.) »et (X. G. 2, 27.) c. »cum Bertholdus. 18." (c. 8. X. 3. e. t. 2, 18. Innoc. 3.) — M. 2. »X. G. de appell. c. con-»stitutis. 46. circa f." (c. 4. X. 3. e. t. Innoc. 3.) »et X. G. de sent. et re iud. c. constitu-»tus. et c. cum Bertholdus." Similit. Ed. 3.

79) *c. Ranutius.* (Vulg. codd. »ranucius." »ranuncius." — Bs. »rainuncius.") *de Glera.* (Sic B Bs. L. 1. — L. 2. »d'clara." — Vulg. om.) 16. X. G. de testam. 3, 16. Innoc. 3.

80) Cf. *Gloss.* in v. ad novum capitulum. et in v. sed et si qua.

81) *Cod. de appell.* in libris manuscr. et editis om.

82) *§. si quid autem.* (Rf. 2. »§. si quis. 2." haud apte.) Cf. *Gloss.* in v. fuerit omissum. et in v. persequatur.

13. c. fraternitatis. 17. [83]) et X. Innocentii tertii. cum Iohannes eremita. [84]) — Si vero a gravamine ante sententiam provocatum fuit, si appellatio iusta est, debet de tota causa cognoscere et eam mediante iustitia terminare. Sed si appellatio est iniusta, remittere debet appellatorem ad iudicem, a quo appellatum est, ut ille de causa cognoscat et parti alteri frustratorie appellantem in expensis factis in lite condemnet. ut in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. ut debitus honor. 35. [85]) et X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. insinuante. 4. [86]) et X. 2. de appell. 2, 19. c. cum in ecclesia. 11. [87]) et X. 3. de eo, qui mitt. in poss. causa rei serv. 2, 8. c. cum venissent. 2. in f. [88])

Verumtamen si appellator unam causam appellandi expresserit, illam potest omittere et aliam allegando probare et sic appellationem suam prosequi. ut Dig. de appell. 49, 1. l. 1. §. ult. [89]) et l. scio quaesitum. 3. (§. ult.) et X. 3. de appell. 2, 19. c. constitutis 4. in f. [90])

§. [91]) Effectus appellationis est, ut omnia permaneant in eo statu, quo erant §.13.
tempore iustae [92]) appellationis. ut Dig. appell. interpos. nihil innov. oportere. 49, 7. l. un. et C. 2. q. 6. §. appellatione. (c. 31. §. 1.) [93]) et X. 3. de appell. 2, 19. c. bonae memoriae. 9. [94]) X. 2. e. t. 2, 19. c. secundo requiris. 16. [95]).

---

83) c. 17. X. G. e. t. 2, 20. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. novis.

84) *X. Innoc. tert.* („ex. t. innoc. III." B. Bs. L. 1. — „ex. IIII. innoc. III." L. 2. — „ex. „IIII. de fid. instr." Oxon.) *cum Ioh. erem.* c. un. X. 4. de fid. instr. 2, 8. siv. c. 10. X. G. e. t. 2, 22. Cf. *Gloss.* in v. pendebat., in v. pronuntiavimus., et in v. huiusmodi exceptio.

85) c. 3. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 59. X. G. e. t. 2, 28. Cf. *Gloss.* in v. alioquin.

86) c. 25. X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. revertantur.

87) *X. de appell. c. cum in eccl.* (c. 38. X. G. e. t. 2, 28. Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. alioquin.) Rf. 2. om.

88) c. 3. X. G. e. t. 2, 15. Innoc. 3.

89) Quaerentes, num causa statim exprimenda esset, istam l. 1. §. ult. laudare solebant. Cf. *Gloss.* ad seq. l. 3. in f. in v. reddere. vers. sed an teneatur.

90) *c. constitutis.* (Ita recte B. Bs. L. 2. A. — Al. „constitutus." L. 1. E. Hal. Cf. sup. not. 65. in f.) 46. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. aliam vellet obiicere.

Verumtamen (h. pag. vers. 10.) *etc.* In Rf. 1. 2. ista in alium locum translata sunt. Cf. sup. not. 65.

91) Bi. inscr. „De effectu appellationis."

92) *iustae.* — Rf. 1. 2. „factae."

93) Cf. *Gloss.* in v. interposita. et in v. medio.

94) c. 51. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. in eum statum. in f.

95) *X. e. t. c. secundo requiris.* 41. X. G. 2, 28. Coelestin. 3. (Sed utendum est verbis, quae Raym. om., nimirum his: „Illam . . quae„stionem . . proponis, utrum iudex possit de „officio suo cognoscere, an frustratorie sit, „an causa rationabili sit appellatum, et si „appellans rationabilem appellationis causam „non opposuerit, aut non probaverit, quam „opponit, an iudex huius appellationis ob„tentu teneatur a causae cognitione cessare. „Hic autem non placet aliter diffinire, quam „ab antecessoribus nostris et utriusque iuris „peritis fuit diffinitum. Cautum est enim in le„ge, quod appellatione interposita, sive ea re„cepta sit, sive non, tempore medio nihil inno„vari oportet, et canonica nihilominus tenent „instituta, ut qui vult, vel quibus necesse fue„rit, ad Rom. ecclesiam, quasi ad caput suum, „confugere possint, et sine impedimento quo„libet appellare, ad quam nimirum sine ulla „calumnia, vel custodia, vel excommuni-

Excipiuntur quidam casus, in quibus aliquid innovatur. — Primus est, si reus habetur suspectus de dilapidatione fructuum rei adiudicatae actori, quoniam tunc apud sequestrum fructus ipsi debent deponi. ut C. 2. q. 6. c. quotiens post. 26. [96]) et Cod. de appell. non recipiend. 7, 65. l. ab exsecutione. 5. [97]) — Secundus est, cum heres convictus super legato appellat, quia cavere debet de eo restituendo. ut Dig. ut legator. vel fideic. nom. cav. 36, 3. l. postquam. 5. §. imperator. 1. [98]) — Tertius, si condemnatus de crimine appellat nec potest dare fideiussorem, quoniam erit in custodia usque dum veniat ad eum, quem appellavit. arg. C. 2. q. 6. c. arguta. 13. [99]) et Cod. de appell. 7, 62. l. eos qui. 6. §. super his. 3.

§.14. §. Ultimo videndum est, quae appellationes valeant et quae non. Ad quod notandum, quod aut appellatur super correctione, aut super ecclesiae ordinatione, aut in iudicio, aut in facto aliquo extra iudicium.

— Si appellatur super correctione et disciplina, et persona, quae appellat, est regularis, non valet eius appellatio, ut X. 1. de appell. 2, 20. c. ad nostram. 3. [100]), nisi is, qui corrigit, modum excedat. ut X. 2. e. t. 2, 19. c. de priore. 3. [101]) X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. super quaestionum articulis. 6. [102]) arg. X. 3. de appell. 2, 19. c. 1. [103]) Sed si appellator est saecularis, licet super correctione appellet, tamen tenet eius appellatio. ut X. 1. de appell. 2, 20. c. pervenit. 44. [104]): de illo clerico, qui corrigebatur, quod in ecclesia sua nolebat facere residentiam.

— Cum vero appellatur super ordinatione ecclesiae, scilicet ne fiat electio vel ne procuretur utilitas ecclesiae, si non fuerit assignata iusta causa appellandi, non valet appellatio, ut X. 3. de his, quae fi. a mai. parte cap. 3, 12. c. ex ore sedentis. (un.) circa f. [105]) X. 3. de elect. 1, 6. c. cum nobis olim. 4. supra

---

»catione, vel excusatione, vel damnatione, »vel spoliatione, ire libere concedatur, quae »secundum sanctorum canonum sanctiones »passim appellare permittit. Ideo iudex cum „ante se causam tractaverit, quam sic per ap»pellationem suspensam esse cognoverit, a »cognitione causae quam citius abstineat.") retent. in B.B. codd. A. Hal. (in cod. E. substit. »c. dilectis. 55." i. q. c. 13. X. 3. e. t. 2, 19. Innoc. 3.) et in Rf. 2.

Cf. *Gloss.* ad c. ad haec quoniam. 37. X. G. e. t. 2, 28. in v. interdictum.

96) Cf. *Gloss.* in v. sequestrantur.

B.B. cod. E. add. »et X. G. de seque»strat. 2, 17. c. ult." Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. si dissipentur.

97) Cf. *Gloss* in v. in deposito collocentur.

Rf. 2. add. »Ad hoc expresse facit de»cretalis nova X. G. de sequestrat. poss. 2, »17. c. dilectus filius R. rector. 2." Honor. 3. — Ed. 3. »Huc pertinet Dig. de appell. 49, „1. l. impp. 21. §. ult. Et expr. fac. decr. . ."

98) Cf. *Gloss.* in v. eum.

99) Cf. *Gloss.* in v. et carcerali.

100) c. 3. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. minus.

101) c. 31. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. contemsit.

102) arg. verb. »nisi modum excedat." — c. 27. (pr.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

103) *arg.* (verb. »nisi forsan modum excederent.") *X. 3. de appell. c. 1.* i. q. c. novit. 43. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. — Rf. 1. 2. om.

104) c. 28. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

105) c. 3. X. G. e. t. 3, 11. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. per appellationem.

medium [106]); quia numquam valet appellatio, si appelletur, ne fiat id, quod edicto perpetuo [107]) decernitur. ut Dig. de appell. recip. 49, 5. l. ult. (§. 1.) Si autem iusta causa appellandi fuerit assignata et probata, valet tunc appellatio, alioquin contra. ut X. 1. de his, quae fi. a mai. parte cap. 3, 10. c. cum in cunctis. (un.) [108]) et X. 3. de appell. 2, 19. c. constitutis. 4. [109])

— Cum autem appellatur in iudicio, secundum antiqua iura canonica poterat appellari ante litem contestatam et post, ante sententiam et post, et quandocumque, etiam nulla causa appellandi ostensa vel allegata, ut C. 2. q. 6. c. non ita. 18. [110]) X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. c. super eo. 10. [111]) et X. 2. e. t. 2, 19. c. secundo requiris. 16. §. illam. [112]); et in multis aliis iuribus hoc idem dicitur. Hodie vero per constitutionem Lateranensis concilii Innocentii tertii c. ut debitus honor. 35. [113]) in nullo iudicio licet appellare ante diffinitivam [114]) sententiam, nisi iniuste gravetur; tunc enim coram eodem iudice causa probabili appellandi exposita [115]), scilicet gravamine, quod ei infertur, potest legitime appellari, tenebitque appellatio causa legitima exsistente. Verumtamen si iudex, a quo appellatum fuerit, a gravamine illo, super quo appellatum est, velit desistere et revocare sententiam suam, super qua fuit appellatum [116]), libere potest in causae cognitione procedere, non obstante appellatione praemissa, ut expresse legitur in eodem concilio. c. cum cessante causa. 36. [117]) Si quaeris a me, quae sit rationabilis causa appellandi, respondeo, ubicumque iudex gravat contra ius scriptum vel denegat litiganti beneficium, quod sibi indulgetur a iure, puta denegat beneficium restitutionis spoliato, antequam de proprietatis quaestione tractetur, vel denegat quartam productionem testium petitam cum solemnitate legali, vel denegat reo copiam probandi literas per falsi suggestionem impetratas [118]), vel quia

---

106) c. 19. X. G. e. t. 1, 6. Innoc. 3. Vid. verba, quor. partem Raym. om. »Item, cum »post app. emissam, non ut non fieret electio, »quia talis app. nulla foret.." et cf. *Gloss.* in v. nulla electio fieret.

107) *Gloss.* ad prooem. Dig. »edicti per»petui. i. e. generalis." et ita saepius.

108) c. 1. X. G. e. t. 3, 11. ex conc. Lateran. a. 1179.

109) *c. constitutis.* (Rf. 1. 2. »c. constitu»tus." Rectius Ed. 3. »c. constitutis." Cf. not. sup. 65.) 46. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. verba, quae Raym. om., vers. licet autem episcopus. et *Gloss.* in v. explicare. et in v. rationabilem non fuisse.

110) Cf. *Gloss.* in v. non ita.

111) c. 5. (cf. *Gloss.* in v. passim.) c. 10. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

112) *et X. e. t. c. secundo req. §. illam.* (cf. sup. not. 95.) servat. a B.B. et in Rf. 2.

113) *const. Lat. conc. Innoc. t. c. ut deb. hon.* (ita et B.B. et Rf. 1. 2.) c. 3. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 59. X. G. e. t. 2, 28. Cf. *Gloss.* in v. ante sententiam., in v. assignatae., et in v. ex rationabili.

114) *diffinitivam.* Rf. 2. om.

115) *exposita.* Vulg. — Al. »assignata et »exposita." L. 2.

116) *sent. suam, sup. qua fuit appellatum.* — Rf. 1. 2. »interlocutoriam sententiam, sup. »q. f. a." — Ed. 3. »interloc. sententiam et as»sertum gravamen."

117) *in eod. conc. c. cum cess. causa.* (et sic B.B.) c. 4. X. 4. de appell. 2, 12. siv. c. 60. X. G. e. t. 2, 28. Cf. h. part. tit. 1. §. 2. et ibi not. 14.

118) *literas etc.* — Rf. 2. »literas impe»tratas per falsi suggestionem vel veri sup»pressionem."

citat aliquam partium ad locum sibi suspectum. In omnibus his et similibus gravaminibus potest appellari legitime, tam ab ordinario iudice, quam a delegato, cui causa commissa est appellatione remota, ut probatur expresse X. 1. de rest. spol. 2, 9. c. ex conquestione. 8. [119]) X. 3. de testib. 2, 12. c. significaverunt. 9. [120]) X. 1. de appell. 2, 20. c. in eminenti. 40. [121]) X. 3. de appell. 2, 19. c. ex parte. 5. [122]); et sic intelligenda est illa decretalis, quae hoc innuit, X. 3. de appell. 2, 19. c. pastoralis. 11. [123])

Post sententiam vero diffinitivam licite potest appellari a quoquam [124]) et a quolibet iudice; et Romana ecclesia omnium appellationes recipere consuevit, qui se dicunt iniuste condemnatos, et literas de revocatione sententiae cuilibet petenti concedit. arg. X. 3. de off. iud. deleg. 1, 18. c. pastoralis. 7. [125]) Sed quaedam decretalis videtur contradicere, X. 1. de appell. 2, 20. c. in eminenti. 40. [126]), ubi dicitur, quod a iudice, cui causa commissa est appellatione remota, non potest appellari ante sententiam vel post. Sed intelligenda est illa, nisi subsit iusta [127]) causa appellandi; alioquin contraria esset quinque decretalibus proxime allegatis et multis aliis [128]). Dico ergo praecise, quod a qualibet diffinitiva sententia, et a quocumque sit lata, potest appellari de iure, exceptis casibus, his versibus comprehensis:

Appellare vetant scelus, excellentia, pacta [129]),
Contemtus, minima res [130]), interdictio facta,

---

119) c. 10. X. G. e. t. 2, 13. Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. post appellationem.

120) c. 36. X. G. e. t. 2, 20. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. deberet.

121) *X. de appell. c. in eminenti.* (Alexand. 3. Eboracensi archiep. »... Consuluisti .. si »causa app. rem. commissa, altera partium »ante citationem, vel post, ante sententiam, »vel post, ad sed. apost. appellaverit, an »appellationi sit in his articulis deferendum. »Praeterea si cui causa fuerit app. rem. »commissa, et alter adversariorum appellet, »quia delegatus iudex non vult probationes »super suggestione falsi admittere, qua cau»satur literas impetratas, an in hoc casu ap»pellatio teneat, quaesivisti ... Primae igi»tur quaestioni taliter respondemus, quod »causa app. rem. commissa appellationi de»ferri non debet, sive ante citationem, sive »post, sive ante sententiam, sive postea fue»rit appellatum, nisi appellans prius, quam »citaretur, iter arripuisset ad sed. apost. ve»niendi. Quod autem quaesisti, si aliquis »appellaverit, quia delegatus iudex audire »super falsi suggestione probationes recu»sat, an app. teneat, hoc tuam volumus dis»cretionem tenere, quod in eo casu debet »appellationi deferri.") haud recept. in coll. Gregor. — B.B. et Rf. 2. om.

122) c. 47. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3.

123) c. 53. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. expresse. et ad c. ut debitus. 59. e. t. in v. absque rationabili causa.

124) *a quoquam.* — Rf. 1. 2. »a quocumque gravamine."

125) c. 28. (§. 2.) X. G. e. t. 1, 29. Innoc. 3.

126) Cf. not. sup. 121.

127) *iusta.* — Rf. 1. »legitima."

128) *Sed quaedam decret.* (h. pag. vers. 11.) .. *aliis.* — B.B. om. — Rf. 2. »Sed quae»dam decretalis videtur contradicere." — Ed. 2. 3. 4. »Sed quaedam decretales viden»tur contrad." — Cf. not. sup. 121. in f.

129) *pacta.* — Ed. 2. 3. 4. »pactum." Cf. pag. seq. vers. 14.

130) *minima res.* — Ed. 2. 3. 4. »minima »et res."

Arbitrium, res, quae perit, est si [131]) longius acta. [132])

„Scelus" vetat appellare etiam post sententiam, quia appellatio non debet esse praesidium iniquitatis. [133]) ut X. 1. de appell. 2, 20. c. reprehensibilis. 42. [134]) Et intelligas de his, qui obtentu appellationis perseverare volunt in manifesto vel [135]) notorio crimine, quod non permittitur. ut X. 1. de appell. 2, 20. c. cum sit Romana. 5. in f. [136]) et c. consuluit. 16. [137]) et X. 1. de sponsal. 4, 1. c. ex literis. 6. in f. [138]) et X. 3. de usur. 5, 10. c. 1. [139]) et C. 2. q. 6. §. sunt quorum appellationes. (c. 41. p. 8. §. 11. 12.) [140]) et Dig. de appell. 49, 1. l. constitutiones. 16. [141])

„Excellentia" prohibet appellare, quoniam a sententia domini papae et imperatoris, praefecti praetorio, et a sententia senatorum appellare non licet. ut C. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. 17. et C. 2. q. 6. c. anteriorum. 28 §. illo. (in med. §. 2.) et Cod. de sent. praef. praet. 7, 42. l. un. et Dig. a quib. appell. non lic. 49, 2. l. 1. (§. 1. 2.)

„Pactum" litigantium inhibet appellationem, ut C. 2. q. 6. §. si autem. (c. 39.) [142]) Dig. a quib. appell. non lic. 49, 2. l. 1. §. 2. (3.); et etiam tacitum pactum. [143]) ut Cod. de iureiur. 4, 1. l. generaliter. 12. (§. 1. 3.) [144])

„Contemtus", id est contumacia, facit, ne possit appellari, quoniam si quis contumaciter absens condemnatur per diffinitivam sententiam, appellare ab ea non potest, ut C. 2. q. 6. §. sunt quorum. (c. 41. p. 8. §. 11.) et C. 24. q. 3. c. de

---

131) *est si.* Sic vulg. codd. T. et B.B. — Al. »et si." L. 2. et Rf. 2. Ita etiam *Io. Andr.* (cf. seq. not. 132.) edd. Mediol. Norimb. (Male Francof. »et sic.")

132) Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 26. in v. cessante. et num. 28. in v. appellare.

133) *praesidium iniquitatis.* Vulg. codd. T. et B.B. — Al. »vinculum iniquitatis." A. — »vinc. iniq., sed praesidium innocentiae." Rf. 2.

134) c. 26. (cf. verb. a Raym. om. ».. ap»pellationem obiiciunt et ad defensionem ini»quitatis usurpant, quod ad praesidium in»nocentium dignoscitur institutum.") X. G. e. t. 2, 28. ex conc. Lateran. a. 1179. Servat. in codd. B.B. et in Rf. 2.

135) *vel.* — Rf. 2. »et."

136) c. 5. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. manifestus.

137) c. 14. X. G. e. t. 2, 28. Alexand. 3.

138) c. 7. (ibi in f. Raym. om. haec: »quod .. quaesivisti, an debeat appellationi »deferri, ubi sub eius praetextu noscitur »adulterium vel aliud crimen committendum, »consult. t. breviter respondemus, quod ubi »notorium esset adulterium vel aliud crimen »committendum, si appellationi interpositae »deferretur, deferri nollemus; nolumus enim »incestus vel adulterii materiam aliquibus »ministrare.") 7. X. G. e. t. 4, 1. Alexand. 3. Servat. in codd. B.B. et in Rf. 2.

139) c. quam perniciosum. (Ita recte B.B. codd. E. Hal. et Rf. 2. — B.B. cod. A. negligenter »c. 1.") 11. X. G. e. t. 5, 19. Innoc. 3. — In f. istius c. 1. in edd. Ilerd. et Luc. male om. v. »appellationis." Cf. *Richter.* not. 18. ad h. c. 11.

140) Cf. *Gloss.* ad §. 12. in v. et hoc in notoriis.

141) Cf. *Gloss.* in v. vel duces.

142) Cf. *Gloss.* in v. ut ab ipsis.

143) *et etiam tacit. pact.* — Codd. Rf. 2. »et l. tacitum pactum." — Inde Ed. 3. »Dig. »de pact. 2, 14. l. tale pactum. 40 §. 1." — Genuini context. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t §. 12. num. 1. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

144) *Durant.* l. l. »l. generaliter. §. sin »autem. 2. 3."

illicita. 6. (§. 1. 2.) et X. 1. de appell. 2, 20. c. personas. 4. [145]), nisi veniat ad iudicium statim post sententiam, adhuc sedente iudice pro tribunali. ut Dig. de in int. rest. 4, 1. l. divus. 7. [146])

„Minima res" ratione valoris vetat, ne super ea appelletur, ut C. 2. q. 6. c. anteriorum. 28. §. illo videlicet. [147]) et X. 1. de appell. 2, 20. c. vel ex malitia. 47. [148]); vel melius: ratione durabilitatis. ut C. 2. q. 6. §. de possessione. (c. 41. p. 8. §. 18.) [149])

„Interdictio facta", id est prohibitio domini papae vel imperatoris. ut Dig. a quib. appell. non lic. 49, 2. l. 1. in f. [150]) et X. 1. de appell. 2, 20. c. appellationi. 19. [151])

„Arbitrium", quoniam a sententia arbitri non potest appellari propter eius

---

145) *c. personas.* (arg. verb., quae Raym. om., „omni excusatione et appellatione ces„sante.") 4. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. B.B. servavit. — Rf. 1. „X. 1. de appell. c. per tuas." Vitiose. — Hinc Rf. 2. „X. G. de app. c. p. t. 58." c. 2. X. 4. e. t. 2, 12. Innoc. 3. Haud apte.

146) Cf. *Gloss.* in v. restituere. et *Gloss.* ad l. §. sunt quorum. (C. 2. q. 6.) in v. per contumaciam.

147) *§. illo videlicet.* (in med. §. 2. Sed vide priorem ist. §. partem. et ibi *Gloss.* in v. auri.) — Rf. 1. 2. „§. illo." — Ed. 2. 3. 4. „§. illud. 2."

148) *X. de app. c. vel ex mal.* (Gregor. 8. universis archiepiscopis. — al. „univ. arch. „et episcopis." — „univ. fratrib. episc. et ar„chidiaconis, ad quos literae istae pervene„rint." — „Vel ex mal. litigantium, vel ex „defectu nostro credimus provenire, quod „tanta negotiorum frequentia diebus singu„lis perurgemur, ut . . . omnibus non possi„mus commode superesse. . . Quocirca per „generalem epistolam remedium huic rei du„ximus providendum, ne vel multitudinis im„pediamur incursu vel sua iniuriam patien„tibus possit iustitia deperire. Ea propter f. „v. p. a. s. m., q. si forte super rebus modi„cis, quae infra summam marcarum viginti „subsistunt, in auditoriis vestris quaestio „ventiletur, et alteruter litigantium deluso„rie putaverit provocandum, eius appella„tione contemta, intra fines vestrorum epi„scopatuum eligere compellatis, qui suspi„cione careant iudices, si tamen ibidem ido„nei poterunt inveniri, in quorum praesen„tia iurgium sopiatur, a quibus si qua par„tium crediderit appellandum, ad archiepi„scopum seu primatem vocem provocatio„nis emittat. Si vero negotium tale fuerit, „quod substantiam" (al. „summam") „aliqua„tenus teneat ampliorem, infra fines vestra„rum dioecesum cognitores eligere si sponte „noluerint, non cogantur inviti, tamen de vi„cinis episcopatibus aliquos assumere com„pellantur, iuxta formam, quam praemisi„mus, negotium tractaturos; in maioribus „causis et obscurioribus articulis appel„landi sedem apost. copia reservata. Non „enim videtur malitiae suspicione carere, „quod plerique suos in praesentiam nostram „adversarios laborare compellant, cum a no„bis fere nihil aliud, quam commissionis „possint literas obtinere . . .") haud recept. in coll. Gregor., ab. a B.B. codd. A. Hal. et a Rf. 2.; sed servat. in B.B. cod. E.

149) Cf. *Gloss.* in v. momento.

150) Cf. *Gloss.* in v. ab eo provocare.

151) *X. de app. c. appellationi.* (Alexand. 3. Dulmensi episc. „Appellationi . . . nisi „appelletur ab ipso, cui causa sit rem. „app. commissa, debita devotione est defe„rendum.") haud recept. in coll. Gregor., ab. quidem a B.B. cod. Hal. et a Rf. 2., sed servat. in B.B. codd. A. E.

vilitatem, quia iurisdictionem non habet. ut Cod. de arbitr. 2, 56. l. 1. et C. 2. q. 6. c. a iudicibus. 33.[152]

„Res, quae perit", id est, quae non capit dilationem, ut Dig. de appell. recip. 49, 5. l. ult.; vel quia appellatur, ne absolvatur excommunicatus; talis appellatio non valet. ut X. 1. de appell. 2, 20. c. qua fronte. 41.[153] **et in concilio Lateranensi Innocentii tertii. c. sacro approbante. 47.**[154]

— Cum vero appellat quis extra iudicium pro defensione iuris sui, non debet prohiberi, nisi frustratoria notoria esset appellatio. Et postquam constat eum legitime appellasse, omnia, quae contra appellationem fuerint attentata, cassanda sunt, ut X. 3. de appell. 2, 19. c. bonae memoriae. 9.[155]**; alioquin talis appellatio nulli nocet.**

De in integrum restitutione. [1] **T.6.**

Quia saepe iudicium renovatur [2] per beneficium restitutionis in integrum, et sententia, quae nullo alio remedio retractari potest, per idem beneficium sublevatur et scinditur [3], idcirco in fine praesentis iudiciorum doctrinae de restitutione in integrum tractatum subiiciamus. Videamus ergo, quid sit in integrum restitutio, quis potest petere in integrum restitutionem, qualiter petenda sit, quando competit hoc beneficium, intra quod tempus peti et fieri debeat haec restitutio, quis possit restituere, et quis sit eius effectus [4].

§. In integrum restitutio est prioris status vel iuris vel audientiae redintegratio. ut C. 2. q. 3. §. notandum. (ad c. 8.) in f. et X. 3. de rest. in int. 1, 24. c. ex literis. 3. [5] **Sed harum restitutionum alia debetur sola misericordia, alia de iustitia debita.** **§. 1.**

De sola misericordia debetur illa, quam ratione peractae poenitentiae misericorditer petit suspensus ab eo, qui suspendit, vel eius superiore. ut Dist. 50. c. contumaces. 21. et X. 3. de cleric. non resid. in eccles. praebend. 3, 4. c. ex tuae devotionis. 3. [6] **Depositus vero a solo papa eam petere potest. ut C. 2. q. 6. c.**

---

152) Cf. *Gloss.* in v. valebit.

153) c. 25. X. G. e. t. 2,28. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. decedat. vers. et ideo propter periculum mortis. et vers. praeterea nihil deperit.

154) *in conc. Innoc. t. sacro approbante.* (Ita etiam B.B. codd. E. Hal. — A. »c. sacro »approbante."— Codd. Rf. 2. vulg. »in const." al. »in concil." »Innoc. c. sacro." — M. 2. »in const. Innoc. de sentent. excommunic. c. »sacro.") c. 5. X. 4. de sent. excomm. 5, 15. siv. c. 48. X. G. e. t. 5, 39. Cf. *Gloss.* in v. deferat in hac parte. et in v. absolvat.

155) c. 51. X. G. e. t. 2, 28. Innoc. 3. Cf. context., quem Raym. om., et *Gloss.* in v. in eum statum. vers. potest dici, quod monachi.

1) Ita noster part. 3. tit. 13. §. 3. in f., et F. 2. — Al. vulg. »De restitutione in int." — B. L. 1. 2. »De rest. in int. ecclesiae, reip., »minorum et maiorum." — *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. in rubr. de rest. in int. »Ex »antiquioribus solus Tancr. illam posuit; et »est ultima in opere."

2) *renovatur.* — E. et Rf. 1. 2. »revoca»tur."

3) *scinditur.* — E. et Rf. 1. 2. »rescindi»tur."

4) Hor. membr. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. pr. in v. effectus.

5) c. 4. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3.

6) c. 11. X. G. e. t. 3, 4. Innoc. 3.

ideo. 10. [7]) Et haec proprie dicitur redintegratio status, de qua nihil pertinet ad hoc opus [8]).

De iustitia debita debetur illa in integrum restitutio, quae datur ecclesiae, reipublicae, minori viginti quinque annis, vel etiam maiori absenti ex iusta vel probabili causa, adversus contractum vel quasi contractum, adversus sententias vel iudiciorum processus, adversus delictum vel quasi, in quo soli minori interdum subvenitur. Et de hac restitutione in praesenti titulo tractare intendimus.

§. 2. §. Sequitur, quis possit petere restitutionem in integrum.

Respondeo, minor viginti quinque annis super omnibus, quae in minori gessit aetate, si enormiter laesus est ob sui facilitatem vel adversarii calliditatem, sive in faciendo sive in omittendo laedatur, tam in lucro captando, quam in damno vitando. [9]) ut Dig. de minorib. 4, 4. l. quod si minor. 24. §. non semper. 1. [10]) et l. non omnia. 44. [11]) — Nam si contra se confessus est in iure curatore [12]) praesente, restituitur contra suam confessionem, ut possit negare. Si vero sine curatore [12]) agat vel confiteatur, ipso iure servatur illaesus. ut probatur Dig. de minorib. 4, 4. l. si ex causa iudicati. 9. §. nunc videndum. 2. [13]) et Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. §. penult. [14]) — Item si omisit allegationem vel probationem sibi necessariam, restituitur ad probandum vel allegandum. ut Dig. de minorib. 4, 4. l. minor autem. 18. §. 1. (1. 2.) [15]) et l. minor annis. 36. [16]) — Item, si minor viginti quinque annis compromisit, et expedit ei non esse compromissum, restituitur. ut Dig. e. t. 4, 4. l. si minor. 34. §. minores. 1. [17]) — Item restituitur contra sententiam in eum latam interveniente tutore vel curatore. ut Cod. si tut. vel curat. interv. 2, 25. l. 2. et Cod. si advers. rem iud. 2, 27. l. 1. [18]) — Item restituitur contra acceptilationem a se factam [19]), vel contra electionem, cum potuit melius eligere, et cum potuit per licitationem rem suam plus ven-

---

7) Cf. *Gloss.* in v. ac restitutionibus.

8) Hui. vers. test. *Io. Andr. ad D. sp.* l. l. §. 2. num. 34. in v. in summa not. et in v. agimus.

9) Cf. *Hugolin. distinct.* §. 11. in f. ed. *Haenel.* pag. 567.

tam in lucro capt. quam in damno vit. Servat. in Ed. 1., sed om. in cod. L. 4. et in Rf. 2.

10) Cf. *Gloss.* in v. circumscriptio. et in v. negligenter.

11) Rf. 2. add. „Ad idem facit decretalis „nova X. G. de rest. in int. 1, 41. c. constitu„tus. 8." Gregor. 9.

12) Rf. 2. his duob. locis add. „vel tu„tore."

13) arg. verb. „si cum ex damno dato „confiteri possit etc."

14) Cf. *Gloss.* in v. exigimus. et in v. restituemus.

15) Cf. *Gloss.* in v. allegat. et in v. examinari.

16) Cf. *Gloss.* in v. allegationem. vers. vel dic etc. Sed vid. etiam *Hugolin.* D. D. §. 121. pag. 352.

Item si omisit . . . annis. abs. a plerisque codd. Rf. 2. et ab Ed. 2. 3. 4. — M. 2. „Item „. . . vel allegandum." (ut supra.) „ut Dig. de „minorib. l. minor., u. d. * *. 36."

17) Cf. *Gloss.* in v. iure desiderant.

18) *l. 1.* — Rf. 2. „l. 2. u. d. si cum pater * *." Haud apte.

19) Rf. 1. 2. add. „vel novationem, si „sine causa ab idoneo debitore ad inopem „debitorem novationem fecit. ut Dig. de mi„norib. 4, 4. l. patri pro filio. 27. §. penult." (Rf. 2. §. „penult., u. d. etsi ex duob. „reis * *." §. 2. in f. et §. 3.)

dere.[20]) ut Dig. de minorib. 4, 4. l. ait praetor. 7. §. sed hodie. (in med. §. 2.)[21]) et l. si sine. (l. 7. §. 7.)[22]) §. quaesitum. 8.[23]) et l. si in emtionem. 35. — Et generaliter tene, quod sive per factum suum, sive per tutorem vel curatorem capiatur vel laedatur[24]) minor, semper restituendus est. — Sed si usus est iure communi[25]), non iuvatur, licet ex post facto res incipiat sibi esse damnosa. ut Cod. de rest. minor. 2, 22. l. ult.[26]) — Item si iuravit, quod non peteret restitutionem, et est pubes, non restituitur, quamvis deceptus sit. ut Cod. si advers. vendit. 2, 28. Auth. sacramenta puberum[27]). — Item propter delictum suum interdum non restituitur minor. ut Cod. si advers. delict. 2, 35. l. 1.[28]) et Dig. de minorib. 4, 4. l. auxilium. 37. §. in delictis. (in med. §. 1.)[29]) — Item propter mendacium suum perdit restitutionis beneficium, si mentitus est se esse maiorem, cum contraxit. ut Cod. si minor se maior. dix. 2, 43. l. 2. et 3.[30]). — Item propter privilegium libertatis non restituitur in servum suum perperam manumissum, licet indemnitati eius ad pretium consulatur. ut Cod. si advers. libertat. 2, 31. l. 2. et Dig. de minorib. 4, 4. l. minor ancillam (l. 48. §. 1.)[31]) — Item propter privilegium et reverentiam parentum et patronorum utriusque sexus minores adversus eos non restituuntur. ut Cod. qui advers. quos rest. non poss. 2, 42. l. ult. in f. — Praeterea non datur restitutio secundo loco, nisi novae defensiones praetendantur.[32]) ut Cod. si saep. rest. postul. 2, 44. l. ult.[33]) — Item si

---

20) *et cum potuit . . . plus vendere.* — Rf. 1. „vel cum potuit . . . vendere plus. item si »ab alio fuit in licitatione superatus." — Rf. 2. »et cum potuit... pluris vendere, si ab ipso »fuerit in licitatione superatus." — Ed. 2. 3. 4. »utpote per licitat. rem suam vendere, et ab »emtore fuerit in licitatione superatus." — Cf. infr. l. l. si in emtionem.

21) *§. sed hodie.* (Ibi de solutione disputare solebant. Cf. *Gloss.* in v. imputandum.) Ed. 3. »§. hodie certo. 6."; sed hic locus eum in finem allegatus est, ut ex sequentib. §. 7. 8. argumenta sumerentur.

22) Ibi: »Pomponius . . scribit: *et si sine.*" Ipsis autem hui. §. 7. verbis utendum est.

23) Cf. *Gloss.* in v. qui plus liceatur.

24) *sive per factum suum . . . laedatur.* — Rf. 2. vulg. »sive per pactum suum, sive tu»toris, sive curatoris, capiatur vel laedatur." — Ed. 2. 4. »sive in suo, sive in facto cura»toris decipiatur vel laedatur." — Ed. 3. »sive »in pacto suo, sive in facto cur. decip. v. »laed."

25) *si us. est iure comm.* Ita etiam libri ed; sed codd. Rf. 2. »si us. est contrahendo »iure comm. cum alio."

26) Cf. *Gloss.* in v. non videtur. et in v. qui iure.

27) *Auth. sacram. pub.* — Rf. 2. »l. 1., u. »d., si minor * *." (om. in libris manuscr. v. »corporaliter.") »Et hoc idem dicitur in »Auth. ibi signata. sacramenta * *."

Cf. *Hugolin.* distinct. ed. *Haenel.* §. 32. pag. 583. *Gloss.* ad l. l. si minor. in v. emtori., in v. corporaliter., et in v. periurii., ad Auth. sacram. in v. super., in v. contractibus. et in v. custodiantur.

28) Cf. *Gloss.* in v. in criminibus., in v. delictum, et in v. non committitur.

29) Cf. *Gloss.* in v. atrocioribus.

Vid. etiam *Hugolin.* distinct. §. 11. ed. *Haenel.* pag. 567.

30) Cf. *Gloss.* in v. per sacramenti.

31) Ed. 3. recte: »l. minor. §. minor an»cillam * *."; et hui. §. verba etiam in codd. Rf. 2. leguntur.

32) *nisi nov. def. praet.* Vulg. — Al. »nisi »nov. defensionis aliquid praetendatur." Bs.

33) Cf. *Gloss.* in v. novae.

semel denegata est restitutio, postea non datur, si non appellavit. ut Cod. e. t. l. 1. [34]

Verum cum ecclesia iure minoris semper debeat illaesa servari, ut X. 1. de rest. in int. 1, 31. c. requisivit. (un.) [35], semper debet iure minoris restitui in omnibus contractibus et negotiis suis, iudiciis sive sententiis, in quibus enormiter laeditur. ut X. 3. de rest. in int. 1, 24. c. 1. et c. auditis. 2. et c. tum ex literis. 4. [36]).

Item respublica utitur iure minoris vel pupilli, unde vel ipso iure servatur illaesa vel ad instar eorum restitui debet. [37] ut Cod. de iure reip. l. rempublicam. 3. libro undec. (tit. 29.) [38]

Similiter si maior viginti quinque annis laesus est in iudicio vel extra iudicium, dolo vel metu adversarii sui, restituitur per actionem de dolo vel metus causa, iudicis officio. [39] ut Cod. de dolo malo. 2, 21. et Cod. quod met. causa. 2, 20. fere per totum. — Item si laeditur, dum est absens necessaria vel [40] probabili causa, puta causa reipublicae, vel causa studii, vel peregrinationis, vel in legatione suae civitatis, vel in prosecutione suae appellationis, vel causa ferendi testimonii, vel quia in vinculis vel custodia publica vel privata detinetur et venire non potest, restituitur in eo, quo in absentia sua laesus est. ut Dig. ex quib. caus. maior. in int. rest. 4, 6. l. succurritur. 9. et l. in eadem causa. 10. — Circa sententias tamen contra maiorem in eius absentia latas distingue, scilicet utrum sit absens probabili causa et necessaria, vel probabili tantum, vel necessaria tantum, vel voluntaria tantum. — In primo casu, scilicet quando probabili et necessaria causa fuit absens maior, contra quem sententia lata est, si fuit legitime defensus, restituitur ad appellandum tantummodo; si autem non fuit legitime defensus, vel nullo modo, restituitur ad causam ex integro agendam. ut Dig. de in int. rest. 4, 1. l. ult. [41] Dig. de iud. 5, 1. l. si emtor. [42] et Dig. ex quib.

---

34) Cf. *Gloss.* in v. si post.

De his omnibus, quae de concedenda et deneganda ista in int. rest. proposita sunt, summatim dixit *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. pr. in v. annis.

35) c. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3.

36) c. cum venissent. (in codd. B.B. male servat. „c. 1.") 2. in f., c. 3. (cf. *Gloss.* in v. restituimus.), c. 5. (cf. *Gloss.* in v. committendum. et in v. an danda.) X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3.

Verum (h. pag. vers. 3.) ... *literis.* — Eadem fere leguntur in Rf. 1. 2., om. tantum c. tum ex literis. — Al. Ed. 2. 4. »Verumta»men ecclesia semper debet iure minoris il»laesa servari. ut X. de in int. rest. c. 1. et »c. cum venissent. et c. auditis." — Ed. 3. »Praeterea eccl. semper debet iure minoris »illaesa servari et adversus omnes restitui. »ut X. de in int. rest. c. 1. requisivit. et c. »cum venissent. et c. auditis."

37) *unde vel ipso iure ... debet.* — Rf. 1. 2. vulg. »et ipso iure servatur illaesa."; — sed M. 2. add. »et ad instar eorum restitui »debet."; similit. Ed. 1. »vel ad instar . . ."

38) *Cod. de iure reip. l. remp.* (cf. *Gloss.* in v. remp.) Ed. 2. 4. om.

Ed. 2. 3. 4. add. »Cod. quib. ex caus. »maior. i. i. r. 2, 54. l. respublica. 4." Cf. *Gloss.* in v. resp.

39) *iud. off.* — Rf. 2. »vel iud. off."

40) *vel.* — Libri ed. »et."

41) Cf. *Gloss.* in v. defensi.

42) *l. si emtor.* (eptor.) Ita codd. T. et B.B.; sed legend. »l. si praetor." (ptor.) 75.; et sic Rf. 1. 2., nec non *Durant.* (vid. not.

caus. maior. 4, 6. l. 1.[43]) et l. ab hostibus. 15. resp. 1. — In secundo vero casu, scilicet quando probabili causa tantum est absens, si fuerit legitime defensus, in nullo restituitur; si minus legitime vel nullo modo fuit defensus, potest appellare suo communi iure[44]), ut Dig. ex quib. caus. maior. 4, 6. l. nec non. 28. (pr.) et Cod. quom. et quando iud. 7, 43. l. ab eo. 3.[45]) et Dig. quando appelland. sit. 49, 4. l. 1. §. ult.[46]); et ideo non restituitur, nisi forte nullum potuit relinquere procuratorem, vel reliquit, sed mortuus est; tunc enim restituitur ad causam tractandam, ut innuit lex illa Dig. ex quib. caus. maior. 4, 6. l. nec non 28., cum dicit „procuratore suo defuncto.“[47]) — Idem est in tertio casu, scilicet in eo, qui fuit absens necessaria causa tantum. ut Dig. ex quib. caus. maior. 4, 6. l. sed et si. 26. §. 1.[48]) et Dig. de minorib. 4, 4. l. Papinianus. 20.[49]) — In quarto vero casu, videlicet cum fuit absens voluntaria causa tantum, in nullo restituitur[50]).

§. 3. §. Petenda est restitutio per eum, qui dicitur laesus, vel per eius procuratorem ad hoc specialiter constitutum, quoniam generalis procurator in integrum restitutionem petere non potest, ut Cod. etiam per procurat. caus. in int. rest. agi posse. 2, 49. l. un.[51]), et apud suum iudicem, praesente eo, contra quem restitutio postulatur, vel per contumaciam absente. ut Dig. de minorib. 4, 4. l. 1. in causae. 13. §. causa (pr. sub f.) et l. etiam. 29. §. ult. et X. 3. de rest. in int. 1, 24. c. tum ex literis. 4. in f.[52]) et Cod. si advers. dot. 2, 34. l. un. Dig. de adopt.

---

seq. 50. in f.) — Cf. *Gloss.* ad h. l. 75. in v. denegandum.

43) *l. 1.* (Codd. Rf. 2. „l. 2.“) Ed. 2. 3. 4. om.

44) *si fuerit legit. defensus . . . comm. iure.* — Rf. 1. „et non legitime defensus, restituitur ad appellandum tantum; si autem fuerit „defensus legitime, in nullo restituitur; si „minus leg . . etc. (ut supra.)“ — Rf. 2. „si „fuerit legitime defensus, restituitur ad ap„pellandum; si minus leg. . . etc. (ut supra.)“ — Ed. 2. 4. „si non legitime fuerit defensus, „restituitur ad appellandum; quod si legiti„me, nequaquam; si vero nullo modo sit de„fensus, utitur iure comm.“ Similit. Ed. 3. „si non leg. f. defensus, restituitur ad ap„pell.; si autem leg., nequaquam; si vero „nullo m., potest appellare suo iure comm.“

45) Cf. *Gloss.* in v. indefensis.

46) Cf. *Gloss.* in v. computandum est.

47) Cf. *Gloss.* ad h. l. nec non. in v. defuncto. et ibi vers. alii dicunt *cum dicit „procur. s. defuncto.“* (Rf. I. 2. „c. d. procuratorem suum defunctum.“) Ed. 2. 3. 4. om.

48) Cf. *Gloss.* in v. ex causa tamen.

49) *l. Papinianus.* (cf. *Gloss.* in v. exsuli.) — Rf. 2. „l. denique. 3. §. Pomponius. 9.“ Vitiose.

50) Rf. 2. add. „Dig. de re iud. 42, 1. l. „de unoquoque. 47. (§. 1.) Dig. de iud. 5, 1. „l. post edictum. 73. §. ult., u. d. sciendum • •.“

Cf. *Gloss.* ad l. ult. Dig. de in int. rest. 4, 1. in v. appellare.

De istis quatuor casib. similit. *Durant.* sp lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 32. Cf. *Io. Andr.* ad num. 33. in v. in quinto.

51) Cf. *Gloss.* in v. per procuratorem.

Rf. 2. add. „Et hoc idem dicit decretalis „nova X. G. de rest. in int. 1, 41. c. coram. „7.“ Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. mandatum.

52) c. 5. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quantum de iure.

1, 7. l. nam ita. 39.[53]) et in Auth. ut sponsal. largitas. §. ad haec. Coll. 9. (Nov. 119. c. 6.)[54])

§. 4. §.[55]) Competit beneficium restitutionis in integrum, cum personae seu res praedictae enormiter laesae sunt, nec habent aliud auxilium, per quod eis subveniri possit; quoniam pro modica laesione non datur hoc beneficium, nec[56]) ubi aliud remedium superest, puta quia non tenuit contractus, vel habent actionem vel exceptionem aliquam ad prospiciendum sibi hi, qui laesi dicuntur. ut Dig. de minorib. l. scio quaesitum.[57]) X. 1. de rest. in int. 1, 31. c. requisivit. 1.[58]) et Dig. de minorib. 4, 4. l. 2. in causae cognitione. 16. resp. 1. et §. 1. et 2. (1. 2. 3.)[59]) et Cod. in quib. caus. in int. rest. non est necess. 2, 41. l. 1.[60]) et 2.[61])

§. 5. §. Intra quod tempus facienda sit restitutio, videamus.

Et quidem minor potest petere restitutionem toto tempore minoris aetatis, et post completum vigesimum quintum annum, secundum antiqua iura intra annum utilem, hodie intra quadriennium, a prima die vigesimi sexti anni numerandum, hoc est usque ad finem vigesimi noni anni. ut Cod. de temp. in int. rest. 2, 53. l. ult. Hoc, cum laeditur per factum suum vel alienum, sive per negligentiam[62]) suam vel alienam. Sed si decipiatur minor in tempore, videlicet ut patiatur sibi tempus labi in praeiudicium rei vel actionis suae, et est in causa restitutionis, dicunt quidam semper quadriennium sibi concedendum[63]) post vigesimum quintum annum ad restitutionem obtinendam, per legem praedictam. Sed dominus Azo dicit, quod si minor laeditur tractu temporis quadriennio vel maiori tempore, habebit quatuor annos ad restitutionem obtinendam, postquam venerit ad legitimam aetatem, sed si laeditur minori tempore, potest petere restitutionem toto tempore minoris aetatis et tanto tempore post vigesimum quintum annum, quanto tempore fuit laesus.[64]) arg. Dig. quando de pecul. act. annal. est. 15, 2. l. cum post mortem.

---

53) Cf. *Gloss.* in v. qui laederentur. vers. unde est hic arg.

54) Cf. *Gloss.* in v. aliqui.

Rf. 2. add. „Ad idem Dig. de adopt. 1, „7. neque absens, neque dissentiens arro„gari potest." (l. 24.) Ita M. 2. Al. vulg. vitiose: „Ad idem X. de adopt. neque ab„sens. ."

55) Bi. inscr. „Quando ad beneficium „restit. in int. sit recurrendum."

56) *nec.* Rf. 2. om.

57) *Dig. de minorib. l. scio quaesitum.* Ita vulg., (et retent. in *Durant.* sp. Cf. seq. not. 61. in f.) sed vitiose. — M. 2. „Dig. de in int. „rest. 4, 1. l. scio illud * *. 4. et Dig. de mi„nor. l. scio quaesitum." — Ed. 2. 3. 4. melius „Dig. de rest. in int l. scio."

Cf. *Hugolin.* distinct. §. 10. ed. *Haenel.* pag. 566.

58) c. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. detrimentum. et in v. redire.

59) Cf. *Gloss.* in v. competere. et in v. non enim.

60) Cf. *Gloss.* in v. non ulciscantur. vers. sed quia sunt minores.

61) M. 2. add. „et l. 4."

Hui. vers. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 2. num. 37. et ibi *Io. Andr.* in v. secund. T.

62) *negligentiam.* (Ita et *Durant.* Cf. seq. not. 73. in f.) — Rf. 1. 2. „ignorantiam."

63) *semper quadr. sibi conced.* — Rf. 1. 2. „quadr. non esse sibi conced." — Genuini contextus memoriam servavit *Durant.* Cf. seq. not. 73. in f.

64) *Azo dicit . . . fuit laesus.* — In cod. M. 2. genuina fere verba leguntur; sed al. vulg. Rf. 2. „Azo dicit, si minor laeditur in „contractu temporis quadriennio vel maiori „tempore, potest restitutionem petere in toto

2. et Dig. de minorib. 4, 4. l. interdum. 19. §. plane si defunctus [65]).

De restitutione facienda [66]) ecclesiae variae sunt opiniones. Quidam dicunt eam perpetuo restituendam sine temporis praefinitione, quoniam semper minor intelligitur et semper debet illaesa servari; et facit pro eis illa decretalis X. 1. de in int. rest. 1, 31. c. requisivit. 1. [67]) Alii dicunt, quod usque ad viginti novem [68]) annos a die laesionis numerandos restitui debet, ponentes ecclesiam in primo die nativitatis minoris. Alii ponunt ecclesiam in quarto decimo anno, ideo quod contra pupillum non currit praescriptio, sed contra ecclesiam bene currit, ut C. 16. q. 3. c. placuit. 15. (§. 6.), sicut contra adolescentem; et ideo dicunt eam restituendam usque ad quindecim annos [69]) a die laesionis. Sed verba sunt haec. Prima opinio improbatur ex eo, quod nulla praescriptio, etiam quadragenaria, contra ecclesiam locum haberet, si semper deberet illaesa servari, quod falsum est, ut C. 16. q. 3. Auth. quas actiones. (c. 16. §. 4.) [70]) et X. 1. de praescript. 2, 18. per totum. [71]); item quia sequeretur haec absurditas, ut melioris conditionis esset, qui rem ecclesiae per quadraginta annos nullo titulo vel etiam iniusto possideret, quam qui legitimo titulo, cum ibi tantum detur restitutio, ubi contractus tenet et nullum aliud remedium superest, sicut supra probatum est, et sic res posset vindicari ab eo, qui iusto titulo possedit, post quadraginta annos per in integrum restitutionem, et ille, qui iniusto titulo per quadraginta annos possedit, esset tutus praescriptione. Illud verbum, quod est in decretali illa „requisivit." — „semper debet illaesa servari" — exponitur: semper, id est in omni contractu, ubicumque enormiter laeditur, ut notet sempiternitatem contractuum et non temporum. Aliae duae opiniones nullo iure corroborantur. Et ideo standum est legi, quae dicit, quod omnis restitutio fisci, reipublicae vel privati intra quadriennium limitatur et ultra non extenditur, intra quod causa restitutionis debet tractari et terminari, ut Cod. de temp. rest. in int. 2, 53. l. ult., per quam legem

---

»tempore minoris aetatis et tanto tempore »post viginti quinque annos, quanto tempore »fuit laesus, non ultra quatuor annos." — Ed. 2. et similit. Ed. 4. »Azo d., si minor »laeditur in tractu temporis, quod habebit »quatuor annos ad restitutionem petendam »et totum tempus minoris aetatis." — Ed. 3. »Azo d., si minor laeditur in tractatu tempo»ris, quod habebit quat. ann. ad rest. peten»dam et tot. temp. min. aetatis et tantum tem»pus post viginti quinque ann., quanto tem»pore fuit laesus, non ultra quatuor annos."

65) Cf. *Azo.* summ. Cod. tit. de temp. in int. rest. 2, 53. num. 2. *Hugolin.* D. D. §. 46. pag. 282., §. 54. 55. pag. 294. et seq., *eiusd. distinct.* §. 14. ibid. ed. *Haenel.* pag. 569. *Gloss.* ad l. l. interdum. in v. ex anno utili habebit. vers. item nota., et in v. sed id dumtaxat tempus.

66) *facienda.* Vulg. — Al. »concedenda." L. 1. A. Hal. et *Durant.* (cf. seq. not. 73. in f.)

67) c. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. iure minoris.

68) *viginti novem.* — Rf. 2. »XXX."

69) *quind. annos.* — Ed. 3. »decimum »quintum annum."

70) *Auth. quas act.* — Rf. 2. »c. prima »actione. 13." Haud apte. — In cod. M. 2. servat. »quas actiones."

71) B.B. et Rf. 2. »X. G. de praescr. 2, »26. per totum."

Cf. *Gloss.* ad c. auditis. 3. X. G. de in int. rest. 1, 41. in v. iure minoris. vers. sed in quibus casibus.

dico cum Laurentio magistro meo et aliis magnae opinionis viris, restitutionem faciendam ecclesiae usque ad quatuor annos a die laesionis numerandos et non ultra.

Hoc idem dico obtinere circa restitutionem reipublicae concedendam [72]).

De restitutione maiorum dico, quod si maior viginti quinque annis laeditur in praesentia sua et restituendus est iusta de causa, computabitur quadriennium a die laesionis. Si in absentia laesus est, computabitur ei tempus a die reversionis, ita quod tantum tempus concedatur ei ad restitutionem petendam, quanto tempore fuit absens, sicut dictum est supra de restitutione minorum, cum decipiuntur in tempore, — et hoc approbat dominus Azo, et est arg. Dig. ex quib. caus. maior. 4, 6. l. sed et si. 26. §. sed cum feriae. (7. sub f.) et §. quotiens. 8.; — intra quod tempus causa debet tractari et terminari. Sed pone, quod absens fuit per unam diem tantum, et unam diem tantum habere debet ad restitutionem obtinendam, ut expresse dicit lex illa Dig. ex quib. caus. maior. 4, 6. sed et si. 26. §. quotiens. 8., quomodo intra diem illam poterit probare laesionem et sententiam obtinere? Respondeo, sibi imputet, quod se tantum arctavit, ut Dig. si quis cautionib. 2, 11. l. 2. §. si quis tamen. 8., non enim debet plus habere absens, quam habuisset praesens [73]).

§. 6. §. [74]) Sequitur videre, quis possit restituere. Et dico, quod quilibet iudex, tam ordinarius, quam delegatus, et delegatus tam a principe, quam ab alio iudice, nisi sit delegatus ab eo, qui propriam non habet iurisdictionem, quoniam ille restituere non potest; nec etiam arbiter potest restituere; at delegatus restituere potest, si hoc ei specialiter demandetur, ut restituat, et de quaestionibus, quae incidunt in causis sibi commissis [75]); sicut probatur Cod. ubi et ap. quem rest. agitanda sit. 2, 47. l. ult. Dig. de minorib. 4, 4. l. 2. in causae. 16. (§. 5.) [76]) et in duabus sequentib. legib. et l. praeses. 42. et X. 1. de rest. in int. 1, 31. c. requisivit. 1. [77]) X. 3. e. t. 1, 24. c. tum ex literis. 4. [78]) X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. causam. 3. [79])

---

72) Cf. *D. D. Cod. Chis.* §. 69. pag. 168. *Hugolin.* §. 59. pag. 299.

73) Cf. *Azo.* summ. Cod. l. 1. num. 10. *D. D. vet. coll.* §. 31. 32. pag. 20. 21. *Roger.* §. 1. 2. pag. 73. 74. *Hugolin.* §. 46. 47. pag. 282. 283., §. 50. qu. 2. pag. 288., §. 51. 52. 53. pag. 290. et seq., §. 57. 58. pag. 298., §. 377. qu. ult. pag. 509. et seq., §. 441. 442. 443. pag. 541. et seq., et *eiusd. distinct.* §. 12. 13. ibid. ed. *Haenel.* pag. 567. et seq. *Gloss.* ad Dig. ex quib. c. maior. 4, 6. l. ab hostibus. 15. sub f. in v. restitutionis. et ad l. sed et si. 26. §. quotiens. 8. in v. unius.

Tot. §. 5. test. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 3. h. t. §. 4. pr. in v. intra quod.

74) Bi. inscr. »Quis possit restituere."

75) *et de quaestionib... commissis.* — L. 2. in marg. add. „potest cognoscere."; et in Ed. 2. 3. 4. leguntur haec: »et iudicet de »quaestionib... commissis." Inepte.

76) Cf. *Gloss.* in v. pro iurisdictione.

77) c. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3.

78) *c. tum ex literis.* (c. 5. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3.) — Rf. 1. 2. »c. ex literis." (3. X. 3. e. t. siv. 4. X. G. e. t. Innoc. 3.)

79) *X. de sent. et re iud. c. causam.* (cf. not. 3. ad h. part. tit. 3.) ab. a B.B. codd. E. Hal. (servat. in cod. A.) et a Rf. 2.

Rf. 2. add. »et (X. G. 1, 41.) c. causa re»stitutionis. 9." Gregor. 9.

Et debet tractari causa restitutionis in foro eius, contra quem petitur restitutio. ut Cod. ubi et ap. quem rest. 2, 47. l. 2.

Cognoscit autem de ea iudex ordinarius, restituendo tam in contractibus, quam in aliis, et etiam contra sententiam a se ipso latam vel a praedecessore, seu a suo inferiore, sed non contra sententiam a maiore latam [80]; verumtamen solus princeps restituit in integrum contra sententiam procuratoris sui vel iudicis, quem delegavit, vel contra res bis iudicatas, vel contra sententiam suam, licet raro. ut legitur Cod. ubi et ap. quem rest. 2, 47. l. 1. [81] Cod. si advers. rem iud. 2, 27. l. adversus. 3. [82] Dig. de minorib. 4, 4. l. 2. in causae. 16. §. ult. [83] et l. praefecti. 17. et l. minor. 18. et C. 35. q. 9. c. quod quis. 3. et Dist. 21. c. inferior. 4.

§. [84] Effectus restitutionis in integrum est, ut ea postulata omnia perma- §.7. neant in eo statu, in quo erant ante postulatam restitutionem; non enim res ipsa, super qua restitutio est postulata, alienari debet, nec sententia executioni mandari, nec aliquid fieri in praeiudicium petentis restitutionem, donec finiatur quaestio restitutionis. ut Cod. in int. rest. postulata ne quid novi f. 2, 50. l. un. [85]

Et restitutione concessa contra sententiam vel processum causae auditur, sicut ante sententiam, vel admittitur ad id, quod petiit sibi restitui. ut X. 2. de sent. et re iud. 2, 18. c. causam. 3. [86] X. 3. de rest. in int. 1, 24. c. auditis. 2. [87] et c. ex literis. 3. [88]

Si autem restitutio concessa est super contractu aliquo, unusquisque recipit, quod dedit et suum est vel ex re sua provenit, ut Cod. de reputat. 2, 48. l. un. et Dig. de minorib. 4, 4. l. minor. [89] 24. §. restitutio. (in §. 4.) X. 1. de rest. in int. 1, 31. c. un. [90] et X. 1. de reb. eccles. alienand. 3, 11. c. de possessionibus. 8. [91], quoniam nemo debet locupletari cum aliena iactura. ut Dig. de transact. 2,

---

80) *etiam contra sent. a se ipso ... a maiore latam.* (et sic *Durant.* h. t. §. 5. num. 4.) — Codd. Rf. 2. vulg. »etiam contra sent. a »maiore latam.“ (Quod negligentiae tribuendum esse videtur; in aliis enim codd. h. l. alia desiderantur. Sed cf. *Gloss.* ad Dig. de minorib. 4, 4. l. minor. 18. in v. minor autem. vers. sed videtur.) — Ed. 2. 3. 4. »et etiam »contra sent. a se ipso latam.“

81) Cf. *Gloss.* in v. a procuratore. et in v. solus.

82) Cf. *Gloss.* in v. qui tunc vice.

83) Cf. *Gloss.* in v. sententiam suam.

84) Bi. inscr. »De effectu rest. in integr.“

85) Cf. *Gloss.* in v. debere.

86) *X. de sent. et re iud. c. causam.* ab. a B.B. cod. Hal., sed servat. in B.B. codd. A. E. et in Rf. 2. Cf. not. 3. ad h. part. tit. 3.

87) *c. auditis.* (c. 3. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3.) Rf. 2. om.

88) c. 4. X. G. e. t. 1, 41. Innoc. 3.

89) *l. minor.* — Rf. 2. recte »l. quod si »minor.“

90) c. requisivit. 1. X. G. e. t. 1, 41. Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. defraudari.

91) *X. de reb. eccl. alien. c. de possessionib.* (Alexand. 3. »De possessionibus autem »laicis sub modico censu concessis, noverit »t. f., quod si ecclesia tua laesa est et mani»feste appareat detrimentum, cum episcopo »deteriorem ipsius ecclesiae conditionem fa»cere non licuerit, et ecclesia iure minorum »semper debeat illaesa servari, quae in da»mnum ipsius data constiterit, ad ius ipsius »convenit proprietatemque redire; providen»dum est tamen, ne si forte colonus posses»siones illas expensis ac labore suo reddide»rit meliores, sumtibus, quos bono animo

15. l. cum his. [92] **8. §. sane. (§. 22. sub f.) et Dig. de condict. indeb. 12, 6. l. nam hoc natura. 14.**

Haec tam de in integrum restitutionibus, quam in ceteris articulis, in praesenti opusculo comprehensis, ad rudium [93] **instructionem breviter dixisse sufficiat** [94]**.**

»fecit, debeat defraudari." Cf. l. c. requisivit.) haud recept. in coll. Gregor., ab. a B.B. codd. A. Hal., sed retent. in B.B. cod. E. et in Rf. 2.

92) *l. cum his.* — Rf. 2. recte »l. cum hi."

93) *rudium.* — Ita vulg. codd. T. et B.B., nec non Ed. 1. — Al. »iudicum." A., codd. Rf. 1. 2. et Ed. 2. 3. 4.

94) B. Bs. L. 2. »Explicit libellus magi»stri Tancredi." — A. »Explic. libellus mag. »Tancredi corr. per mag. Bartholomaeum »Brisiensem.", et similit. E. »Expl. libell. T. »de ordine iudiciario corr. p. Barth. Brixien»sem." — Codd. Rf. 1. 2. »Expl. ordo iudi»ciarius magistri Tanȝ." L. 4. — »E. o. i. m. »Tancreti." Bi. — »E. o. i. m. Tancreti. Deo »gratias. Amen." F. 2. — »Deo gratias expl. »o. i. m. Tancreti." Ham. — Al., omissis nominibus, Hal. »Laus tibi sit Christe, quo»niam liber explicit iste." — M. 1. »Explicit. »expliceat. ludere scriptor eat."

EXCURSUS.

(ad Tancr. part. 1. tit. 2. not. 50. in f.) [1]

Nota, in hac Auth. qui semel. [2] et Auth. omnem. [3] quinque specialia contineri, quae sunt adversus communes leges. Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. et Dig. e. 5, 1. l. ad peremtorium. 68. [4] Primum, quod hic citatio fit per intervallum triginta dierum. Secundum, quod ibi dicitur post litem contestatam per totum; hic partim ante litem contestatam, partim post [5]. Tertium, quod hic fit citatio per libellum conventionalem [6]; ibi tantum datur potestas requirendi reum [7]. Quartum, quod hic potest ferri sententia post lapsum unius anni et trium mensium [8]; ibi nonnisi imminente fine triennii. Quintum, quod ante litem [9] reo absente contrahitur ibi eremodicium; hic autem fertur sententia ante litem contestatam. — Sed cum in prima parte Auth. loquatur de absente post litem contestatam, quaero, quae sit poena istius; cum hic de ea mentionem non faciat, sed tantum de poena eius, qui abest ante litem contestatam, de qua loquitur in secunda parte. Responde, recurrendum esse ad ius commune, quod est Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13; vel argumentare a maiori: si hic absens ante litem contestatam ita punitur, fortius hac poena puniendus est absens post litem contestatam; et verba referri debent ad utrumque casum, licet in uno reperiantur. ut X. de appell. c. prudentia [10]. — Item nota ex his [11] Auth. reo citato dari viginti dies, quae sunt induciae deliberationis. ut Cod. de lit. cont. 3, 9. Auth. offeratur. Post deliberationem etiam lite contestata indulgentur ei decem dies, quae sunt induciae instructionis. ut Cod. de iud. 3, 1. l. properandum. 13. [12] et Dig. e. t. 5,

---

1) Vid. Ed. 3. pag. 39. et seq.

2) ad l. 8. Cod. quom. et quando iud. sent. etc. 7, 43.

3) Nov. 112. c. 3.

4) et leg. sequentib.

Cf. *Gloss.* ad l. l. properandum. §. et si quidem pars actoris. 2. in v. evacuabitur. vers. item nota. et ad Nov. 112. c. 3. §. si vero propositis. 2. in v. proferre. vers. tu autem breviter memorabilia hic nota.

5) Cf. *Gloss.* ad Nov. 112. c. 3. pr. in v. quamobrem.

6) Nov. 112. c. 3. §. si vero apud iudicem. 1. pr.

7) l. l. properandum. §. sin autem reus abfuerit. 3. pr.

8) Cf. *Gloss.* ad l. Auth. qui semel. in f. in v. post trium edictorum. et ad Nov. 112. c. 3. sub f. in v. praedictas.

9) Addend. »contestatam."

10) *X. de appell. c. prudentia.* Vitiose. Fuerit »X. G. de off. iud. deleg. 1, 29. c. »prudentiam. 21. §. adiicimus. 1." Coelestin. 3.

11) *his.* Hanc v. non ad eadem loca, de quibus supra dictum est, referendam esse facile patet.

12) Cf. *Gloss.* ad §. sin autem reus abfuerit. 3. pr. in v. et similis.

1. l. ad peremtorium. 68.[13]) — Cur autem actori absenti citato praestantur ampliores induciae, quam reo, triginta dies scilicet, cum potius contra videatur fieri debere, ut Dig. de reg. iur. 50, 17. l. non debet. 41., praesertim cum ad minus actor, et reus ad paria iura vocari debeant? Respondeo: quanto quis durius punitur per leges, tanto facilius ei subvenitur et mitius cum eo agitur, antequam perveniatur ad poenam, ut evitetur, ne in poenam incidat. Itaque reo contumaciter absente mittendus est actor in bonorum possessionem causa rei servandae, ut si reus intra annum veniat, praestita cautione recipiat possessionem; si non, efficitur actor dominus rei ex secundo decreto, reservata tantum ei quaestione de proprietate. Actor vero si intra annum non venerit, neque auditur super possessione, neque super proprietate; et ita gravius punitur [14]); unde et largius ei subvenitur ab initio per maiores inducias. Praeterea hi triginta dies non sunt induciae deliberationis, quae actori praestari non debent; debuit enim bene secum deliberasse, antequam alium in causam traheret.

---

13) Vid. seq. l. per intervallum. 69.

14) Cf. *Gloss.* ad l. Auth. qui semel. in v. locum habet. vers sed si reus est absens. et ad Nov. 112. c. 3. pr. in v. cautione. vers. sed dico gravari.

GRATIAE ARETINI

summa

de iudiciario ordine.

De iudiciario ordine. [1]

Sedulis adhortationibus tuis, carissime A., domine socie Mediolanensis ac amice carissime, plurimum adhortatus opus aggredior; nempe mihi difficile; sed tibi et aliis erit dante Domino fructuosum; per quod, cum fueris scilicet actor, tam de iure quam de facto tibi via patebit agendi, si reus, defendendi, si vero iudex, tunc scies rectissime modum iudicandi. Sane licet haec materia sit hodie per plures viros tractata, qui libellos iudiciarii ordinis ediderunt iuxta formam canonum ac Romanae curiae consuetudinem; tamen, quia iuxta sententiam antiquorum nihil in hoc mundo natura polluit, nec quidquam invenitur in orbe, quod sit ex omni parte beatum [2]), praesertim cum in qualibet re [3]), ubi de novo videtur oriri, nova quaedam humanis sensibus laetitia generetur etc., et iuxta canonicas sanctiones, quod aperte dictum est, potest quandoque apertius declarari, et veritas saepius agitata magis splendescit in lucem [4]), circa haec quaedam ad tuam instantiam adinveni, unde tuus animus erit alacer et iucundus; et quia de ordine iudiciario a praefatis viris, forte propter prolixitatem, quae Deo et hominibus inimica videtur, vel propter operis vilitatem [5]), praetermissa quaedam fuerunt, etiam praesenti opusculo, ad maiorem expressionem ordinis iudiciarii, clariorem doctrinam inserere procuravi.

Sciendum quippe est, quod in tres particulas istud opus tripartitur; in prima tractatur de his, quae praecedunt litem contestatam in ordine iudiciorum; in secunda de his, quae sequuntur in causa usque ad conclusionem; in tertia de sententia diffinitiva et his, quae sequuntur eandem.

De iudicibus. P. 1.

Quoniam fructus divinus est iustitiam recenseri, C. 35. q. 9. c. grave. 7., et T. 1.
summum bonum iustitiam colere et cuilibet sua iura servare, C. 12. q. 2. c. cum devotissimam. 8. 9. et arg. in prooemio decretal. [1]) „rex pacificus." [2]), idcirco de

---

1) *De iudiciario ordine.* Ita quodammodo noster h. pag. vers. 6. — B. »Incipit summa »magistri grĕ. aretini."

2) Cf. *Horat.* Od. 2, 16. vers. 27. 28.

3) B. add. „om'i.", quod ex seq. v. »ori»ri." fluxisse et per negligentiam huc translatum esse videtur.

4) Cf. c. 7. C. 35. q. 9.

5) *vilitatem.* — B. »utilitatem."

1) *in prooem. decret.* — B. »in prohemio »decretalis. t."

2) Gregor. 9. doctoribus et scholarib. Bononiae commorantib. Vid. *I. H. Böhmer.* diss. de decretalium pontificum Rom. variis collectionib. et fortuna. §. 15. (in ed. corp. iur. can. T. 2. pr.) et *Richter.* ed. corp. iur. can. X. G. pr.

meritis viris, de iudicibus, per quos ius unusquisque [3]) consequitur, et ipsa iustitia integre conservatur, consequenter de reliquis, quae ad dictae instructionem causae facere dignoscuntur, doctrinam brevem et utilem, prout melius possumus, tribuemus.

§. 1. §. In his ergo, qui iudicare volunt, duo principaliter requiruntur, scientia et potestas. Dist. 21. c. nunc autem. 7. [4]) de poenit. Dist. 6. c. qui vult. 1. [5]) et c. quod autem. (ad c. 2.) X. G. de consang. et affin. 4, 14. c. ex literis. 1. in f. [6]).

Scientia requiritur in quolibet iudice, quia iudex illiteratus repellitur in praealleg. decr. ex literis. (c. 1. X. G. 4, 14.) et Dist. 36. c. illiteratos. 1. et §. ecce. (ad c. 2.) et arg. X. G. de consuet. 1, 4. c. ad nostram. 3. [7]), et maxime, quia ignorantia dicitur esse mater omnium vitiorum, Dist. 38. c. 1., et a Domino dicitur: „tu scien„tiam repulisti etc." X. G. de renunt. 1, 9. c. nisi. 10. (§. 4.) [8]) et Dist. 38. c. omnes psallentes. 6. (in f.) — Sed quaeritur, quae scientia sufficit? Certe sufficit, si est eruditus saltem in iure canonum, arg. valid. ex praealleg. decr. ex literis. de consang. et affin. (c. 1. X. G. 4, 14.) Dist. 38. c. nulli. [9]) 4. X. G. de privileg. 5, 33. c. super specula. 28. [10]), et facit ad hoc X. G. de iud. 2, 1. c. dilecti. 6. [11]) Credo tamen, quod si alias literatus exsisteret, et quodam ex usu diuturno cursum causarum per exercitium didicisset, et nihilominus in eo vigeret discretio naturalis, quae multum operatur in talibus, maxime si est in loco, ubi est copia peritorum, posset aequanimiter tolerari; et hoc vidi de consuetudine observari [12]).

Item potestas iudicandi requiritur. Et est sciendum, quod omnis iudiciaria potestas aut est ordinaria, aut delegata, aut arbitraria. Potestas iudicum [13]) late patet, ut X. G. de off. ordin. 1, 31. per totum., et de off. deleg. 1, 29. per totum., item de arbitr. [14]) 1, 43. per totum. C. 2. q. 6. §. de arbitris. (ad c. 33.) Et quia de istorum officio et potestate magister Tancredus in suo libello doctrinam tradidit copiosam, non est ad praesens circa huiusmodi insistendum. Nam quae per ipsum fuerunt expedita, vix aut numquam hic invenies iterata. Verumtamen, qualiter suum officium tam de iure quam de facto fideliter exsequantur [15]), et qualiter quisque coram eis, ut praemissum est, suam iustitiam prosequatur, per diversos titulos invenies terminatum.

§. 2. §. Sed quia de iudicum qualitate sermo coepit haberi, cum sufficit eos

---

3) *per quos ius unusq.* — B. „per quod „vis" (siv. „ius") „unusquisque a."

4) *Dist. 21. c. nunc autem.* — B. „XXVI. „d. §. nunc autem."

5) Cf. *Gloss.* ad §. 3. in v. sciat.

6) *X. de consang. et aff. c. ex lit. in f.* (B. „ex̄. de consang. et affi. c. 1. in fi. ex lite„ris.") Alexand. 3. — Cf. *Gloss.* in v. potestatem.

7) Innoc. 3.

8) verb. „tu scientiam repulisti, et ego „repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi." Innoc. 3.

9) *nulli.* — B. „nullū."

10) Honor. 3. Cf. *v. Savigny.* in libr. *Zeitschr. f. gesch. R.* T. 8. pag. 225. et seq., *G. d. R. R. i. M.* (ed. 2.) T. 3. pag. 366. et seq.

11) Alexand. 3.

12) Cf. *Gloss.* l. l. in sup. not. 5.

13) *iudicum.* — B. „iudiciorum."

14) *item de arbitr.* — B. „Idem in arbi„tris."

15) *exsequantur.* B. om.

scientiam et potestatem habere, nisi ex aliis causis illorum iurisdictio excludatur, C. 3. q. 7. [16]) c. iudicet. 4., idcirco, quae sint alia praeter illa duo, quorum in iudicibus consideratio est, breviter demonstremus.

Debent itaque iudices semper habere Deum prae oculis etc. [17]), sine personarum exceptione, omni gratia, odio, amore etc. [17]) postpositis, et via regia incedentes, et quoniam eadem mensura, qua messi fueritis etc., X. G. de accusat. [18]) 5, 1. c. qualiter et quando. 17. [19]) X. G. de iud. 2, 1. c. decernimus. 2. [20]) X. G. de off. iud. ord. [21]) 1, 31. c. irrefragabili. 13. [22]) et de praebend. 3, 5. c. grave. 29. [23]); — diligere iustitiam et in se retinere, quia non est iudex, nisi in eo sit iustitia, C. 23. q. 2. [24]) c. iustum. 1. (in f.) X. G. de verb. signif. 5, 40. c. forus. 10. [25]); — stateram [26]) quoque iustitiae in manibus portare debeat, Dist. 45. c. omnis. 10.; — nec debent sequi proprium arbitrium nec voluntatem, sed [27]) secundum leges et canones iudicare, ut C. 3. q. 7. [28]) c. iudicet. 4. (§. 1. et seq.) et X. G. de constitut. 1, 2. c. canonum. 1. et c. ne innitaris. 5. [29]) — nec debent suum praecipitare consilium vel sententiam, ut Dist. 50. c. ponderet. 14. (pr.) arg. X. G. de rest. in int. 1, 41. c. cum ex literis. 5. [30]); sed haec cum discretione agi debent, quae est mater omnium virtutum. X. G. de off. custod. 1, 27. c. custos. 1. (pr. in f.) [31])

§. Diximus, quales debes iudices habere vel eligere. Nunc videndum est, §. 3.
quorum iudicium debeas et possis legitime declinare.

Et est sciendum, quod quilibet criminosus repellitur ab officio iudicandi, ut C. 3. q. 7. [32]) c. qui sine. 3. et c. in gravibus. 5. et c. postulatus. [33]) 6. (in f.) et C. 32. q. 6. §. ecce. (pr.) et c. nihil iniquius 1.; et illud evangelicum sibi potest opponi: hypocrita, eiice primo trabem de oculo tuo etc., ut in praealleg. §. ecce. et C. 3. q. 7. §. tria. in f. (Gratian. §. 1. ad c. 2. in f.); item illud: iudex criminosus, dum in alios profert sententiam, se ipsum condemnat, C. 3. q. 7. c. sacerdos. 7. (Gratian. pr.) et in praealleg. c. nihil iniquius.; item: prius oportet iudicem iustitiam legis implere et postea poterit lapides proiicere in alios, id est in aliquos sententiam ferre. ut in praealleg. c. postulatus. [33]) Haec plana [34]) sunt et vera in iudicibus delegatis. Sed numquid idem est in ordinariis? Et videtur, quod sic, quoniam praeallegata capitula inter ordinarium et delegatum non di-

---

16) *q. 7.* — B. »q. VIII.« Cf. not. inf. 28. 32. — Aliis locis recte »q. VII.«

17) *etc.* — Utroque loco B. »et cum.« — Vid. seq. c. qualiter et quando.

18) *de accusat.* B. om.

19) Innoc 3.

20) arg. verb. »laicorum iudicio non disponant etc.« — ex synodo Eugen.

21) *iud. ord.* — B. »§.«

22) ex conc. Lateran. Innoc. 3. a. 1215. c. 7.

23) ex conc. Later. Innoc. 3. a. 1215 c. 30.

24) *q. 2.* — B. »q. III.«

25) Isidor., ut in l. c. iustum.

26) B. add. »fore.«, quod ex praeced. v. forus. ortum fuerit.

27) *sed.* B. om.

28) *q. 7.* — B »q. VIII.« Cf. not. sup. 16.

29) c 1. ex conc. Melden.; c. 5. ex gloss. ord. in Proverb.

30) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. instructus.

31) ex libro Rom. ordinis.

32) *q. 7.* — B. „q. VIII.“ Cf. not. sup. 16.

33) *postulatus.* — B. his locis „pulsarus.“ »pl'satus.“

34) *plana.* — B. »plura.«

stinguunt, nec nos debemus, ut faciunt[35]) ad hoc Dist. 19. c. si Romanorum. 1.[36]) (X. G.) de maiorit. et obed. 1, 33. c. solitae.[37]) 6.[38]) C. 2. q. 5. c. consuluisti.[39]) 20.[40]) X. G. de decim. 3, 30. c. ad audientiam. 12.[41]) et de coniug. lepros. 4, 8. c. quoniam. 2.[42]) et C. 23.[43]) q. 5. c. si non licet. 9. (§. 2. in f.)[44]) Solutio: dicas secure, quod nullus ordinarius criminosus, quamdiu toleratur ab ecclesia, potest a iudicio removeri vel ab officio, C. 3. q. 7. §. sed obiicitur. in f. (Gratian. §. 1. ad c. 7.); et est arg. opt. X. G. de purg. canon. 5, 34. c. constitutus. 9.[45])

Item in omni causa ordinarii, quam delegati, inimici et suspecti repelluntur. C. 3. q. 5. c. quia suspecti. 15.[46]) X. G. de sent. et re iud. 2, 27. c. 1.[47]) X. G. de appell. 2, 28. c. secundo requiris. 41. (§. 1.)[48]) et de except. 2, 25. c. cum inter. 5.[49]); et etiam qui quondam inimici fuerunt, licet postea sint reconciliati. ut C. 3. q. 5.[50]) c. accusatores. 2. et (X. G.) de appell. 2, 28. c. proposuit. 24.[51])

Item recusari potest iudex alteri parti nimis propitius vel favorabilis, X. G. de rescr. 1, 3. c. ad hoc sumus. 10.[52]) et ut lite non[53]) contest. 2, 6. c. accedens. 4.[54]); — item si est dominus actoris, X. G. de off. deleg. 1, 29. c. causam quae. 17.[55]); — et multis aliis modis notatis in libello Tancredi in titulo de recusationibus[56]); et ad haec invenies aliquos infra in titulo de exceptionibus[57]); et recurras ibi ad hoc, ut sustinentius instruaris.

T. 2. De foro competenti.

Dictum est, qualis debeat eligi iudex, et qualis protinus evitari. Sed quia non sufficit te eligere iudicem bonum, nisi talem eligas, qui inter partes haberet iurisdictionem, cum sententia a non suo iudice lata etc., ut X. G. de consuet. 1,

---

35) *faciunt.* — B. „facit."

36) Cf. *Gloss.* in v. dicendo. et in v. diversis.

37) *solitae.* — B. »sollicite."

38) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad §. ult. in v. non distinguens.

39) *consuluisti.* — B. »t'c soluisti."

40) Cf. *Gloss.* in v. superstitiosa. et ibi vers. et ubi canon non excipit.

41) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. intelligeremus.

42) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. generali praecepto.

43) *C. 23.* — B. »XXXIII."

44) Cf. *Gloss.* in v. exceptus.

45) Luci. 3.

46) Cf. *Gloss.* in v. iudicabat.

47) Gregor. M. — Ibi *Gloss.* in v. contra leges. »quae dicunt, quod sententia a non »suo iudice lata non tenet." Cf. *Gloss.* infr. l. not. 49.

48) Coelestin. 3. — Cf. *Gloss.* in v. coram eodem allegare.

49) Innoc. 3. — Cf. *Gloss.* in v. conscientia.

50) *q. 5.* — B. »q. IIII."

51) Alexand. 3. — Cf. *Gloss.* in v. non debet.

52) Luci. 3.

53) *non.* B. om.

54) Innoc. 3. — Cf. *Gloss.* in v. nimis favens.

55) Alexand. 3. — Cf. *Gloss.* in v. dominus.

56) *recusationibus.* — B. »accat'."
Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 6. §. 6.

57) h. part. tit. 9. §. 3. vers. his ergo modis.

4. c. ad nostram.[1]) 3.[2]) et de iud. 2, 1. c. at si clerici. 4.[3]) et C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 9), idcirco, cuius forum actor[4]) sequi debeat, in hac particula breviter ostendemus.

Et est sciendum, quod regulariter semper actor debet sequi forum rei. ut C. 3. q. 6.[5]) c. neminem. 16. (pr.) C. 11. q. 1.[6]) c. experientiae. 15.[7]) X. G. de foro comp. 2, 2. c. verum. 7.[8]) et c. licet. 10.[9]) et c. cum sit generale. 8.[10]) Et hoc semper verum est, nisi consuetudo se habeat in contrarium, sicut in multis locis observatur, ut in civitate Aretina, ubi clericus trahit laicum ad forum ecclesiasticum super qualibet causa[11]), cum de rigore iuris super rebus, quae forum ecclesiasticum non contingunt, ipsum deberet[12]) trahere ad iudicium saeculare, X. G. de foro comp. 2, 2. c. si clericus. 5.[13]); et secundum istam consuetudinem loquuntur decr. cum sit generale. et c. licet. (c. 8. 10. X. G. 2, 2.) et decr. (X. G.) de iud. 2, 1. novit. 13.[14])

Sed cum quis multis modis forum sortiatur, ut X. G. de foro comp. 2, 2. c. ult.[15]), considerare debet actor a principio, in quo foro possit reum facilius et melius convenire. Quot autem modis sortiatur quis forum, plene dicitur e. t. c. fin. in textu et in glo. Et de hoc dicitur in libello Tancredi, in rubr. „cu„ius iudicium actor adire debeat."[16])

Sed fallit praedicta regula[17]), quod actor forum rei sequatur, in multis casibus, ut in causa matrimoniali et ceteris spiritualibus vel spiritualibus annexis et in criminibus ecclesiasticis, sacrilegio, usura et pluribus aliis, ut plene notatur ibidem.

In summa notetur, quod ille est iudex ordinarius rei, in cuius territorio vel dioecesi ipse reus domicilium habet. ut C. 13.[18]) q. 2. §. quia ergo. (ad c. 6.)

De iudice adeundo [1]). T. 3.

Viso, cuius iudicium actor adire debeat, videamus, hoc qualiter de iure fiat, et quando et ubi.

---

1) *c. ad nostram.* B. om.
2) Innoc. 3.
3) Alexand. 3.
4) *actor.* — B. »actoris."
5) *q. 6.* — B. »q. VIII."
6) *q. 1.* — B. »q."
7) Ibi summa ord. »actor forum rei se»quatur."
8) Alexand. 3.
9) Innoc. 3.
10) Luci. 3.

Istae decretales fortasse aliter digerendae et in hunc modum iungendae sunt: »(c. »verum. in f.) quaestio ab imperiali benepla»cito ... terminetur, (c. cum sit generale. »pr.) cum sit generale, ut actor forum rei se»quatur. — c. licet."

11) Istud Aretinae civitatis exemplum servavit *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de cess. actionis. §. 1. num. 8. et tit. de comp. iudicis aditione. §. 1. pr.
12) *deberet.* — B. »deb'e."
13) Alexand. 3.
14) Innoc. 3.
15) Gregor. 9.
16) Vid. *Tancr.* part. 2. tit. 1.
17) *praed. regula.* — B. »post dicta Rca."
18) *C. 13.* — B. »XII."

1) Ita noster h. part. tit. 4. §. 4. vers. praesentato.

41*

§. 1. §. Debet namque actor per se vel per procuratorem legitimum, ad omnia sustinenter instructum, se iudici praesentare cum libello querimoniae, ipsumque iudici offerre, C. 3.[2]) q. 3. c. offeratur. (c. 4. §. 5.) X. G. de lib. oblat. 2, 3. c. 1.[3]) et c. fin.[4]); et coram eo simpliciter per se factum proponat, X. G. de iud. 2, 1. c. pastoralis. 14.[5]); et petat reum citari, vel de eo iustitiam exhiberi.[6])

§. 2. §. Sequitur „quando." Et est dicendum, quod hora congrua. Et certe horam congruam appellamus, quando iudex sedet pro tribunali vel non erit aliis negotiis impeditus. arg. C. 2. q. 3.[7]) §. praevaricator[8]). Occupatum eum dicimus, cum eum contingit horis canonicis vel officiis interesse, quia tunc infestari non debet, arg. X. G. de celebrat. missar. 3, 41. c. dolentes. 9.[9]); item dum comedit, quia cum comedit, neque saecularis neque regularis debet infestari, arg. X. G. de convers. coniug. 3, 32. c. dudum. 20.[10]) Dist. 41.[11]) c. non cogantur. 3.; item de nocte non debet quis adire iudicem. ut X. G. de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24.[12])

§. 3. §. Sequitur „ubi." Et certe ibi debet iudex adiri, ubi sedet pro tribunali, ut superius diximus; alias non debet peti a iudice. ut C. 3. q. 3. §. spatium. v. a procedente.[13]) (c. 4. §. 3.) Quod autem de loco diximus, in ordinario, qui certum locum habet, specialiter observari oportet.

Sed aliud in delegato, qui certum locum non habet quandoque. Et ideo, qualiter actor se debeat habere coram illo, breviter duximus adnotandum. Itaque cum actor literas apostolicas impetraverit ad iudices delegatos, unum vel plures, literis habitis, omni mora postposita, se cum literis repraesentet, ubicumque ipsum invenerit, dummodo in loco idoneo et honesto, et hora congrua. „Omni mora postposita" ideo dictum est, ne adversarius eum praeveniat literis postea impetratis, et sic literae actoris posterius assignatae non teneant, maxime secundum opinionem illorum, qui hoc tenent per decr. X. G. de appell. 2, 28. ut debitus. 59.[14]) et per illam de rescr. 1, 3. capitulum s. Crucis. 30.[15]); licet alii aliter sentiant per decr. de rescr. 1, 3. ceterum. 3.[16]) et c. plerumque. 23.[17]) Et est alia ratio, quare[18]) literae debent iudici praesentari[19])

---

2) *C. 3.* — B. „IIII."

3) ex conc. ap. Medard. — Cf. *Gloss.* in v. libellum reclamationis.

4) Gregor. 9.

5) Innoc. 3.

6) B. add. „e. t. c. 1." Vitiose.

7) *q. 3.* — B. „q. II."

8) *§. praevaricator.* (sic B.) c. 8. §. 2. et seq., siv. legend. „§. praevaricatorem." §. 6. 7.; nam ex §. 7. vers. abolitio. arg. petitum esse videtur.

9) ex conc. Lateran. Innoc. 3. a. 1215. c. 17.

10) verb. „quod in hospitali praedicto cibis ad libitum posset uti." Gregor. 9.

11) *Dist. 41.* — B. „XL. d."

12) Innoc. 3.

13) *procedente.* — B. „p̄cedente."

14) ex conc. Lateran. Innoc. 3. a. 1215. c. 35. Cf. *Gloss.* in v. delegato et in v. assignatae.

15) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. prius.

16) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. ceterum.

17) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. infra annum. et ad c. 1. e. t. in v. mandatum.

18) *quare.* — B. „q̄lit'."

19) *praesentari.* — B. „¯sentat'onū."

omni mora postposita, quia tibi non potest dici postea ab adversario: „tu non „fuisti usus tuis literis"; quia statim fingeris uti eis, cum eas iudici praesentasti, et iudex statim incipit habere iurisdictionem, qui prius nullam habebat, et si quam habebat, quantum ad exercitium sua dormitabat iurisdictio. ut X. G. de rescr. 1, 3. c. pastoralis. 14. (in f.) [20]

§. [21]) Exhibitio vel porrectio literarum hoc modo fiat. §. 4.

Sit tibi notarius vel aliae duae personae, quae omnia acta conscribant, ut praecipit concilium X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam contra. 11. [22]), et de praesentatione literarum publicum conficiant instrumentum, vel ipsae literae in publica acta redigantur, ut dicetur infra [23]).

Iudex autem literas apostolicas recipiens reverenter eas legat in continenti et totum tenorem ipsarum inspiciat diligenter et tamquam prudentissimus indagator, in dictamine utrum stylus curiae observetur, quod cognoscitur pluribus coniecturis, scilicet si papa uni loquitur in plurali, vel si nomen alicuius, quantaecumque sit dignitatis, suo nomini praeponat, vel si episcopum, vel archiepiscopum, patriarcham vel primatem dilectum filium appellaret, vel si principes fratres appellaret; unde si iudex tales literas invenerit, eas reiiciat et eis nullam fidem adhibeat, X. G. de crim. falsi. 5, 20. c. quam gravi. 6. [24]), nisi forsan de vitio dubitaret, quia in literis simplicis iustitiae non de facili praesumitur vitium, X. G. de crim. falsi. 5, 20. c. accedens. 8. [25]), et ideo est, quod in tali articulo delegatus debet consulere delegantem, ut X. G. de rescr. 1, 3. c. super literis. 20. [26]) et c. cum contingat. 24. [27]) et de off. deleg. 1, 29. c. sane. 2. [28]) et in praealleg. c. accedens. (5, 20. c. 8.) [29]) et e. t. 5, 20. c. super eo. 2. [30]); — item, si falsa latinitas est ibi, quia nihil valet tunc rescriptum, X. G. de rescr. 1, 3. c. ad audientiam. 11. [31]), nisi forte vitium exile esset; tunc non noceret, si deficeret una litera, X. G. de fide intrum. 2, 22. c. ex parte. 11. [32]); — item si est rasura in loco suspecto, quia tunc praesumitur falsum, ut X. G. de privileg. 5, 33. c. cum olim. 14. [33]) et de crim. falsi. 5, 20. c. licet. 5. [34]) de religios. domib. 3, 36. c. cum venerabilis.

---

20) Innoc. 3.

21) B. per imprudentiam pictoris inscr. »Incipit summa a bono. e. composita." (Cf. not. 72. ad h. part. tit. 7.). Equidem nullam rubr. addendam esse censeo; nam totus huius §. 4. contextus ad tit. »de iudice adeundo" commode referendus est, et sic digestam esse hanc particulam ipsa nostri verba (h. part. tit. 4. §. 4. vers. praesentato.) testari videntur.

Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 2. p. 1. in rubr. de rescripti praesentatione.

22) ex conc. Lateran. Innoc. 3. a. 1215.

23) Vid. pag. 326. vers. 11. et seq., pag. 327. vers. 1. et seq.

24) Innoc. 3.

25) Innoc. 3.

26) arg. verb. in f. »ubi delegans suas »literas denegaret." Innoc. 3.

27) vers. »quaeris, an utrisque etc." Innoc. 3.

28) Alexand 3. Cf. *Gloss.* in v. priorum literarum.

29) Ibi in verbis, quae Raym. om.: »tu »easdem literas, sub sigillo praedictorum iu»dicum ad nostram praesentiam direxisti."

30) Luci. 3. Cf. *Gloss.* eas.

31) Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. manifestum.

32) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. »o" deerat.

33) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. rasuras.

34) Innoc 3. Cf. *Gloss.* in v. tenuem vers. in aliis autem literis.

7.[35]), nisi rasura sit tam modica et exilis, quod propter ipsam non deberet moveri animus sapientis, X. G. de crim. falsi. 5, 20. c. fin.[36]); — „in loco suspecto," ideo dixi, quia si in facti narratione inveniatur abrasum, non propter hoc vitiatur, X. G. de fide instrum. 2, 22. c. ex literis. 3.[37]), secus si in narratione iuris abrasum inveniatur. ut in e. c. ex literis.[38]); — item utrum scriptura sit informis, ut in praealleg. decretal. de privileg. 5, 33. cum olim. 14.[39]) et c. licet. (5, 20. c. 5.)[40]) et de fide instrum. 2, 22. c. inter dilectos. 6.[41]); — item qualitatem chartae inspiciat, ut in decret. licet. (5, 20. c. 5.)[42]), quae secundum consuetudinem curiae pecorina esse consuevit et grossa[43]); — et omnia vitia consideret, quae traduntur X. G. de crim. falsi. 5, 20. c. licet. 5.

His igitur inspectis statim iudex praecipere debet notario, quod de repraesentatione literarum notarius publicum conficiat instrumentum; aut ipsarum praesentatio in acta publica redigatur per duos idoneos viros. ut traditur X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam contra falsam. 11.[44])

Notarius quoque sit cautus, ut, sicut diximus de iudice, et ipse quoque literas inspiciat diligenter, quia, cum oporteat eum in serie instrumenti asserere, se literas integras et incorruptas vidisse, si vitium appareat postmodum in literis, instrumentum notárii poterit redargui falsitatis, nisi probaretur, postmodum istud vitium accidisse. — Et quod dico de iudice et notario, idem fere dico de actorę et reo. — In hoc casu omnes sint cauti in articulo praenotato: — actor, ne falsis literis utatur scienter, ut X. G. de crim. falsi. 5, 20. c. ad falsariorum. 7.[45]); — caveat iudex, ne auctoritate falsi instrumenti procedat, ut in e. t. c. super eo. 2. et c. quam gravi. 6.[46]); — caveat notarius, ne in falsum asserat, ut in praealleg. decret. cum olim. (5, 33. c. 14.) et de fide instrum. 2, 22. c. inter. 6.[47]); — item reus caveat, ne per falsas literas conveniatur. ut in tit. de crim. falsi. 5, 20. per totum. et de procurat. 1, 38. c. in nostra.[48]) 4.[49])

---

35) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. annotatio temporis. et in v. propter praedicta.

36) Innoc. 3.

37) Alexand. 3.

38) Cf. *Gloss.* in v. abrasae sunt. et ad l. c. ult. X. G. de crim. falsi. in v. rasuras.

39) verb. »subscriptiones singulas fuisse »singulis subscribentium manibus adnotatas »etc." Cf. *Gloss.* in v. subscriptiones. vers. sed probatum fuit.

40) Cf. *Gloss.* in v. in forma scripturae.

41) verb. »cum charta vetustissima vide»retur, recentior apparebat scriptura, tam»quam non illo tempore facta fuisset." et infr. »subscriptio notarii videbatur »manus alterius fuisse, quam subscriptio" (conscriptio) »instrumenti, cum tamen nota»rius in subscriptione profiteretur se instru»mentum manu propria conscripsisse. litera »quoque recentior videbatur, quam charta »etc." — Innoc. 3.

42) vers. sexta etc. et vers. septima etc.

43) *pecorina . . . grossa.* (quem morem isto tempore iam viguisse satis notum est.) — B. »p̃corina . . . rosa." — Ceterum plenius fortasse scribendum, (prout in *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de rescripti praesentat. §. 3. num. 4.): »charta pecorina, grossa et non »rasa."

44) ex conc. Later. Innoc. 3. a. 1215. c. 38.

45) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. examinent. et in v. dixerint.

46) Cf. pag. 325. vers. 18. 23.

47) Cf. not. sup. 39. 41.

48) *nostra.* — B. »m'a."

49) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. inutilem.

His igitur inspectis, si praedictae literae appareant incorruptae, statim de ipsarum praesentatione notarius in hac forma conficiat instrumentum. „In no„mine Domini. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo etc., indictione tali, „die tali, praesentibus domino A., archidiacono Aretino, et H., canonico, pres„byter B., de tali loco, literas apostolicas praesentavit venerabili domino A., Dei „gratia episcopo Aretino, quarum tenor talis erat: „„„Gregorius episcopus, servus „„„servorum Dei etc."" — et inserat totum rescripti tenorem de verbo ad verbum in instrumento suo; tenore inserto toto concludat in fine notarius dicens: „ego „A., subscriptus notarius, praedictae praesentationi interfui, et veni de mandato „iudicis praedicti, ista scripsi et in publicam formam redegi. Actum in tali loco „etc."

Sed videtur, quod nil utilitatis sit in ista confectione instrumenti, cum rescriptum integrum et incorruptum semper apparere debeat, alioquin nulla erit iurisdictio delegati, arg. X. G. de rescr. 1, 3. c. cum contingat. 24. [50]) de off. deleg. 1, 29. c. cum in iure peritus. 31. [51]), quia ergo, quod ratione caret, exstirpandum est etc. [52]) ut Dist. 68. c. chorepiscopi. 5. (§. 1.) Respondeo, non caret utilitate, quia praesentatio literarum est de processu iudicii, ergo necessario per manum publicam est redigenda in scriptis, quia si de ea revocaretur in dubium, iudici non credetur. Conficitur ergo de ea et ceteris, quae in causa fiunt, publicum instrumentum, vel in acta publica rediguntur, ut sciatur de die praesentationis, et, si adversarius praesentasset suas literas et negaret actoris literas praecessisse, posset sciri per acta vel per publicum instrumentum, quae primo fuerint praesentatae. Hoc totum habes X. G. de probat. c. quoniam contra falsam. 11. [53]) Est et alia ratio optima, quare conficitur instrumentum, nam si rescriptum perderetur, per tale instrumentum probaretur rescriptum facilius, quam per testes, et, si probaretur postea amissio rescripti, praemisso tenore posset procedi in causa, et illud transcriptum faceret fidem, cum factum fuerit per manum publicam et iudicis auctoritate transcriptum. Probatur hoc X. G. de privileg. 5, 33. c. cum olim. 12. [54]) et de fideiuss. 3, 22. c. pervenit. 2. [55]) Contra: de fide instrum. 2, 22. c. 1. [56]); sed iam solutum est, si superiora verba inspexisti; quia non facit transcriptum rescripti fidem, quando per solum notarium et non iudicis auctoritate factum fuit publicum instrumentum.

De citationibus. [1]) T. 4.

Quoniam actore se coram iudice praesentante ac de suo adversario sibi fieri

---

50) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. praecipimus.

51) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. super mandato.

52) *etc.* (B. om.) addend. propter praeced. v. „quia."

53) Vid. sup. pag. 325. vers. 8.

54) Innoc. 3. — Arg. ad difficiliorem probationem referendum est. Cf. *Gloss.* in v. sine reprehensione.

55) Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. sigillo.

56) Gregor. M.

Durant. sp. lib. 2. p. 1. tit. de rescr. praesentat. §. 1. num. 4. „obiicitur: rescriptum „originale integrum debet apparere . . X. G. „de fide instr. c. 1."

1) Ita noster part. 2. tit. 4. vers. primae.

iustitiam postulante, iudex ad suam praesentiam reum debet revocare, ideo, qualiter et quotiens reus sit citandus, breviter demonstremus.

Citatio enim debet fieri per nuntium vel per literas; aliquando citat iudex proprio ore, si reum invenit; sed hoc ultimo praetermisso, quia raro accidit, de duobus modis tractemus.

§. 1. §. Iudex per nuntium citat reum, et simplici assertioni nuntii credere potest. ut X. G. de appell. 2, 28. c. cum parati. [2]) 19. [3]) Dist. 86. c. tanta. 24. [4]) et arg. Dist. 97. [5]) c. nobilissimus. 3. [6]) Sed reus numquam tenetur credere simplici assertioni nuntii, si mandatum non ostenderit, ita quod per talem citationem teneatur venire. X. G. de iureiur. 2, 24. c. ego N. 4. [7]) Dicere tamen possumus, quod in hoc articulo esset potius distinguendum, utrum citetur ab ordinario, vel delegato; in primo tenetur, in secundo casu non tenetur, quia magis tenetur ordinario, quam delegato. arg. X. G. de appell. 2, 28. c. ad haec si in [8]) una. 6. (in f.) [9]) de rescr. 1, 3. c. ad hoc. 10. [10]) de off. ordin. 1, 31. c. significavit. 6. [11]) Item tamen subdistinguitur, an citetur [12]) per certum nuntium atque notum, aut per ignotum, quod in primo tenetur comparere, in secundo vero non tenetur; et hoc innuunt verba decr. cum parati., ubi dicit: nuntius suus etc. [13]) Dico tamen, quod sanius est, quod vadat, qualiscumque sit citatio.

Sed quia non debet iudex [14]) cum honestate aliquid in iudicio facere calumniosum, imo omnia debet facere lucida et aperta, Dist. 4. c. erit. 2. X. G. de haeret. 5, 7. c. cum ex iniuncto. 12. [15]) de verb. signif. 5, 40. c. abbate. 25. [16]), rudes iudices et maxime iuris ignaros instruamus, citationes per nuntium sine [17]) gravamine expedire.

Itaque si iudex vult reo nuntiare, ut veniat, sive nuntius sit notus sive ignotus, et sive sit ordinarius iudex sive delegatus, ut omnis dubietas amputetur, sic faciat. Praesente actore et praesente notario, qui admittitur in illo [18]) articulo, X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam contra. 11. [19]), iniungat nuntio, quod ipse ex parte sua talem reum debeat citare et praecipere sibi, quod ipse in tali termino peremtorio compareat per se vel defensorem legitimum coram eo, in tali loco, super tali causa adversario rationabiliter responsurus, et sciat, quod si ipse non venerit vel miserit, iudex procedere debet quantum de iure etc.; et hoc in continenti scribatur in actis. Et haec praecipue debent observare iudices delegati.

---

2) *cum parati.* — B. „im pari."

3) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. suus nuntius. et ad c. quoniam. 11. X. G. de probat. 2, 19. in v. citationes.

4) Cf. *Gloss.* in v. sed filius.

5) *Dist. 97.* — B. „XVII. d."

6) Cf. *Gloss.* in v. credidimus.

7) Gregor. 7. Cf. *Gloss.* in v. tractabo.

8) *in.* B. om.

9) Alexand. 3.

10) Luci. 3.

11) Coelestin. 3. Cf. summ. ord.

12) *citetur.* — B. „citet."

13) Cf. not. sup. 3.

14) *iudex.* — B. „uideri."

15) vers. Deus enim lux vera etc. Innoc. 3.

16) vers. hic autem sensus rectior esse videtur etc. Innoc. 3.

17) *per nunt. sine.* — B. „sine per nuntium."

18) *in illo.* — B. „nll'o."

19) verb. citationes. Innoc. 3.

Si vero necesse fuerit fieri publicum instrumentum, hoc modo conficiatur: „Guilielmus, canonicus Aretinus, in causa, quae vertitur inter presbyterum P. „talis loci, ex parte una, et presbyterum I., rectorem ecclesiae St. Michaelis, ex „altera, super quibusdam decimis et aliis rebus, a sede apostolica iudex delega- „tus, fecit et constituit R., clericum, suum nuntium ad citandum praefatum pres- „byterum, ut vigesima die post hanc citationem per se, vel per procuratorem ido- „neum, ad omnia sufficienter instructum, in claustro maioris ecclesiae compareat „coram eo, presbytero P. supra dicto rationabiliter responsurus; alioquin ipse „procedet in causa, quantum postulat ordo iuris. Ego T. notarius publicus „huic instrumento [20]) interfui, et de mandato dicti iudicis scripsi et publicavi „hoc."

Statim [21]) nuntius ille cum actore vel sine actore accedat ad domum rei cum notario isto [22]) vel alio; et si invenit reum, ipsum citet secundum formam superius annotatam. — Et citatione facta notarius inde publicum conficiat instrumentum sub hac forma: „Robertus clericus, nuntius magistri G., canonici Aretini, a „sede apostolica in hac parte iudicis delegati, citavit presbyterum I., rectorem ec- „clesiae St. Iohannis, et praecepit ei ex parte domini iudicis peremtorie, ut vige- „sima die post hanc citationem in claustro maioris ecclesiae compareat coram eo, „presbytero P. supra dicto, rectori ecclesiae St. Andreae, de conquestione rationa- „biliter responsurus; alioquin iudex procedet, quantum de iure fuerit proceden- „dum. Et ego T. etc."

§. Expedito tractatu citationis, quae fit per nuntium, ad eam citationem, §. 2.
quae fit per literas iudicis, velociter properemus; et quia in hoc articulo frequenter iudices errant, qui per viam iustitiae desiderant ambulare, super hoc doctrinam claram innitimur edocere; nec tamen doctos intendimus instruere, quia hoc esset solem facibus [23]) adiuvare, quod fieri non debet, C. 6. q. 1. c. si omnia. 7.; sed minus doctis viam [24]) cupimus demonstrare, quod fieri debet. ut X. G. de magistris. 5, 5. per totum. arg. C. 12. q. 2. c. cum devotissimam. 8.

Igitur considerare debet iudex, antequam citet partes, qualitatem personae, quae vocanda est ad iudicium, item distantiam locorum, item qualitatem negotii, et tempus, et ceteras circumstantias; ut omnibus compensatis sciat secundum personarum et negotii qualitatem inducias et terminos. Et ideo dicitur, quod cum maiori deliberatione tractari debet causa matrimonialis, quam pecuniaria. Item tam magnam et arduam, quam minimam considerare debet. Item maiores inducias debet habere remotus quam proximus, et maiores uno tempore quam reliquo. Et haec omnia in citationibus et toto negotio sunt attendenda. Exempla

20) *instrumento.* — Melius: »constitutioni" (sc. nuntii.)

21) B. »publicavi. hoc statim." — Scribendum fortasse: »publicavi. Hoc facto statim."

Durant. sp. lib. 2. p. 1. tit. de citat. §. 4. num. 9. »his interfui et de mandato praedicti »iudicis hoc scripsi et publicavi et signo »meo signavi. Quo facto etc."

22) *isto.* — B. »sup isto." (super isto.) — Fortasse scribendum: »supra dicto."

23) *facibus.* — B. »falcibus."

24) *viam.* — B. »unā."

habes quasi infinita [25]: C. 3. q. 9. c. nihilominus. 16. [26] X. G. de off. deleg. 1, 29. c. sane. 11. [27] et c. consuluit. 24. [28] de transact. 1, 36. c. fin. [29] et de rest. in int. 1, 41. c. tum ex literis. 5. ad f. [30] ut lite non contest. 2, 6. c. quoniam. 5. [31] de dilat. 2, 8. c. 1. in f. [32] de feriis. 2, 9. c. conquestus. 5. [33] de dolo et contum. 2, 14. c. cum dilecti. 6. [34] et c. cum olim. 7. [35] de appell. 2, 28. c. cum sit. 5. [36] et c. oblatae. 57. [37] de cleric. non resident. 3, 4. c. ex tuae.

---

25) in omni sc. iudiciorum parte studiose et prudenter versandum esse. Quod probaturus noster potissimum ex Gregor. decretalium collect. complura ita congessit, ut titulorum ordinem sequeretur. Equidem, ne ista exempla plus, quam aequum est, lectorem morentur, ea, quae ex auctoris sententia h. l. consideranda esse videntur, in seq. notis addenda esse putavi.

26) ».. nec eorum" (testium) »voces »tamquam plurium admittuntur, quos tempo»rum quidem diversitas simul interfuisse »prohibuit."

27) ».. si episcopus vel alia persona .. »rebellis aut contumax fuerit, secundum »qualitatem facti poterit vel interdicti vel sus»pensionis sententia .. compelli, ita quod »iudex secundum negotii qualitatem tempe»rate procedens etc." Alexand. 3.

28) ».. distinguendum, utrum iurisdictio »duret post terminum peremtorium, an ex»spiret in illo: si durat, in diem alteram ae»quitate suadente poteris exspectare etc... »Porro discretus iudex in assignatione per»emtorii non debet iurisdictionem suam, nisi »necessitas exigat, adeo coarctare." Innoc. 3.

29) ».. poteris ad componendum inter»ponere partes tuas, et interdum aliquid se»veritati detrahere, prout, statu imperii et »excedentium multitudine provida delibera»tione pensatis, videris expedire .. In his, »super quibus ius non invenitur expressum, »procedas aequitate servata, semper in hu»maniorem partem .. declinando, secundum »quod personas et causas, loca et tempora »videris postulare." Honor. 3.

30) ».. mand., q. usque ad festum b. Lu»cae .. appareatis, .. pro certo scituri, quod, »cum .. propter multam locorum distantiam »non possit ad nos sine magnis laboribus et »expensis saepius haberi recursus, si ad »praemissum terminum, quem vobis perem»torium assignamus, iniuncta vobis contem»seritis adimplere, nos nihilominus in ipso »negotio, quantum de iure poterimus, pro»cedemus." Innoc. 3.

31) Innoc. 3. — Noster et ad ea, quae de testibus ante lit. cont. audiendis dicta sunt, et ad ea, quae contumaciam respiciunt, remittere voluisse videtur.

32) ».. quia non spectat ad iuris ordi»nem, diem peremtorium, maxime cum de »rebus ecclesiasticis agitur, nisi forte neces»sitate urgente, taliter maturare etc." Alexand. 3.

33) ».. solemnibus feriis, nisi necessitas »urgeat vel pietas suadeat, . . convenit" (a iudiciali strepitu) »abstinere etc." Gregor. 9.

34) ».. quia dictus electus nec venerat, »nec sufficientem miserat responsalem, ad »diem sibi statutum vel post etiam diutius ex»spectatus, nec de vicino eius adventu spes »erat, .. eum reputavimus contumacem etc." Innoc. 3.

35) vers. »volentes igitur adhuc miseri»corditer agere etc." Innoc. 3.

36) ».. appellantibus annus indulgetur, »aut ex necessaria et evidenti causa bien»nium, nisi forte iudex, a quo appellatum »fuerit, secundum locorum distantiam et »personarum et negotii qualitatem recisius »tempus fuerit moderatus." Alexand. 3.

37) ».. licet appellanti legitime a senten»tia indulgeatur annus a lege, aut ex iusta »causa biennium .., quia tamen huiusmodi »terminus potest restringi non solum a pro-

11.[38]) de consang. et affin. 4, 14. c. 1.[39]) de accusat. 5, 1. c. licet. 14.[40]) de simon. 5, 3. c. licet. 31. et c. per tuas. 32. et de sent. excomm. 5, 39. c. sacro. 48.[41])

Sed quia

segnius irritant animum demissa per aures,
quam quae sunt oculis etc.[42])

unde, qualiter dictae circumstantiae sint observandae, per exempla dilucida demonstremus.

Sed quia saepius ad ordinarium, quam ad delegatum, pro factis recurritur, ideo de ipsorum citationibus primitus ostendamus. Et est sciendum, quod[43]) ordinarii duobus modis consueverunt citare. Nam aut dirigunt literas illi, qui vocatur, aut committunt alicui vicinae personae, quod illum citet. Primum consuevit servari in clericis, secundum in laicis; quia cum laici nesciant legere, non eis consueverunt literae destinari. Si tamen contrarium fiat, non est contra ius, quia et clericus citari potest per alium, X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. fin. in f.[44]), et laico possunt literae destinari citatoriae. X. G. de procurat. 1, 38. c. accedens. 10.[45]) In utroque casu exempla ponamus.

In primo episcopus citat suum subditum hoc modo: „Laurentius, Dei gratia „episcopus Aretinus, dilecto in Christo plebano talis loci salutem et suam alias „benedictionem. Querelam T. clerici recepimus continentem, quod cum ecclesia A. „de Rippa, quae ad tuam donationem dignoscitur[46]) pertinere, de voluntate et „consensu tuorum clericorum eidem liberaliter contulisses, et ipse eam aliquam„diu pacifice possedisset, tu postmodum ipsum eadem ecclesia sine causa rationa„bili et contra iuris ordinem spoliasti, ipsam post appellationem ad nos interpo„sitam cuidam nepoti tuo minus idoneo[47]) conferendo, carnalitatis secutus affe„ctum, non iudicium rationis: ideo discretioni tuae iniungendo man., qua., si est „ita, infra octo dies post harum literarum praesentationem praedictam ecclesiam „cum fructibus medii temporis eidem restituere non postponas, alioquin vigesima „die post harum praesentationem, si de tuo iure confidis, coram nobis studeas

---

»vocante, verum etiam a iudice, a cuius sen»tentia provocatur, .. credimus distinguen»dum etc."

».. potest utique, imo debet superior iu»dex, ad quem fuerat appellatum, terminum »provide moderari etc." — Innoc 3.

38) ».. in ecclesiis eorum, qui se frau»dulenter absentant, nec ad ipsos valet cita»tio pervenire, trinae citationis edictum fa»cias publicari etc." Innoc. 3.

39) ».. non sunt causae matrimonii tra»ctandae per quoslibet, sed per indices »discretos." Alexand. 3.

40) »ne in absolutione tua minus cano»nice procedere videamur, .. C. episcopo et »abbati de F. inquisitionem famae tuae duxi»mus committendam." Innoc. 3.

41) *de simon. c. licet. etc.* — causas criminum (c. licet. et c. per tuas.) et excommunicationes (c. sacro.) caute et circumspecte tractandas esse. Innoc. 3.

42) *etc.* i. e. subiecta fidelibus. *Horat.* A. P. v. 180. 181.

43) *quod.* — B. om.

44) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. alios.

45) Gregor. 9. nobili viro Ubaldo. ».. »procuratorem idoneum ad praesentiam no»stram mittas."

46) *dignoscitur.* — B. »dinoscere."

47) *idoneo.* — B. »idonee."

„comparere, praefato clerico rationabiliter responsurus; et iterum prohibemus, „ne contra ipsum debeas aliquid innovare."

Si vero alteri citatio committatur, hic erit modus: „Iohannes, Dei gratia „episcopus Aretinus, dilecto in Christo plebano de tali loco salutem etc. Quere„lam T. clerici etc." ut supra. „ideoque discretioni tuae man., qua. dictum ple„banum ex parte nostra monere procures, quod, si[48]) est ita, dictam ecclesiam[49]) „eidem restituere non moretur, alioquin peremtorie iniungas eidem, quod vige„sima die post hanc citationem compareat coram nobis, praedicto T. etc."

Si autem citetur laicus et citatio ipsius alicui committatur, haec erit forma: „Martinus, Dei gratia Aretinus episcopus, dilecto in Christo presbytero de tali „loco salutem et benedictionem. B. mulier nobis lacrimosa questione monstravit, „quod cum I. vir suus secum per verba de praesenti et carnalem copulam ma„trimonialiter contraxisset et ei per plures annos tamquam uxori affectu adhaese„rit coniugali, nunc omni timore[50]) postposito, reiecit[51]) eandem et cuidam me„retrici non erubuit publice adhaerere. Ideoque discretioni tuae man., qua. prae„fatum I. ex parte nostra monere procures, ut muliere, cui adhaesit, omnimodo „dimissa, praefatam B. uxorem suam recipere non postponat et eam maritali af„fectione pertractet; alioquin decima die post admonitionem praedictam appareat „coram nobis. Iniungas eidem, quod si non fecerit, procedemus contra eum, „sicut exigit ordo iuris." — Vel potes aliter dicere: „quod si non fecerit, tu „nostra fretus auctoritate, eum et supra inductam excommunicationi[52]) denunties „subiacere, et eos facias tamquam excommunicatos ab omnibus arctius evitari."

§. 3. §. Sed opponitur de eo, quod dictum est supra de termino decem vel viginti dierum, quia videtur, quod male dixerit, triplici ratione: primo, quia unica data fuit dilatio, cum debuerit dari trina; secundo, quia primo termino non debet quis citari peremtorie; tertio, quia fuit terminus brevis; et faciunt ad hoc X. G. de rescr. 1, 3. c. olim.[53]) 25.[54]) de dilat. 2, 8. c. 1.[55]) et c. fin.[56]) C. 5. q. 2. c. vocatio. 1. C. 4.[57]) q. 5. c. quisquis. 1. — Respondeo[58]), verum est de aequitate, quia aliquis debet citari tribus vicibus vel edictis, ut in praeallegatis iuribus; sed datur ex causa unus peremtorius pro omnibus reo, quod potest fieri de iure, C. 24. q. 3. c. de illicita. 6. (§. 1.)[59]) X. G. de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24.[60]) de dolo et contum. 2, 14. c. fin. (in f.)[61]); et hoc hodie ubique tenet consuetudo. Nec obstat decr. illa de dilat. 2, 8. c. 1., quia iudices gravaverunt ibi partem in duobus, dando terminum nimis brevem et peremtorium, quod esse non debet. — Sed quem dicemus terminum congruum aut peremtorium? numquid

---

48) *si.* — B. »nō."

49) *dictam eccl.* — B. »dictarum ecclesia»rum."

50) *omni timore.* — B. »de rimore."

51) *reiecit.* — B. »reicit."

52) *supra inductam excomm.* — B. »sup" (super) »inductam excommunicationem."

53) *c. olim.* — B. »cum olim."

54) Innoc. 3.

55) Cf. not. sup. 32.

56) Gregor. 9.

57) *C. 4.* — B. »III."

58) *Respondeo.* — B. »Respondere."

59) Cf. *Gloss.* in v. peremtorio.

60) vers. si autem exspiret. Innoc. 3.

61) Gregor. 9.

erit unus mensis, ut C. 4. q. 5. [62]) c. quisquis. 1.? Dico, non esse determinatum in iure, quod tempus sufficiat in qualibet causa; et ideo relinquitur arbitrio boni viri, ut C. 26. q. 7. c. tempora. 2. [63]) de poenit. Dist. 1. [64]) c. mensuram. 86., consideratis tamen circumstantiis omnibus, ut superius est expressum. — Sed pone, quod iudex in prima citatione inserat tres terminos in literis, et reus compareat in primo, actor vero non, quia credit reum exspectare terminum peremtorium. Hoc solutum est in titulo de dolo et contumacia et non venientibus ad iudicium [65]).

Quaecumque supra de citatione episcopi dicta sunt [66]), de citatione minorum, archidiaconi, praepositi, et decani, et aliorum ordinariorum intelligas iterata.

§. Forma igitur citationis, quae fieri habet quandoque per nuntium et quan- §. 4.
doque per literas ordinariorum, breviter expedita, nunc ad citationem iudicum delegatorum accedamus.

Et est sciendum, quod delegatus a sede apostolica per nuntium et sine literis reum citare non debet. Ratio est, quia in literis citatoriis iudices rescriptum apostolicum inserere tenentur, ut reus possit instrui et deliberare, quid possit vel debeat in termino respondere, X. G. de dilat. 2, 8. c. praeterea. 2. [67]), et ut cognoscat iudicem auctoritatem citandi habere. X. G. de off. deleg. 1, 29. c. cum in iure. 31. [68]) Quomodo posset hoc facere, si per nuntium tantum citaretur? Imo, si esset causa criminalis, inserenda essent crimina in literis, super quibus est accusatus. C. 5. q. 2. c. si primates. [69]) 4. arg. X. G. de accusat. 5, 1. c. qualiter. 24. §. ult. [70]) Et ideo iudices delegati nullo modo debent citare per nuntium, sed per literas, ut superius est expressum.

Praesentato igitur rescripto papali, ut [71]) supra dictum est in titulo de iudice adeundo [72]), statim debent iudices citationis literas praeparare, quarum forma talis est, si unus solus sit iudex delegatus et episcopus: „A., Dei gratia Aretinus episcopus, iudex a sede apostolica delegatus, dilecto in Christo M., abbati „monasterii St. Luciae, [73]) salutem." — Si vero plures sint episcopi, in salutatione honorabilior praemittatur. Si vero omnes maiores, dic ut supra dixi de episcopis. Si fuerit episcopus et alii maiores praelati, semper episcopus praemittatur. Si autem pro parte simplices canonici et pro parte in dignitate constituti, qui sunt in dignitate, praemittere debes. Si fuerint omnes simplices canonici, an-

---

62) *C. 4. q. 5.* (cf. *Tancr.* pag. 132. vers. 10. 11.) — B. »VIII. q. 1."

63) *tempora.* (cf. *Gloss.* ad l. c. mensuram. in v. in arbitrio.) — B. »ip."

64) *Dist. 1.* — B. »d. III."

65) Cf. seq. h. part. tit. 7. §. 1. in f.

66) *Quaecumque . . . dicta sunt.* — B. »q₂ »g." (quia igitur) . . dictum est."

67) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. plene potuit.

68) Innoc. 3. Ibi summ. ord. »non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet."

69) *primates.* — B. »mares." — Cf. *Gloss.* l. in sup. not. 67.

70) *§. ult.* (B. »§. ille.") vers. contra quos. Innoc. 3.

71) *ut.* B. om.

72) h. part. tit. 3. §. 4.

73) B. add. »in salutis actorem.", quorum loco vel nomen civitatis vel aliquam salutationis particulam (v. g. »cum benedictione,") addere poteris.

tiqtior praeponi debet. Et inde non contemnas ista, quoniam praelati nostri temporis multum in talibus desiderant honorari, et nisi honorentur, multipliciter dedignantur. — Si vero omnes fuerint simplices canonici, ut praediximus, dictator sic procedat: „A. B. C. D., canonici Aretini, a sede apostolica iudices dele„gati, dilecto in Christo plebano plebis talis loci, cum dilectione salutem. Scri„psit dominus Papa in hunc modum: „„„Innocentius episcopus etc. Veniens ad „„„praesentiam nostram G. presbyter nobis conquerendo monstravit, quod B. de „„„Podio, presbyter, et quidam alii Aretinae dioecesis super iure parochiali, deci„„„mis, oblationibus et rebus aliis iniuriantur eidem; quocirca man., qua., si est „„„ita, partibus convocatis, causam audiatis et eam fine canonico terminetis, fa„„„cientes, quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam, app. rem., firmiter „„„observari. Testes autem etc. Dat. Later. decimo Cal. Ianu., pontificatus nostri „„„anno decimo."'' Volentes igitur mandatum apostolicum fideliter adimplere, ca„ritatem vestram monemus et rogamus, vobis auctoritate, qua fungimur, nihilo„minus iniungentes, qua. praedictum presbyterum B. et omnes alios, quos dictus „presbyter G. duxerit nominandos, ex parte nostra citare curetis, ut vigesima die „post harum praesentationem coram nobis in civitate Aretina apud ecclesiam ma„iorem per se vel procuratorem legitimum se [74]) repraesentent, quem terminum „ex parte nostra peremtorium pro omnibus ceteris assignetis; alioquin sciant, „quod in causa iuxta traditam nobis formam, quantum de iure poterimus, pro„cedemus."

Quod autem talis sit forma iudicum delegatorum in literis citatoriis, satis probatur bene per multa iura. — Et quod iudex delegatus sic possit incipere: „scripsit nobis dominus papa", est optimum argumentum C. 7. q. 1. c. 1. [75]) — Et qui tenor sit in literis citatoriis, probatur per decretal. (X. G.) de dilat. 2, 8. praeterea. 2. [76]) et de dolo et contum. 2, 14. c. fin. [77]) et arg. opt. C. 7. q. ult. c. 1. [78]) X. G. de confirm. utili. 2, 30. c. penult. [79]) — Quod autem possit dari unus terminus peremtorius pro omnibus ceteris, probatur C. 24. q. 3. c. de illicita. 6. (§. 1.) [80]) X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. cum dilecti. 6. et c. cum olim. 7. (in f.) [81]) et c. fin. [82]) — Quod iudices in fine literarum debeant comminari, dicitur X. G. de maiorit. et obed. 1, 33. c. humilis. 17. [83]) et de rest. in int. 1, 41. c. cum ex literis. 5. (in f.) et in praealleg. decretali de dolo. 2, 14. cum dilecti. 6. quasi in princ. [84]) — Quod autem possint, imo debeant certum locum et

---

74) *se.* — B. om.

75) *q. 1. c. 1.* — B. »q. c. I." — Verumtamen ex verbis epist. Gregorii ad Anatolium diaconum »scripsit mihi tua dilectio etc." *optimum* arg. h. l. haud petendum est.

76) Cf. sup. not. 67.

77) verb. ». . dedimus in mandatis, ut . . »auctoritate nostra *iuxta praemissam formam* »te peremtorie citare procurent." Gregor. 9.

78) *c. 1.* (B. »c. fi." Sed cf. *Durant. sp.* lib. 2. p. 1. tit. de citat. §. 4. num. 7.) Arg. ex literis ad papam scriptis petitum esse videtur. Cf. sup. not. 75.

79) arg. verb. »ad maiorem rei eviden»tiam literis confirmationis tenor compositio»nis insertus etc." Honor. 3.

80) Cf. sup. not. 59.

81) c. 6. 7. Innoc. 3.

82) Cf. sup. not. 77.

83) Gregor. 9.

84) Arg. ex istis maxime verbis, quae (in c. tum ex literis. et in c. cum dilecti.) in re-

diem reo iudices assignare, dicitur X. G. de rescr. 1, 3. c. olim. 25. [85]) et arg. e. t. c. fin. [86]) — Quod autem possint committere citationem, cuicumque velint, dicitur X. G. de off. deleg. 1, 29. c. pastoralis. 28. (§. 1.) [87])

Literis itaque sic formatis et compositis, statim quilibet iudex proprium sigillum apponat literis, et quot sint iudices, tot sint sigilla apposita. Sed si alter iudicum [88]) proprium sigillum non habeat, socii vel alterius apponere non omittat, tamen cum hac cautela, quod in fine literarum adiungat et hoc protestetur per verba: „quaeso autem, quod in literis praesentibus sigillum proprium non „apposui, vestra discretio non miretur, cum ipsum prae manibus non haberem, „et ideo sigillum talis feci mei sigilli loco et vice apponi."

Sed numquid citatio duorum, sine praesentia tertii non excusantis suam absentiam, tenet? Habes expresse, quod non: X. G. de off. deleg. 1, 29. c. cum causa. 22. [89]) et c. prudentiam. 21. in princ. [90])

Item numquid tenet citatio duorum de licentia tertii facta, sine commissione eiusdem? Dicunt quidam, quod sic; et quandoque fit de facto. Ego tamen credo, quod non; quod sic probatum est: citatio est pars iudicii, X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam. 11. [91]) et de off. deleg. 1, 29. c. gratum. 20. [92]) et c. relatum. 19. [93]) cum suis concordantiis; siquidem [94]) duo procedunt, tertio non veniente nec se excusante nec vices alii committente, nisi alias de sua impotentia constaret, duo nihil agere reputantur, X. G. de rescr. 1, 3. c. sciscitatus. 13. et de off. deleg. 1, 29. c. prudentiam. 21. (pr.) [95]) C. 2. q. 6. §. diffinitiva. in verbo „si plu„res." (c. 41. p. 8. §. 7.); ergo duorum citatio in casu praemisso nulla est. Et certe verum est. Verum si duo protestentur in literis, quod hoc factum sit de licentia tertii, consulo [96]) citato, quod vadat saltem allegaturus privilegium. X. G. de appell. 2, 28. c. cum parati. 19. [97]) et c. si duobus. 7. [98]) et de off. deleg. 1, 29. c. cum causa. 22. [99])

Item, quodsi [100]) tertius iudex vel duo ex iudicibus sigilla propria non habeant, et sigillarent literas sigillis alienis, de hoc nullam mentionem in suis literis facientes, numquid valet citatio? Dico, quod non; imo literae praesumuntur falsae. Sic, si [101]) in literis B. G. et R. canonici Aretini nominantur tamquam iudices delegati, et in sigillis illis literis appositis diceretur sigillum A. et S. ca-

---

scriptis Innocentii tertii occurrunt, desumtum esse videtur.

85) arg. verb. „diem ei assignaverunt et „locum etc." Innoc. 3.

86) arg. verb. „vel indeterminate ad vil„lam etc." Gregor. 9.

87) Innoc. 3.

88) *Sed si alter iudicum.* — B. „set alt' ın „d' ın."

89) Innoc. 3.

90) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. teneatur.

91) Innoc. 3.

92) Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. quasi coeptum.

93) Luci. 3. Cf. *Gloss.* in v. contestata.

94) *siquidem.* — B. „sȝ q̇" (set quid.)

95) *c. sciscit. c. prudent.* Coelestin. 3.

96) *consulo.* — B. „consulto."

97) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. obtentu appellationis. in f.

98) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. tenebit. in f.

99) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ab illis.

100) *si.* — B. „sit."

101) *si.* B. om.

nonici plebis de Costa, constat, quod literae sigillorum discordant a literis citationis; et ideo praesumuntur falsae. X. G. de appell. 2, 28. c. significavit. 48. 102) — Quod autem literae iudicum valeant cum sigillis alienis, hoc facit protestatio iudicum 103), quam ponunt in fine literarum, quae frequenter relevat protestantem. X. G. quod metus causa. 1, 40. c. 1. 104)

Literis igitur signatis, ut praemissum est, actor eas accipiat et statim deferat ad citatorem 105); in quarum praesentatione sit cautus, ne sigilla frangantur vel inde 106) cadant; et praesente notario eas porrigat citatori 107); et faciat inde, si necesse fuerit, confici instrumentum, cuius tenor est talis: „Anno Domini etc. „presbyter R. praesentavit domino plebano de tali loco literas ex parte domino„rum B. et S. et R., canonicorum Aretinorum, a sede apostolica iudicum dele„gatorum: reverendo in Christo etc." — et ponat ipse notarius tenorem citationis de verbo ad verbum, et in fine subiungat: „ego notarius T. dictarum litera„rum praesentationi interfui et praedictas literas cum sigillis praedictorum iudicum „legi etc."

Citator autem, literis receptis et perlectis, si reus, qui debet citari, alias est eius subditus, ad suam praesentiam advocet; si vero non sit ei subditus vel alias sit magna persona, ipsemet accedat ad eum; praesente notario vel idoneis testibus, per quos posset citatio probari, si fuerit necesse, ipsum citet iuxta traditam sibi formam; et faciat inde fieri, si potest, publicum instrumentum, cuius forma erit talis: „Anno Domini etc. Andreas, plebanus talis plebis talis loci, citavit „B. 108), presbyterum talis loci, ex parte dominorum B. et C. et D., canoni„corum Aretinorum, a sede apostolica iudicum delegatorum, et praecepit ei per„emtorie, quod vigesima die post hanc citationem in civitate Aretina in claustro „maioris ecclesiae per se 109) vel per idoneum responsalem compareat, coram eis „presbytero R., de eo conquerenti, rationabiliter responsurus; alioquin sciat, „quod praedicti iudices procedent, sicut exigit ordo iuris. Ego T. notarius huic „citationi interfui et de mandato dicti citatoris scripsi."

Hoc autem facto reus sit cautus et petat copiam citationis. Citator autem praecipiat notario, quod transcribat illi literas citationis, quas a iudicibus recepit, ita quod originalia apud ipsum remaneant.

Quae autem de delegatis diximus, de ipsorum subdelegatis intelligas repetita.

T. 5. De delegationibus.

Verum quia iudices quandoque causae interesse non possunt ac oportet eos vices suas aliis 1) aliquando delegare, qualiter hoc facere possunt, breviter ostendamus.

---

102) Innoc. 3.

103) *iudicum.* — B. »iudicis."

104) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. proposuit.

105) *citatorem.* — B. »citatum."

106) *inde.* — B. »R. m̄." — Fortasse scribend. »exinde."

107) *citatori.* — B. »citato."

108) *B.* ab. a B.

109) *per se.* B. om.

1) *aliis.* — B. »alt'ius."

Et est sciendum, quod delegatus a principe a iure habet, quod possit committere alteri vices suas, Cod. de iud. 3, 1. l. a iudice. 5. [2]) X. G. de off. deleg. 1, 29. c. pastoralis. 28. (pr.) [3]) et c. fin. [4]); et totum negotium potest committere coniunctim et divisim. — Committit coniunctim, quando committit totam causam hoc modo: „committo tibi vices meas totaliter in tali causa"; divisim, quando retinet sibi partem et partem committit, ut si committat vices suas usque ad litem contestatam, vel si committat alicui receptionem testium vel similia. Et hoc totum traditur X. G. de off. deleg. 1, 29. c. sane. 2. (11.) [5]) et c. ex literis. 29. [6]) — Item potest committere suo condelegato, ut e. t. c. quamvis. 6. [7]); et hoc verum, si sit impeditus de iure vel de facto, X. G. de rescr. 1, 3. c. sciscitatus. 13. [8]); alioquin socius eius commissionem eius recipere non teneretur, X. G. de off. deleg. 1, 29. c. coram. 34. [9]); et verum, si clausula illa sit in rescripto posita: „quod „si non omnes"; alioquin socius commissionem socii recipere non compellitur, cum non liceat eis fines mandati excedere. ut X. G. e. t. c. prudentiam. 21. (pr. in f.) [10]) et de rescr. 1, 3. c. cum dilecta. 22. [11]) — In casu etiam impeditus potest committere vices suas, cum scilicet committitur uni soli. X. G. de off. deleg. 1, 29. c. si pro debilitate. 3. [12]) et c. venerabili. 37. [13]) — Et quia haec materia in textu et in glo. est expedita [14]), supersedeamus.

Verumtamen de tali commissione notarius sic concipiet instrumentum: „Anno „Domini etc. G. canonicus talis loci, in causa, quae vertitur" (vel „verti spera- „tur") „inter presbyterum P. de tali loco ex una parte et B. de tali ex altera, a „sede apostolica iudex delegatus, commisit vices suas domino R. canonico et col- „legae suo usque ad diffinitivam. Et ego T. notarius huic commissioni interfui „etc."

Verumtamen scire debes, quod non refert, utrum notarius in huiusmodi instrumentis loquatur in prima [15]) persona vel in tertia, dummodo non [16]) mutetur substantia veritatis. X. G. de convers. coniug. 3, 32. c. dudum. 20. [17]) Et hoc puto verum, excepto instrumento sententiae diffinitivae, in quo iudex debet loqui in prima persona. arg. Cod. de sent. ex peric. recit. 7, 44. l. 1.

---

2) Cf. *Pill.* part. 2. §. 14. et ibi not. 8.

3) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. exonerare.

4) Cf. *Tancr.* part. 1. tit. 2. §. 4. et ibi not. 43.

5) arg. verb. »iudex a nobis delegatus »vices nostras gerit." Alexand. 3.

6) arg. verb. »cum primos iudices aucto- »ritate literarum nostrarum iurisdictionem »non sit dubium habuisse, quam potuerunt »postmodum patriarchae quoad exsecutio- »nem sententiae demandare." Innoc. 3.

7) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. duobus.

8) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. impotentia.

9) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quod non intelligitur.

10) Coelestin. 3.

11) Innoc. 3.

12) Alexand. 3.

13) vers. porro idem archiepiscopus. Honor. 3.

14) *expedita.* — B. »iñ expedita." — Fortasse scribendum: »expedita, inde."

15) *prima.* — B. »sa." (secunda.)

16) *non.* B. om.

17) Gregor. 9.

T.6. De praesentatione partium. [1])

Expeditis formis citandi et modis commissionum iudicum delegatorum, restat videre, qualiter in termino peremtorio partes se debent praesentare.

§. 1. §. Adveniente vero termino actor cum literis et instrumento citationis primo compareat. Notarius quoque praesentationem actoris statim scribat in hunc modum: „Otto presbyter, rector ecclesiae St. Petri de tali loco, praesentavit se co„ram dominis B. et G. et R., canonicis Aretinis, iudicibus delegatis, pro causa, „quam habet vel habere sperat cum C. de tali loco, die lunae post octavam epi„phaniae, in hora tertia."

Haec forma [2]) praesentandi semper debet observari, tam ab actore quam a reo, in quolibet termino, et coram quolibet iudice, sive ordinario, sive delegato, sive subdelegato, sive arbitro. Nec caret ratione. Quod si [3]) talis praesentatio non scriberetur, si reus non veniret in die peremtorio, et iudex eum [4]) in expensis legitimis condemnaret, si postea compareat et diceret se iniuste condemnatum, pro eo quod actor illa die non comparuit coram iudicibus, et iudici non credatur etc., X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam. 11. in f. [5]), si praesentatio actoris non inveniatur [6]) scripta, ut dictum est, sententia lata contra reum debet retractari et omne gravamen removeri, alioquin appelletur. X. G. de appell. 2, 28. c. ut debitus. 59. et c. cum cessante. 60. [7])

Sed quod dictum est supra de certa hora diei, numquid debet scribi in actis? Et dico certe, quod sic, ut sciatur, ex quo tempore et ex qua hora incipit adversarium exspectare. arg. X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. cum dilecti. 6. (sub f.) [8]) et de procurat. 1, 38. c. auditis. 8. [9])

Scripta igitur repraesentatione actoris, ipse actor semper remaneat intentus circa iudicem, sollicitando ipsum de negotio ipso.

§. 2. §. Dicto de [10]) repraesentatione actoris, et de praesentatione rei breviter similiter pertractemus. Et certe ante omnia admoneo reum, ut non sit dolosus vel subterfugiens aut versipellis, ex eo, quod contra tales omnia iura clamant et praesumunt. ut X. G. de rescr. 1, 3. c. ex tenore. 16. (in f.) et de praesumt. 2, 23. c. nullus. 4. et de testib. 2, 20. c. constitutis. 45. (in f.) [11]) arg. C. 11. q. 1. c. Christianis. 12. (in f.) C. 3. q. 9. c. decernimus. 10. Et ideo in peremtorio haud [12]) in suprema hora diei aut die sequenti summo mane se repraesentet, ut [13])

---

1) Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* ad lib. 2. p. 1. in rubr. de comparitione in termino.

2) *die lunae . . . forma.* — B. »si die lune »post octabas epyphanie quasi in hora tertia »h'ant formam. forma." Quaeritur, num haec verba »habeant formam" ex inscriptione, olim in marg. apposita, in contextum irrepserint.

3) *si.* B. om.

4) *eum.* B. om.

5) Innoc. 3.

6) *actoris non inv.* — B. »actor inv."

7) Innoc. 3. Arg. ex generalibus, quae in his c. propositae sunt, regulis petendum est

8) Innoc. 3.

9) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. pervenerunt.

10) *Dicto de.* — B. »Dico."

11) *c nullus.* Bonifac. — *c. ex tenore. c. constitutis.* Innoc. 3.

12) *haud.* — B. »aut."

13) *ut.* — B. om.

actor illius diei amittat expensas et dies elabatur, sed [14]) tamquam homo bonus, qui [15]) suam innocentiam demonstrabit, quam citius potest, in die peremtorii se praesentet ipse per se vel alium, ad causam venire non differat, et in die peremtorii hora congrua, ita quod iudex aliquid de causa poterit expedire, et se procuret praesentare, et suam praesentationem faciat scribi in actis, ut supra dictum est de actore.

De dolo et contumacia et non venientibus ad iudicium. [1]) T. 7.

Exhibita itaque forma praesentationis actoris et rei, qualiter uterque procedere debet in causa, breviter prosequamur, qualiter procedatur contra contumacem. Verum quia interdum reus vocatus venire [2]) contemnit, aliquando venit et illicentiatus recedit, ideoque saepe contumax iudicatur, X. G. de iud. 2, 1. c. 1. [3]) et de dolo et contum. 2, 14. c. prout. 4. [4]) et ut lite non contest. 2, 6. c. quoniam. 5. [5]), cum iudicium regulariter ordinari non possit directe nisi utraque parte praesente, quia merita causarum etc. [6]), X. G. de rest. in int. 1, 41. c. cum ex literis. 5. [7]) Cod. si per vim vel alio modo. 8, 5. l. ult. [8]), ideo de contumacibus certam notulam supponemus; et licet hoc modo per magistrum Tancredum in eodem titulo in suo libello sit haec materia expedita, nos quaedam hic ad maiorem expressionem duximus inserenda. Videamus ergo, quis dicatur contumax et qualiter contra eum sit a iudicibus procedendum.

§. Vere [9]) contumax est, qui tribus edictis vel uno peremtorio citatur et §. 1.
non comparet. C. 11. q. 3. c. certum. 43. C. 24. q. 3. c. de illicita. 6. (§. 1.) Cod. de decur. 10, 31. l. si quis decurio. 16. [10]) — Item quidam sunt, qui non vere, sed praesumtive vel interpretative apparent [11]), ut sunt illi, qui per trinam denuntiationem domui publice factam ad iudicium licet absentes sunt vocati. ut X. G. de dolo. 2, 14. c. ult. (in f.) [12]) et de clericis non resident. 3, 4. c. ex tuae. 11. [13]) et de eo, qui mitt. in poss. 2, 15. c. ult. [14]) Contra istos tamquam contra contumaces proceditur, sed postea venientes, probata iusta causa absentiae, sine omni gravamine restituuntur. X. G. de re iud. 2, 27. c. cum Bertholdus. 18. [15]) — Item, si quis non [16]) citetur peremtorie, non debet tamquam contumax con-

---

14) *sed.* — B. „si."

15) *qui.* — B. „qui ut."

1) Ita noster pag. 333 vers. 7. 8.

2) *venire.* — B. „aliquando venire."

3) ex conc. Afric. Cf. *Gloss.* in v. donec.

4) Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. contumaciter.

5) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad §. 7. in f. in v. reservata. vers. item nota hic, quod tribus modis.

6) *etc.* i. e. partium assertione panduntur, ut in locis seq.

7) Innoc. 3.

8) *Cod. si per vim v. a. m. l. ult.* — B. „§. „si per vim vel alio modo." — Vid. *Gloss.* ad l. c. cum (tum) ex literis. in v. assertione.

9) *Vere.* — B. „vm̄." (verum.)

10) Cf. *Gloss.* in v. cogatur.

11) *apparent.* — B. „apparerent."

12) Gregor. 9.

13) Innoc. 3.

14) *c. ult.* (B. „c. 1.") Gregor. 9. Cf. *Gloss.* ad c. causam quae. 3. X. G. de dolo et cont. 2, 14. in v. ad domum.

15) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. remisissent.

16) *si quis non.* — B. „nō quis"

demnari: verum est ante causae ingressum. arg. C. 24. q. 3.[17] c. de illicita. 6. (§. 1.) X. G. de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24.[18] Post ingressum vero causae quilibet terminus peremtorius debet intelligi, ut in praealleg. decr. consuluit.[19] — Sed quid, si iudex citat tribus edictis et non ponit „peremtorie", numquid reus erit contumax, si non venerit? Puto, sic; quia illud c. „de illi„cita." loquitur, cum dicit reum debere vocari, „aut tribus edictis aut uno per„emtorio pro omnibus"; ergo unum illorum sufficit[20], arg. X. G. de rescr. 1, 3. c. inter ceteras. 4.[21] Cod. de cond. indeb. 4, 5. l. penult. Dig. de legat. 2. (31.) l. si ita. 43. (§. 3.)[22]; et quod trina citatio[23] sufficiat sine peremtorio, est arg. X. G. de constitut. 1, 2. c. ex literis. 11.[24] X. G. de rescr. 1, 3. c. olim. 25.[25] — Sed pone, quod reus citetur[26] tribus edictis et compareat in primo, actor vero non compareat, numquid condemnabitur in expensis reo? Et videtur, quod sic, per l. Cod. de iud. 3, 1. properandum. 13. (§. 2.)[27] Puto tamen contra, eo, quod licet reo illo termino non venire, ergo idem licere debet actori. arg. X. G. de mut. pet.[28] 2, 4. c. 1.[29] et ult.[30]

§. 2. §. Viso itaque, quis dicatur contumax, et qui sit contumax iudicandus, videndum est, quid debeat actor quaerere pro se fieri a iudicibus contra contumaces, et quando contra eos iuste possit procedi et qualiter.

Et quidem in termino constituto, reo per se vel per responsalem aliquem minime comparente, surgat actor coram iudice vel iudicibus, et petat reum condemnari in expensis, et se poni in possessionem rerum petitarum causa rei servandae, si causa est talis; alioquin petat eum excommunicari vel alias ecclesiastica censura coerceri; et statim offerat instrumentum citationis iudicibus, per quod probet adversarium suum contumacem. — Expensas autem actor de iure petere potest semper; et si aliter[31] iudex vellet in expensis parcere contumaci, hoc facere non debet cum[32] discrimine alterius, arg.[33] X. G. de consuet. 1, 4. c. cum olim. 6.[34] et de decim. 3, 30. c. suggestum. 9.[35] C. 2. q. 7. c. queritur. 36.[36]; et sic contumax omni casu contingente condemnabitur. Cod. de iud.

---

17) *C. 24. q. 3.* — B. »XXIII. q. IIII."

18) Innoc. 3.

19) Alit. *Gloss.* ad h. c. cas. sub f. »Nota, »quod per pr. cap. post litem contestatam in »his, quae occurrunt, debet terminus per»emtorius assignari."

20) Cf. *Gloss.* ad h. c. illicita. in v. peremtorio. sub f. vers. item si iudex ter citet.

21) Alexand. 3.

22) *Cod. de cond. ind. l. pen. Dig. de legat. 2. §. si ita.* — B. »ff. de condict. inde. si ita." — Cf. *Gloss.* ad l. c. inter ceteras. in v. istorum.

23) *citatio.* B. om.

24) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. tertiove.

25) verb. »semel, secundo et tertio cita»verunt." Innoc. 3.

26) *citetur.* — B. »citet."

27) Cf. *Gloss.* in v. contum. imponimus.

28) *de mut. pet.* — B. »de mit'. pcēiam."

29) Alexand. 3.

30) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. eadem sit conditio.

31) *aliter.* — B. »alt" (alter.)

32) *cum.* — B. »cui?."

33) iniquum sc. favorem vitandum esse.

34) Innoc. 3.

35) Alexand. 3.

36) *queritur.* — B. »q̄lit'."

3, 1. l. properandum. 13. (§. 2. 5.) X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. ex literis. 2. [37]) et c. cum dilecti. 6. (in f.) ut lite non contest. 2, 6. c. quoniam. 5. (§. 6.) [38]) — Et petat poni in possessionem, ut reus taedio affectus veniat ad iudicem, nisi sit talis causa, quod fieri non possit, puta causa matrimonialis vel spiritualis. ut in praealleg. c. quoniam [39]). — Item ostendat instrumentum citationis. Aliter autem contra absentem iudices non procedant, nisi probetur citatus, X. G. de elect. 1, 6. c. quod sicut [40]). 28. [41]); et ideo contra eum procedi non debet. X. G. de constitut. 1, 2. c. ecclesia sanct. Mar. [42]) 10. [43]) de maiorit. et obed. 1, 33. c. inter quatuor. 8. [44]) C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 1.) et c. nemo. 11.

§. Vidimus, quid actor contra contumacem reum petit. Nunc videamus, §. 3.
quando contra eum canonice procedatur.

Unde distingue secundum id, quod habes X. G. de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24. [45]), quia aut in peremtorio exspirat iurisdictio, aut post durat. Si durat, exspectet usque in sequentem diem: non tenetur hoc facere de rigore, sed haec aequitas hodie servatur ubique a quolibet probo viro. Si vero exspirat, exspectet usque ad congruam horam diei, et postea procedat, ita tamen quod ante noctis tenebras possit perficere, quod incumbit. Hoc enim [46]) traditur X. G. de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24.

Actore itaque persistente, iudices insequenti die post peremtorium conveniant, si eorum iurisdictio durat. Et viso instrumento citationis, ex parte actoris producto, iudex inspiciat diligenter, utrum peremtorius sit elapsus, die citationis minime computato, si sub hac forma vel simili citatio sit praemissa, scilicet „mand., „qua. post [47]) hanc citationem vel repraesentationem vigesimo die compareas co„ram nobis." vel „usque ad vigesimum diem." arg. ad hoc C. 2. q. 7. [48]) Secundus modus est, ubi certus dies assignatur, ut cum dicitur: „sequenti die post „octavam St. Iacobi compareas coram nobis peremtorie."; tunc enim non [49]) respicitur dies citationis, sed tantum terminus assignatus.

Transacto vero peremtorio, non statim iudices ad condemnationem festinent, sed aequitate suadente exspectent ultra terminum, si iurisdictio non exspiravit. X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. cum dilecti. 6. [50]) de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24. [51]) arg. Dist. 45. c. licet plerumque. 4. Sed ad hoc de rigore non tenentur, ut dicit illa decret. [52]) „consuluit.", et [53]) ad illam decret. „de dolo. cum „dilecti." posset responderi, quod istud locum habet in curia Romana, ut omnes

---

37) Alexand. 3.

38) *c. cum dilecti. c. quoniam.* Innoc. 3.

39) §. 6. (in *aliis* vero casibus.) et seq.

40) *sicut.* — B. »fecit."

41) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. vocatos.

42) *eccl. s. Mar.* — B. »ecc̄astici."

43) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. non conventi.

44) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. citati.

45) Innoc. 3.

46) *enim.* (totum?) — B. »cū."

47) *post.* B. om.!

48) q. VII. B. — Fuerit »q. 6. c. biduum. »29. §. si adversus. 8.", quem locum huc referendum esse putabant. Cf. *Durant.* sp. lib. 2. p. 1. tit. de citat. §. 3. num. 17.

49) *non.* — B. »nūc."

50) verb. »ipsum diu .. ultra terminum »duximus exspectandum." Innoc. 3.

51) Innoc. 3.

52) *decret.* B. om.

53) *et.* — B. »sȝ." (set.)

citati de magna aequitate ultra terminum exspectentur. Sed reo exspectato, quantum visum fuerit iudici, contra ipsum tamquam contra contumacem procedere non omittat.

§. 4. §. Forma vero, secundum quam proceditur in hoc articulo, bene ponitur in libello Tancredi in eodem titulo [54]). Sed quia intentio mea est, iudices de facto instruere, et qualiter in talibus pronuntient, et quibus verbis in huiusmodi interlocutoriis debeant iudices uti, et maxime ignaris iuris breviter ostendamus. Sed distingue cum magistro Tancredo: aut est contumax in causa criminali aut in civili; item aut ante litem contestatam [55]) aut post.

— Si in causa criminali et ante litem contestatam, excommunicetur secundum canones. C. 4. q. 5. c. quisquis. (un.) Et hoc modo fiat: „Nestor [56]), Dei gratia „Aretinus episcopus etc. Cum presbyter P. de tali loco fuisset in nostra [57]) prae„sentia constitutus, a presbytero G. de tali loco super variis criminibus, scilicet „simonia, periurio etc. accusatus, et ipse non solum noluerit cum adversario in „iudicio experiri, verum a praesentia nostra [58]) contumaciter recedens non com„paruit postmodum, etiam per nuntios multotiens et nostras literas requisitus, „ipsum merito reputantes contumacem, excommunicationis vinculo innodamus, Dei „omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate muniti." — vel aliter: „Cum de presbytero P. de tali loco nobis frequenter fuissent varia cri„mina nuntiata et in tantum iam clamor ascenderit, quod ipsum sine scandalo „non possemus diutius sustinere, volumus ex officio nostro descendere, inquirere „et videre secundum formam canonum, utrum clamorem, qui ad nos venerat, „opere compleverit presbyter ante dictus. Cum autem per literas nostras citasse„mus eundem, ei terminum viginti dierum peremtorie assignantes, infra quem per„sonaliter se nostro conspectui praesentaret, ipse mandatis nostris renuens obe„dire, nec per se nec per alium voluit in nostra praesentia comparere; quare „ipsum reputantes merito contumacem, excommunicationis vinculo innodamus. etc." ut supra.

Hanc formam possunt iudices servare, si sola excommunicationis sententia volunt esse contenti, si nolunt procedere scilicet ad testium receptionem et ad sententiam diffinitivam, cum hoc possint de iure. X. G. ut lite non contest. 2, 6. c. quoniam. 5. (§. 5.) [59]) X. G. de accusat. 5, 1. c. qualiter et quando. 24. [60]) C. 2. [61]) q. 1. c. Deus. 20. [62]) Certam tamen formam invenies infra tit. de sententiis, secundum quam iudices poterunt in causa procedere et fine canonico negotium terminare [63]).

Sed quia crescente contumacia crescere debet poena, ut X. G. ut lite non

---

54) *Tancr.* part. 2. tit. 4.

55) *contestatam* B. om.

56) *Nestor.* — B. »Nes."

57) *nostra.* — B. »m'a."

58) *nostra.* — B. »nega."

59) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. inquisitio.

60) verb. »debet .. esse praesens is, »contra quem facienda est inquisitio, nisi se »per contumaciam absentaverit." Innoc. 3.

61) *C.* 2. B. om.

62) Hic locus (neminem sc. »ante veram iu»stamque probationem" damnandum esse.) ideo laudatus est, ut rite intelligerentur, quae supra dicta sunt: »ad testium receptionem »etc."

63) Vid. part. 3. tit. 1. vers. et hunc modum. in f.

contest. 2, 6. c. quoniam. 5. (sub f.)[64] Dist. 50. c. quia tua. 16. (pr. sub f.), et ideo quandoque contingit, quod iudices, non contenti excommunicatione, volunt procedere contra contumacem, scilicet ad suspensionem officii et beneficii etc., qualiter hoc facere possint, protinus ostendemus.

Reo in sententia excommunicationis et in sua contumacia perdurante, et maxime per annum, procedet iudex, si voluerit, 'ad suspensionem vel perpetuam privationem officii et beneficii, quod de iure facere potest. X. G. de aetate et qualit. 1, 14. c. cum bonae. 8.[65] et de testib. cog. 2, 21. cum super causa.[66] 2.[67] et de appell. 2, 28. c. pastoralis. 53. (§. 1.)[68] et de cohab. clericor. 3, 2. c. sicut. 4.[69] de cleric. non residentib. 3, 4. c. ex tuae. 11.[70] C. 11. q. 3. c. rursus. 36.[71] — Forma autem haec erit[72] „Dositheus[73], Dei gratia Aretinus „episcopus etc. Quia presbyter P. de Coll.[74] a nobis fuit pro sua contuma- „cia vinculo excommunicationis adstrictus, et ipse, clavibus ecclesiae quasi „contemtis, tamquam filius inobediens adhuc in sua pertinacia perseverat, ne ipse „de sua malitia glorietur et facti perversitas praesumtoribus transeat in exem- „plum, ipsum ab officiis et beneficiis duximus suspendendum."

Si vero fuerit contumax post litem contestatam, contra eum procedetur[75] ad receptionem testium et sententiam diffinitivam. C. 3.[76] q. 9. c. decernimus. 10.[77] Formam huius sententiae invenies proferendam infra de sententiis diffinitivis, inter alias formas ibi notatas[78].

— Si autem reus compareat contumax et causa sit civilis, similiter distingue, ut superius diximus, quia aut est lis contestata aut non.

Si non est contestata, aut agitur actione reali aut personali, ponitur actor in possessionem, secundum formam, quam habes X. G. ut lite non contest. 2, 6. c. quoniam. 5. §. in aliis. 6. 7. 8. Cod. ubi in rem act. 3, 19. l. 2.[79] Si lis[80] talis sit, quod missionem non patiatur, excommunicetur ad dignam satisfactionem et nihilominus condemnetur in expensis. X. G. ut lite non contest. 2, 6. c. tuae. 3. et c. quoniam. 5., ubi de hoc plene dicitur.[81] X. G. de dolo et contum. 2, 14. c. ex literis. 2.[82] de verb. sign. 5, 40. c. ex parte. 23.[83] Huius autem interlo-

---

64) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad alteram.

65) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. spoliare.

66) *cum sup. causa.* — B. „cum cā."

67) Alexand. 3.

68) Innoc. 3.

69) Alexand. 3.

70) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. removeat.

71) Cf. *Gloss.* in v. rursus.

72) B. inscr. „In . . sumā a bono egidio „compoīta." Cf. not. 21. ad h. part. tit. 3.

73) *Dositheus.* — B. „Dos. M."

74) B. „de coll'." Legend. fortasse „de „tali loco."

75) *procedetur.* — B. „proced'etur." (procederetur.)

76) *C. 3.* — B. „IIII."

77) Cf. *Gloss.* cas. et in v. decernimus. vers. vel intelliges, quod hic fuit lis cont.

78) *int. al. formas ibi not.* — B. „et int. al. „formas uura notatas."

Cf. part. 3. tit. 1. vers. et hunc modum. in f.

79) Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 4. §. 1. vers. si autem causa est civilis.

80) *Si lis.* — B. „sil'i." — Scribend. fortasse „si res."

81) Cf. *Tancr.* l. l. vers. „at si causa est „spiritualis."

82) Alexand. 3. Cf. summ. ord.

83) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. pro contuma-

Unum tamen nota, quod iudex non debet absolvere reum absente actore, nisi actor per contumaciam esset absens. arg. ad hoc X. G. de rest. in int. 1, 41. c. tum ex literis. 5. [105]) et C. 3. [106]) q. 9. in c. chartae. 19.

Hoc facto statim debet iudex partibus terminum assignare, quod compareant coram eo legitime processum in causa principali.

T.8. De procuratoribus et syndicis.

Sed quia principales personae aliquando volunt per procuratorem in iudicio comparere, ideo de ipsis procuratoribus et syndicis breviter pertractemus.

§. 1. §. Est igitur sciendum [1]), quod quilibet potest causam suam per alium tractare, nisi prohibeatur ratione personae constituentis, ut minor, vel ratione causae, puta criminalis, vel ratione personae constitutae in procuratorem, ut mulier, minor, furiosus, et aliae multae. Quae autem sint personae, quae procuratorem dare non possunt, et quae sint causae, quae procuratorem non accipiunt, et quae sint personae, quae non possunt esse, tractatur bene in libello Tancredi [2]) in eodem titulo [3]).

Consideret autem in primo loco actor, qui vult per procuratorem agere in causa propria, ut praediximus, et attendat diligenter, utrum sit aptus ad procuratorem constituendum, vel non. Item consideret genus causae, quoniam in criminali frustra venit procurator. ut X. G. de procurat. 1, 38. c. tuae. 5. [4]) C. 5. q. 3. [5]) c. in criminalibus. 2. Item respiciat personam, quam constituit; et maxime si actor est [6]) laicus, non constituat clericum [7]) suum procuratorem, quia si facit, non valet. X. G. ne cler. vel monachi. 3, 50. per totum.

His visis actor faciat procuratorem praesentem vel absentem sub hac forma. Est tamen forma duplex, quae fit per publicam manum, et quae fit per literas sigillatas.

Si per manum publicam fiat, haec erit forma constituendi: „Anno Domini „etc. B., presbyter de tali loco, fecit et constituit et ordinavit C., clericum, „suum procuratorem et sufficientem responsalem in causa" (vel „in causis") „quam" (vel „quas") „habet" (vel „habere sperat") „cum presbytero R., rectore „ecclesiae sanctae Mariae, super iure patronatus" (vel „patronali") „et aliis qui„buscumque in causa, quae vertitur" (vel „verti speratur") „coram magistro G., „canonico Aretino, a sede apostolica" (vel „a domino episcopo") „iudice dele„gato" (vel „subdelegato") [8]) (vel „ordinario") „et coram alio quocumque iudice, „dans ei licentiam, ut possit agere, causari, excipere, replicare, experiri, com„ponere, transigere, pacisci, restitutionem [9]) in integrum postulare, et omnia et „singula facere, quae verus et legitimus procurator facere potest; promittens, se

105) arg. vers. tandem deliberatio. et vers. quocirca mandamus. Innoc. 3.

106) *C. 3.* — B. »desti. III."

1) *sciendum.* — B. »syndicus."

2) *in libello Tancredi.* (quem noster fere ubivis laudavit. Cf. pag. 320. vers. 26. et seqq.) Abs. a B.

3) Vid. *Tancr.* part. 1. tit. 6.

4) Innoc. 3.

5) *q. 3.* — B. »q. IIII."

6) *est.* — B. »ul'." (vel.)

7) *clericum.* — B. »laycum."

8) B. add. »iudice del'."

9) *restitutionem.* — B. »restituere."

„ratum et firmum habere quidquid de praemissis vel de aliquo [10]) praemissorum „per ipsum factum [11]) fuerit, et numquam in aliquo contravenire; dans ei libe- „ram facultatem constituendi alium procuratorem vel procuratores, si sibi visum „fuerit expedire, et eum vel eos constituat et eligat [12]), quem vel quos ipse du- „xerit eligendos etc. Ego T. notarius etc." — Nec refert, ut iam alias dixi, utrum in prima vel in tertia [13]) persona faciat instrumentum. X. G. de conversi. couiug. 3, 32. c. dudum. 20. [14])

Item nota, quod procurator ea sola potest, quae in mandato suo continentur. X. G. de off. deleg. 1, 29. c. cum olim. 32. [15]) de elect. 1, 6. c. innotuit. 20. in f. [16]) Ideo actor expresse dicat, utrum velit eum [17]) totam causam expedire vel partem, scilicet quod possit componere, transigere, et pacisci; quia, quantumcumque mandatum generale fuerit, ad hoc non extenditur, nisi expresse caveatur ibidem. ut Dig. e. t. 3, 3. l. mandato. [18]) 60. Dig. quib. mod. pign. vel hyp. solv. 20, 6. l. si consensit. 7. §. 1. [19]) arg. in decret. praealleg. „innotuit." [20]) et (X. G.) de rescr. 1, 3. c. nonnulli. [21]) 28. [22]) Item non potest petere in integrum restitutionem [23]), nisi expresse caveatur in mandato, ut X. G. de rest. in int. 1, 41. c. coram. 7. [24]) et Dig. de minorib. 4, 4. l. illud. 25. §. si talis. 1. Alias autem sufficit generale mandatum, si liberam et generalem habeat administrationem procurator. arg. X. G. de procurat. 1, 38. c. petitio. 9. [25]) et Dig. e. t. 3, 3. l. procurator. 58. [26]) et Dig. pro socio. [27]) 17, 2. l. actione. 65. §. renuntiare. 7.

Item nota, quod si duo dantur, quod fieri potest, eodem tempore, melior est conditio occupantis. ut X. G. e. t. 1, 38. c. non iniuste. 14., ubi de hoc. [28])

Sed quia in multis locis usus notarii non habetur [29]), ideo necesse est, quod praelati vel [30]) aliae personae, quae volunt per procuratorem agere, per suas literas, eorum sigillo munitas, eos instituant; quarum forma potest esse talis: „Pa- „teat universis, praesentes literas inspecturis, quod ego G., Dei gratia archidia- „conus Aretinus, facio, constituo et ordino Iohannem clericum, plebanum St. Pe- „tri, meum procuratorem et sufficientem responsalem in causa, quam habeo" (vel „habere spero") „cum P., canonico meo, coram venerabili patre, episcopo Are-

---

10) *de aliquo.* — B. »aliquo de."

11) *factum.* B. om.

12) *constituat et eligat.* — B. »constituit et »elegit."

13) *tertia.* — B. »ſa." (secunda.)

14) Cf. pag. 337. vers. 25. et seq.

15) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. cum procurator.

16) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad petendam.

17) *eum.* B. om.

18) *mandato.* — B. »mandati."

19) *l. si consensit. §. 1.* B. om. Sed iste maxime locus ex *Gloss.* ad l. l. mandato. in v. transactionem. desumendus esse videtur.

20) Cf. sup. not. 16.

21) *nonnulli.* — B. »in nonnull."

22) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. sine speciali mandato.

23) *restitutionem.* B. om.

24) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. mandatum.

25) Honor. 3.

26) Cf. *Gloss.* in v. procurator.

27) *pro socio.* — B. »pro l'etio."

28) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. cum aliis.

29) Cf. *Io. Andr. ad D. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 4. num. 8. in v. tabellionis.

30) *vel.* — B. »no." — Cf. *Durant. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 4. num. 8. et seq.

„tino, iudice a sede apostolica delegato, ad agendum, excipiendum, defenden„dum [31]), et replicandum, et si oportuerit etiam triplicandum, et ad omnia alia „faciendum et singula, quae facere potest vel debet verus et legitimus procura„tor, promittens firmum habere etc. Ut autem praesens scriptura robur obtineat „firmitatis, ipsam duxi mei sigilli munimine [32]) roborandam." (vel „ipsi sigillum „meum [33]) apposui.")

Est tamen sciendum, quod si [34]) aliquis vellet mandatum procuratoris revocare, quod debet hoc facere sciente iudice vel adversario. Alias, quod cum eo gestum fuerit, ratum erit et firmum. X. G. de procurat. 1, 38. c. mandato. 13. [35]) et c. auditis. 8. [36]) Et hoc intellige de revocatione, quae fieri debet post litem contestatam; quia, si ante litem contestatam revocetur, sive perveniat [37]) sive non, non valet, quod cum eo gestum est. ut c. mandato. et (e. t.) c. in nostra. [38]) 4. [39]) Dig. e. t. 3, 3. l. ante litem contestatam. 16. — Revocatio mandati hoc modo fit. Praesente notario vel testibus idoneis dicat ille, qui eum instituit, in hunc modum: „Quoniam contra Iohannem clericum, quem in tali causa constitueram [40]), „suspicionem concepi et [41]) per hoc de ipsius fide coepi non immerito titubare, „mandatum, quod ei dederam, revoco et ei prohibeo, ne ulterius se de praedi„cto negotio intromittat." — Et hoc debet revocans, ut praedixi, significare iudici vel adversario, si post litem contestatam fiat. Et ad removendam omnem ambiguitatem etiam ante litem contestatam non omittat [42]) istud iudici vel adversario intimare. Sufficit tamen, si perveniat hoc ad procuratorem. — Et nota, quod tale mandatum potest ante litem contestatam sine causae assignatione revocari; post litem autem contestatam non, si procurator voluerit suam procurationem [43]) defendere. ut in praealleg. l. ante litem contestatam. (Dig. 3, 3. l. 16.) et l. post. 17.

§. 2. §. Diximus, qualiter instituatur procurator. Nunc autem de syndicis et actoribus videamus. Quae autem sit differentia inter istos, procuratorem, syndicum et actorem, plene dicitur in libello Tancredi in eodem titulo [44]). Sed hodie non videtur, quod sit differentia, nisi in voce: ut dicimus de primate et patriarcha. X. G. de off. ordin. 1, 31. c. duo. 9. [45]) et Dist. 99. c. 1. [46]); et hoc videtur innui in decretali (X. G.) de procurat. 1, 38. c. petitio. 9. [47]), ubi papa constituentis con-

---

31) *defendendum.* — B. »deferendum."

32) *munimine.* — B. »minime."

33) *sigillum meum.* — B. »sigilli mei."

34) *si.* — B. om.

35) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. a domino revocato.

36) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad illum.

37) *perveniat.* (revocatio ad iudicem et ad adversarium.) — B. »superveniat." — Vid. inf. h. pag. vers. 18. et seqq.

38) *in nostra.* — B. »nineam."

39) Innoc. 3.

Cf. not. 67. (vers. B.B. add.) ad Tancr. part. 1. tit. 6.

40) *constitueram.* — B. »constituam."

41) *concepi et.* — B. »concipiat."

42) *ante litem cont. non omittat.* — B. »ante »litem nō h'at."

43) *suam procurationem.* — B. »suum pro»curatorem."

44) *Tancr.* part. 1. tit. 7. §. 1.

45) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. patriarchas.

46) *Dist. 99. c. 1.* (cf. *Gloss.* ad l. c. duo. in v. patriarchas.) — B. »c. IX. d. c. 1."

47) Honor. 3.

siderat intentionem et non vocem. Sed hic potest dici, quod vere [48]) procurator est ille, qui causam alterius de mandato domini gratuito suscipit, Dig. de procurat. 3, 3. l. 1. (pr.); actor et syndicus agunt causas corporum vel universitatum; sed actor constituitur tantum ad praesentes causas et cum decreto; syndicus vero ad praesentes causas et ad futuras, sine decreto. ut probatur Dig. quod cuiusq. univers. 3, 4. l. item eorum. 6. [49]) Hodie raro observatur haec differentia inter eos, sed communis forma constituendi est haec: [50]) „Dominus P., Dei gratia praepositus Aretinus, praesentibus et consentientibus domino G., eiusdem ecclesiae „archidiacono, et B., primicerio, et D. et F. et A., canonicis eiusdem ecclesiae, „fecit, constituit et ordinavit I. canonicum, N. [51]) clericum, et presbyterum S. „suos procuratores, syndicos et actores, ac defensores et sufficientes responsales „in causa" (vel „causis"), „quam", (vel „quas") „habet" (vel „habere sperat") „cum domino H. et quibuscumque aliis coram episcopo Bononiensi, a sede apo„stolica iudice delegato, et coram quolibet alio iudice ordinario, delegato vel sub„delegato, super capella talis loci, sita in tali castro, et super quacumque causa, „contra eos mota vel movenda; dans eis liberam potestatem agendi etc."

Et nota, quod si negotium sit commune inter episcopum et canonicos, simul debent dare syndicum vel actorem; si vero sit omnino divisum, canonici cum suo praeposito vel decano possunt suum facere syndicum et episcopus faciat suum. X. G. de iud. 2, 1. c. causam. 9. [52]) et de rescr. 1, 3. c. edoceri. 21. [53]) Si vero sit negotium monasterii, abbas et monachi dent syndicum. ut in decret. causam. et c. edoceri., ubi de hoc, et X. G. de synd. 1, 39. c. un. [54]) et C. 16. q. 1. c. monachi. 35. Negligente vero abbate faciat hoc episcopus cum consensu sui capituli; et ita intelligitur (X. G.) de iuram. cal. 2, 7. c. imperatorum. 4. [55])

§. Finito tractatu syndici et actoris [56]) videamus, qualiter in iudicio se praesentent [57]). §. 3.

Veniente termino peremtorio, partibus assignato, compareat procurator actoris [58]) primo coram iudice ordinario, delegato vel subdelegato, et ei ostendat mandatum procuratorium, et in continenti totum tenorem faciat poni in actis, ad cautelam. Et statim notarius ponat in actis ipsum tenorem, praesentibus procuratoribus, hoc modo [59]): „Die lunae, decimo, intrante" (vel „exeunte") „mense „Aprilis, Iohannes, procurator magistri P., praesentavit se coram magistro G., „canonico Aretino, etc., pro causa, quam dictus magister P. habet" (vel „habere

---

48) *vere.* — B. »non vere."

49) Cf. *Tancr.* l. l. §. 1. in f.

50) B. inscr. »Communis forma constituendi procuratorem."

51) *N.* ab. a B.

52) Clem. 3. Cf. *Gloss.* in v. assensu episcopi.

53) Cf. not. 14. ad *Tancr.* part. 1. tit. 7.

54) Gregor. M.

55) Eugen. 3. Cf. *Gloss.* in v. oeconomum statuant.

H. d. test. *Durant. sp.* lib. 1. p. 3. tit. de procurat. §. 4. num. 15. in f.

56) *actoris.* — B. »actorē."

57) B. inscr. »Qualiter debeat comparere »procuratorem."

58) *actoris.* — B. »actor."

59) B. inscr. »Instrumentum de repraesentatione procuratoris."

„sperat") „etc." ut supra diximus de praesentatione principalium personarum.— Et si reus compareat per procuratorem, idem faciat.

Et quod dictum est de repraesentatione procuratoris, intelligas de repraesentatione syndici vel actoris.

Sed quia frequentius expediuntur causae per principales personas, quam per procuratores, ideo, qualiter per eas terminetur causa vel expediatur, usque ad finem exsequamur.

T.9. De exceptionibus. [1])

Adveniente vero termino, ut superius dictum est [2]), compareat actor et reus. Et statim petat actor reum compelli, cum eo in causa procedere. Et si habet advocatum, statim legat libellum. Libello lecto coram iudice, et praesente reo, quaerat iudex a reo, utrum cedat vel sciat vel confiteatur in libello petita. Reus autem, si plene confidit de iure suo, vel si timeat expensas, ad hoc, ut lis abbrevietur, potest, si vult, in continenti litem contestari, et respondere, quod nec sciret nec credit se ad praedicta teneri. Sed quia raro contingit, quod reus sic velit in continenti procedere in causa, cum frequenter sibi competant exceptiones legitimae, quandoque ad iudicium iudicis declinandum, quandoque ad intentionem adversarii elidendam [3]), ideo primo de exceptionibus supponamus.

§. 1. §. Igitur in exceptionibus proponendis reus attendat [4]), ut quam debet praeponere, non postponat vel e contra. Unde respiciat primo exceptiones sibi competentes et earum naturam; quia quaedam competunt reo ex iurisdictione iudicis, scilicet si literae sint impetratae per falsi suggestionem et veri suppressionem; — aliquando ex persona actoris, si est monachus, qui cum nihil possidere possit [5]), nihil [6]) per se, id est suo nomine petere potest, et per se agere non potest, C. 12. q. 1. [7]) c. non dicatis. 11. [8]) (X. G.) de statu monach. 3, 35. c. cum ad monasterium. 6. [9]) arg. de confirmat. utili. 2, 30. c. porrecta. 6. [10]); item si est actor excommunicatus vel haereticus, X. G. de off. deleg. 1, 29. c. prudentiam. 21. (§. 2.) [11]) et de iud. 2, 1. c. intelleximus. 7. [12]) et de haeret. 5, 7. c. ad abolendam. 9. [13]); — item quandoque competunt ex [14]) persona procuratorum, ut X. G. de probat. 2, 19. c. post cessionem. 7. [15]); — item quandoque ex persona propria, cum ius habeat revocandi domum, velut [16]) infirmus vel legatus, etc.; — item

---

1) Cf. pag. 322. vers. 19. et sic B. ante seq. §. 1.

2) Cf. h. part. tit. 6.

3) *elidendam.* — B. „eligendū."

4) *attendat.* (cf. seq. pag. vers. 3.) — B. „addiūnt."

5) *possidere possit.* — B. „possedisset."

6) *nihil.* — B. „nisi."

7) *q. 1.* — B. „q. II."

8) Cf. *Gloss.* in v. possidere. vers. et nota, quod monachus.

9) vers. prohibemus quoque districte. et vers. nec aestimet abbas. Innoc. 3.

10) Innoc. 3.

11) Coelestin. 3.

12) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. conveniri potest.

13) verb. „universos . . . haereticos . . „vinculo perpetui anathematis innodamus." Luci. 3.

14) *competunt ex.* — B. „hoc competit ꝗ"

15) Innoc. 3.

16) *velut.* — B. „vel est."

quandoque ex ipso facto, puta si promisi dare in Calendis Ianuarii et agitur [17]) antea, vel si fecit actor pactum de non petendo. — Deinde consideratis exceptionibus sibi competentibus attendat, quae sit dilatoria, ut [18]) si petis a me et excipio, quod promisisti te non petiturum usque ad duos menses, et quae sit peremtoria et quae anormala, item quae sit dilatoria fori et iudicii, et quae solutionis.

§. His breviter praelibatis, qualiter sunt proponendae exceptiones in iudicio, breviter ostendamus. §. 2.

Unde distingue, aut exceptio competens est dilatoria, aut peremtoria. — Si dilatoria, scire debes, quod omnes dilatoriae proponi debent ante litem contestatam. X. G. de off. deleg. 1, 29. c. insinuante. 25. [19]) et de re iud. 2, 27. c. inter monasterium. 20. [20]) — Sunt tamen duae dilatoriae, quae possunt proponi ante sententiam et post, i. e. falsi procuratoris et iudicis non sui. X. G. de procurat. 1, 38. c. in nostra. 4. [21]) et de iud. 2, 1. c. at si clerici. 4. [22]) et Cod. si a non compet. iud. 7, 48. l. 1. et 2. et C. 2. q. 1. [23]) c. inprimis. 7. (§. 9.) — Est et alia exceptio anormala, sc. excommunicationis, quae proponitur in qualibet parte litis, X. G. e. 2, 25. c. exceptionem. 12. [24]), et post sententiam. X. G. de re iud. 2, 27. c. ad probandum. 24. [25]) — Exceptionem autem peremtoriam sufficit protestari in initio litis et post litem contestatam [26]); sed proponi et probari debet ante sententiam. C. 3. q. 6. [27]) §. exceptio. (ad c. 2.) X. G. de in int. rest. 1, 41. c. auditis. 3. [28]) et X. G. de ord. cognit. 2, 10. c. 1. [29])

§. Sed quia inter dilatorias iudicis recusatio [30]) est potissima, ideo de ipsa dicamus. §. 3.

Scire tamen debes, quod in istis proponendis diversi diversa dixerunt; quia quidam proponunt eas omnes simul, id est quae sibi competunt tam contra principalem personam, quam contra personam iudicis, sub hac forma [31]): „Coram vo-„bis, domine A., canonico Aretino, qui dicitis vos iudicem in causa, quae verti-„tur" (vel „verti speratur") „inter me [32]) ex parte una et M. ex altera, propono „ego P. et dico, quod iudex esse non potestis, cum pro adversario in hac quae-„stione fueritis advocatus; unde recuso vos tamquam suspectum. Item dico [33]), „literas apostolicas ad vos directas non valere, pro eo, quod sunt impetratae ta-„cita veritate et suggesta falsitate; tacuit enim se filium sacerdotis, quo expresso „nullatenus habuisset; item suggessit mendacium, cum dixit se in sacris ordinibus

17) *agitur.* — B. (post lacunam.) „§."

18) *ut.* Ab. a B.

19) arg a contrario sensu. (cf. *Gloss.* in v. postmodum.) Innoc. 3.

20) Innoc. 3.

21) Innoc. 3.

22) Alexand. 3.

23) *l. 1. et 2.* (cf. *Tancr.* pag. 142. vers. 16. 17.) *et C. 2. q. 1.* — B. „l. I. et II. q. I."

24) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. qui si eam omiserit.

25) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iterum cognoscatis. in f.

26) *contestatam.* — B. „nō."

27) *q. 6.* — B. „q. VII."

28) Innoc. 3.

29) Clem. 3.

30) *recusatio.* — B. „revocatio."

31) B. inscr. „Forma probandi exceptiones delatorias."

32) *inter me.* B. om.

33) *dico.* — B „dicas."

„constitutum, cum nondum esset in minoribus. Item dico literas non valere, quia „eas excommunicatus impetravit. Item dico non posse eum stare in iudicio, cum „sit excommunicatus maiori excommunicatione." — Alii autem aliter observant; proponunt unam, quam volunt, protestando alias sibi. — Sed primi duabus rationibus impugnantur. Primo, quia exceptio suspicionis non debet cum aliis proponi; quod sic probatur: quia si proponatur recusatio iudicis et proponatur literas non valere, proponens videtur contraria allegare, et ideo non est audiendus, X. G. de appell. 2, 28. c. sollicitudinem. 54. (in f.) [34]); quia, cum iudicem recuso, nolo, quod se intromittat; cum vero obiicio contra literas, volo, quod interloquatur, si valent vel non, quod facere debet, quotiens dubitatur de iurisdictione, X. G. de rescr. 1, 3. c. dilectus. 29. [35]) et X. G. de off. deleg. 1, 29. c. significantibus. 38. [36]); et sic facit eum iudicem quodam modo, et primae exceptioni, scilicet recusationis, quasi [37]) tacite videtur renuntiare, quia cum procedit coram iudice, cuius iudicium declinare intendit, facit sibi praeiudicium consentiendo in eum etc. X. G. de off. deleg. 1, 29. c. relatum. 19. [38]) X. G. de iud. 2, 1. c. 1. [39]) et praealleg. decret. „sollicitudinem." (2, 28. c. 54. sub f.) Et ideo dixerunt quidam magni viri, quod si aliquis sic excipiat, ut dictum est, et iudex interloquatur super rescripto vel aliqua exceptione, quod non potest postea recusari, quia videtur in eum consensisse. Item est et aliud in primo modo proponendi, quia videtur, quod ponit omnes exceptiones sub copulativa coniunctione, et ideo tenetur omnes probare, arg. X. G. de rescr. 1, 3. c. ex parte. 2. [40]) et c. olim. 25. [41]); et si proponat decem exceptiones et succumbat in una, succumbere debet in aliis. — Secundus autem modus sic tollitur: quotiens [42]) quis proponit unam et protestetur sibi alias, iudex debet in continenti praefigere terminum, infra [43]) quem proponat omnes, X. G. de except. 2, 25. c. pastoralis. 4. [44]); et talis protestatio sibi non multum suffragatur.

His ergo modis omissis, sic teneas modum et consuetudinem terrae meae, quae bona est, quae mihi multum placet, eo, quod bene consonat iuri. Videas igitur, quod a principio, si potest iudicium iudicis, qui te citavit, tamquam non tui iudicis declinari, et in principio exceptionem illam obiicias. ut C. 3. q. 6. §. exceptio. (ad c. 2.) Sed si haec non competat, considera, utrum ex aliqua causa rationabili possit recusari: — puta, quia est consanguineus vel affinis actoris, vel fuit advocatus in eadem causa, X. G. de appell. 2, 28. c. postremo. 36. [45]); — item [46]), si est dominus, vel vasallus, vel alias subiectus, X. G. de off. deleg. 1, 29. c. causam, quae inter. 17. [47]) ut lite non cont. 2, 6. c. accedens.

---

34) Innoc. 3.

35) Honor. 3.

36) Gregor. 9.

37) *quasi.* — B. „q$_s$." (quia.)

38) Luci. 3.

39) ex conc. Afric.

40) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. et perpetuo. vers. et dicunt quidam.

41) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. ad omnia.

42) B. add. „aut'."

43) *infra.* B. om.

44) Innoc. 3.

45) Luci. 3.

46) *item.* ab. a B.

47) *X. de off. del. c. caus. q. inter.* (cf. not. 30. ad *Tancr.* part. 2. tit. 6. et *Gloss.* ad c. accedens. 2. X. G. ut lite non cont. 2, 6. in v. subesse.) — B. „ex. d' off. del."

4.[48]); — item, si habet consimilem causam, ut X. G. de iud. 2, 1. c. causam. 18.[49]); — item, si est concanonicus[50]), X. G. de off. deleg. 1, 29. c. cum R. 35.[51]); — item, si commensalis, item familiaris, ut X. G. de appell. 2, 28. c. ex insinuatione. 50. ut lite non cont. 2, 6. c. accedens. 4. de off. deleg. 1, 29. c. insinuante. 25.[52]); — item si aliquando reus appellavit ab illo, ut (X. G.) de appell. 2, 28. c. ad haec. 6. et c. proposuit. 24.[53]); — item, si[54]) est eius inimicus, ut X. G. de appell. 2, 28. c. secundo requiris. 41. in f.[55]) et C. 2. q. 1. c. inprimis. 7. (§. 9.); et videtur, quod latentes inimicitiae repellant iudicem, Dist. 93. c. si inimicus. 1.; — vel si nimia familiaritate fuerit coniunctus actori, ut in decret. „accedens." (X. G. 2, 6. c. 4.) et C. 3. q. 5.[56]) c. accusatores. 12.[57]); — vel alia causa legitima, quae invenitur in iure expressa. — Et omnibus exceptionibus aliis praetermissis proponat istam reus sub hac forma[58]): „Quoniam perni- „ciosum est sub iudice litigare suspecto, et interdum tristissimum sortitur effe- „ctum, ideo ego, presbyter P. de tali loco, recuso vos, magistrum B., canoni- „cum Aretinum, esse iudicem meum in causa, quae vertitur" (vel „verti spera- „tur") „inter me et presbyterum G. de tali loco, pro eo, quod in eodem negotio „fuistis advocatus dicti G." — Et si plures habet suspiciones[59]), specificet coram eo.

Hoc autem facto iudex statim diligenter consideret, si causa suspicionis est sufficiens. Et si est sufficiens et ipse sit delegatus, statim supersedeat; et hoc faciat secundum quod dicitur X. G. de appell. 2, 28. c. cum speciali. 61.[60]) et de off. deleg. 1, 29. c. suspicionis. 39.[61]) et de appell. 2, 28. c. secundo requiris. 41. (§. 1.)[62]) „Si sit delegatus", ideo diximus, quod aliud est in ordinario, quia ordinarius compellit partes eligere iudices, qui de causa principali cognoscant. ut X. G. de foro comp. 2, 2. c. si quis contra clericum. 4.[63]) et de appell. 2, 28. c. ad haec. 27.[64]) Si autem iudex dubitet de causa suspicionis, quia non est expressa in iure, statim eligantur arbitri secundum formam, quam hodie habes expressam in praealleg. iuribus: c. cum speciali. 61. de appell. 2, 28. et de off. deleg. 1, 29. c. suspicionis. 39. Puta si diceret, recuso te, quia semel comedisti cum

---

48) Innoc. 3.

49) Cf. not. ad *Tancr.* pag. 149. col. 1. vers. 24. et seq.

50) *concanonicus.* — B. »canonicus."

51) Cf. not. ad *Tancr.* l. l. col. 1. vers. 28. et seq.

52) *c. ex insinuatione.* et seq. Innoc. 3. B. add. »Sed hoc non videtur usquequa- »que verum, per id, quod habes X. G. de »off. iud. 1, 32. c. 1., quod recte intelligas; »et [si] forte dicemus alibi." (cf. not. ad *Tancr.* l. l. col. 2. vers. 9. et seq.) Sed ista ex marg. irrepsisse haud dubitabis.

53) *c. ad haec. et c. proposuit.* (cf. *Tancr.* pag. 149. vers. 2. 3.) — B. »c. ad hoc. et c. »proponit."

54) *si.* B. om.

55) Coelestin. 3.

56) *q. 5.* — B. »q. VI."

57) Cf. *Gloss.* in v. ac dominationis.

58) B. inscr. »Forma recusandi iudi- »cem."

59) *suspiciones.* — B. »suspensiones."

60) Innoc. 3.

61) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. ad quos omnia. in f.

62) Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 6. §. 7. et ibi not. 39. 40.

63) Gregor. M.

64) Alexand. 3.

meo [65]) adversario, vel fuit tecum ad St. Iacobum, vel quia erat scholaris et intrabas scholas cum eo, iudex non admittat eam, sed procedat, ut dicit decret. pastoralis. 53. (pr.) de appell. 2, 28. et de iud. 2, 1. c. qualiter. 17., et si reus appellaverit, iudex nihilominus procedat. ut in decret. pastoralis. et c. ut debitus. (c. t. 2, 28. c. 59.) [66])

§. 4. §. Si autem reus non potest recusare iudicem, proponat alias exceptiones sibi competentes, in hac forma: „Coram vobis, domino G., iudice delegato in „causa etc. [67]), exceptionem propono ego P., quod literae impetratae per presby„terum B. ad vos non valent, quia sunt impetratae ab excommunicato; — item, „quia non fecit mentionem de processu habito coram ordinario super hoc nego„tio; — item non potest stare in iudicio, quia maiori excommunicatione ligatus „est [68])."

Et has exceptiones alternative proponat, ut una probata ad probationem alterius non constringatur [69]). Et propter ultimam istam clausulam non compellitur reus probare omnes positas exceptiones, quoniam in [70]) alternativis sufficit alteram probare, X. G. de rescr. 1, 3. c. inter ceteras. 4. [71]); in copulativis secus, ut in praealleg. c. ex parte [72]).

§. 5. §. Sit iudex cautus et consideret exceptiones, utrum sint validae vel frivolae. Validae sunt, quae habent robur a iure; qualis ea [73]) est, literas illas non valere, quae sunt impetratae ab excommunicato. X. G. de rescr. 1, 3. c. dilectus. 26. [74]) e. t. c. ab excommunicato. 41. [75]) Frivolae sunt, quae nullo iure iuvantur; et ideo non admittuntur. ut X. G. de appell. 2, 28. c. pastoralis. 53. (pr.) [76]) Si vero sint quaedam frivolae et quaedam validae, iudex per interlocutoriam, omissis frivolis, admittat validas, arg. X. G. de off. custod. 1, 27. c. 1. in f. [77]) et de praebend. 3, 5. c. dilectus. 19. [78]), quia quantumcumque papa scribat, semper debent legitimae exceptiones admitti, ut X. G. de aetate. 1, 14. c. accepimus. 13. [79]) et de off. deleg. 1, 29. c. ex parte. 13. [80]); imo puniuntur iudices [81]), nisi admittant legitimas exceptiones. ut C. 25. q. 2. §. puniri. (c. 16. §. 2.)

Validis admissis statim iudex praefigat terminum congruentem reo, intra quem probet eas. Actor vero statim protestetur expensas, si reus forte, qui exceptio-

---

65) *meo.* — B. »eo."

66) *c. pastoralis. c. qualiter. c. ut debitus.* Innoc. 3.

67) *iud. deleg. in causa etc.* — B. »imo »dc'f."

68) *est.* B om.

69) *constringatur.* — B. »constringat."

70) *in.* B. om.

71) Alexand. 3.

72) Cf. h. t. pag. 352. vers. 21.

73) *qualis ea.* — B. »palā."

74) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. excommunicationis.

75) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. cognitio. vers. et hoc, quod diximus.

76) Cf. h. pag. vers. 3.

77) *in f.* Ita B. Sed fuerit idem locus (pr. in f.), quem noster h. part. tit. 1. (pag. 321. vers. 18.) allegavit.

78) arg. verb. »nos facto eiusdem legati »illicito reprobato, quod est licitum appro»bantes." Innoc. 3.

79) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ad §. ult. in v. exceptiones.

80) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. rationabiles., in v. nullae. et in v. credimus unquam.

81) *iudices.* — B. om.

nibus efficiatur actor, ut Dig. de except. 44, 1. l. 1. et Dig. de probat. 22, 3. l. in exceptionibus. 19. (pr.), defecerit in probando. Reus autem in continenti petat actorem iurare, super exceptionibus propositis, de veritate dicenda[82]. Reus vero per confessionem partis adversae suam poterit intentionem fundare; et si per confessionem poterit obtinere, bene quidem, alioquin alias probationes inducat.

Adveniente vero termino, si iudex excipientem intentionem suam fundasse viderit et bene probasse[83], pro reo pronuntiet hoc modo: „Quia mihi constitit „evidenter, presbyterum P. de tali loco tempore impetrationis fuisse vinculo ex„communicationis adstrictum, ideo literas, ad me per ipsum a sede apostolica im„petratas, interloquendo pronuntio non valere et me per ipsas in causa proce„dere non posse."

Si vero reus probare non potuerit vel noluerit, quod obiicit, pronuntiet sic iudex contra ipsum: „Cum presbyter G. de Podio contra I. presbyterum de Valle „excipiendo proposuerit coram nobis, quod literae apostolicae ad nos per eum „obtentae non valerent, pro eo, quod dictus I. presbyter tempore impetrationis „erat vinculo excommunicationis adstrictus; sed[84] ipse in termino sibi assignato „non probaverit, quod obiecit: non obstante exceptione proposita, pronuntiamus „ipsas literas valere ac nos in causa legitime posse procedere."

Et quia in huiusmodi exceptionibus excipiens consuevit adversario condemnari in expensis, si forte in eisdem probandis[85] deficiat, imo de iure debet, ut X. G. de dolo et cont. 2, 14. c. finem. 5.[86], ideo de condemnatione expensarum iudex in fine interlocutoriae addat hoc modo: „Sed quia presbyter G. non proba„vit, quod obiecit, taxatione et iuramento praemissis, in expensis decem sol. ad„versario condemnamus."

Et ab ista interlocutoria pars gravata, si voluerit, appellare poterit[87], sicut infra tit. de appell. Deo dante dicemus[88]. Si vero altera pars appellaverit, potest iudex, si viderit expedire, suam interlocutoriam revocare, appellatione non obstante, et si revocaverit, in causa potest procedere, parte appellante etiam nolente. ut habes expresse X. G. de appell. 2, 28. c. cum cessante. 60.[89] et de praesumt. 2, 23. c. afferte.[90] 2.[91] — Revocatio[92] autem interlocutoriae debet fieri utraque parte praesente, quamvis quidam maligni iudices partem decipiant appellantem: primum dimittunt appellantem cum sua appellatione a sua praesentia recedere, et postea praesente notario vel idoneis testibus eam revocant, et sic appellantem deludunt, quia cum appellans coram iudice appellationis de iniquitate interlocutoriae docuerit, altera pars probat in continenti gravaminis revocationem, et sic appellans invenitur minus legitime provocasse, et ideo, condemna-

---

82) Cf. part. 2. tit. 2. sub fin.

83) *probasse*. — B. »probant."

84) *sed*. — B. »si."

85) *probandis*. — B. »probandi.

86) Innoc. 3. Cf. *Gloss*. in v. expensas.

87) *si voluerit, appellare poterit*. — B. »si »voluit appellare."

88) part. 3. tit. 3. sub f.

89) Cf. *Tancr*. part. 4. tit. 5. §. 14. pag. 301. vers. 15. et seq.

90) *afferte*. — B. »astricte."

91) ex 1. Reg. 3, 24. et seq. Cf. *Gloss*. in v. ait.

92) B. inscr. »Qualiter fiat revocatio in»terlocutoriae."

tus in expensis, remittitur ad priorem iudicem, ut X. G. de appellationibus. **2, 28.** c. ut debitus. 59.[93]); sed hoc est male iudicare; unde, cum iudices debeant partes a fraude et dolo compescere, ut X. G. de rescr. **1, 3.** c. ex tenore. **16.** (in f.)[94]), multo fortius nec ipsi dolum vel fraudem committere debent; alioquin potest dici de talibus: in quo alterum iudicatis, vos[95]) ipsos condemnatis, ut C. **32.** q. 6. c. nihil. **1.**; fugiendus est enim iudex, qui facit id, a quo debet alios prohibere. ut C. **26.**[96]) q. 5. c. ult. (§. ult.) Praesente igitur utraque parte hoc faciat, ut praemisimus, iudex, sano usus consilio, si videt se partem gravasse; et sic revocet: „gravamen, quod contra te protuli, expresse revoco, et praecipio „tibi, quod sine mei licentia non recedas, imo procedas in causa secundum for„mam iuris." Quidam tamen, volentes suam verecundiam palliare, sic revocant: „ego, si in aliquo te gravavi, ex nunc revoco." Alii autem hanc revocationem non admittunt, pro eo, quod videtur sub revocatione dubia revocare[97]). Ego autem hanc revocationem, salva meliori sententia, bene admitterem; et est arg. optim. (X. G.) de elect. **1, 6.** c. illa. **39.**[98]) Videat tamen iudex, ne sit indoctus, ut ipse dicat, sicut multi iuris ignari: „ego protestor, quod ego sum paratus re„vocare a gravamine, si ego in aliquo te gravavi."; nam hoc non excusat, nisi alias expresse revocet. arg. optim. X. G. de eo, qui mitt. in poss. causa rei serv. **2, 15.** c. **1.**[99]) — Sed numquid iudex poterit post decem dies suam interlocutoriam revocare? Videtur, quod non, quia transit tunc post decem dies in rem iudicatam, sicut diffinitiva. ut dicitur X. G. de elect. **1, 6.** c. cum dilectus. **32.** (in f.)[100]) Contrarium tamen verum est, quia etiam post decem dies revocare potest a gravamine iudex quandocumque, dummodo ante sententiam diffinitivam. Interlocutoria enim transit in rem iudicatam, sicut dicit illa decret. „cum dilectus.", quoad partem, quae intra decem dies non appellaverit, et ideo post decem dies appellare non potest; non tamen transit quoad iudicem, quin revocare eam possit[101]); sed iudex eam semper revocat, ut dicit decret. X. G. de praesumt. **2, 23.** c. afferte.[102]) **2.** X. G. de appell. **2, 28.** c. cum cessante. **60.** et Dig. de re iud. **42, 1.** l. quod iussit. **14.**[103])

§. 6. §. Si ergo reus[104]) omnibus destituatur exceptionibus, ut non possit iudicis iudicium declinare, qui eum citavit, tamquam non sui iudicis, vel non possit eum recusare ex praemissis causis vel ex aliis, quae hic non sunt enumeratae, vel non possit actorem per exceptionem excommunicationis excludere, vel ex persona propria contra ipsum exceptionem aliquam opponere, tunc oportet ipsum iudicis subire iudicium et adversario sub eius iudicio respondere.

---

93) 94) Innoc. 3.

95) *vos*. B. om.

96) *C. 26.* — B. »XXV."

97) Fortasse scribend. »revocari."

98) arg. verb. »supplentes . ., si quis . . »fuisset defectus." Innoc. 3.

99) Alexand. 3. Ibi *Gloss*. in v. voluntatem. »Item est arg., quod voluntas sola non »sufficit sine effectu."

100) Innoc. 3. Cf. *Gloss*. in v. intra decendium.

101) Post ista B. vitiose: »sed quoad »partem. et ideo post X dies non aū iu»dicem quin revocare eam possit. sed quoad »partem. et ideo post X dies non auditur."

102) Cf. sup. not. 91.

103) Cf. *Tancr*. part. 4. tit. 1. §. 2.

104) *reus*. — B. »res."

P.2. T.1.

De litis contestatione. [1]

Prima igitur particula breviter expedita, quae usque ad litis contestationem protrahitur, ad secundam, quae a lite contestata [2]) usque ad diffinitivam sententiam [3]) extenditur, velociter accedamus. §. 1.

§. Partibus igitur in praesentia iudicis constitutis, tunc surgat advocatus actoris et legat libellum actoris, cuius copiam reus habere debet, et eo lecto ipse petat a iudice, ut compellat reum respondere libello sibi porrecto. Reus autem sit cautus et respiciat diligenter, utrum contineantur eadem in suo libello, quae continentur in libello actoris in originali; quare [4]) praesens notarius esse debet. Et si est idem tenor omnium, tunc secure poterit procedere; si vero differunt in aliquo, tunc petat illos corrigi, quod statim iudex facere fieri debet. Eis ergo concordatis, respiciat adhuc, utrum sint aliqua dubia in eo vel ambigua, et antequam respondeat, petat sibi omnia declarari, quia nil debet esse in libello obscurum vel ambiguum, sed omnia esse clara. arg. Dist. 4. c. erit. 2. et C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.) [5]) X. G. de lib. oblat. 2, 3. c. significantibus. 2. [6]) et de dilat. 2, 8. c. literae. 3. [7])

Qualiter debeant libelli formari in criminali et in aliis causis, hic non posui, cum haec materia sit per viros magnificos expedita, et specialiter per dominum Roffredum Beneventanum in libro, quem super iure canonico compilavit.

Visis igitur a reo omnibus his et consideratis, quae in libello debent considerari, actor reiteret [8]) petitionem suam in hunc modum: „peto litem contestando, „quae in meo libello continentur." Tunc debet iudex dicere reo, quod respondeat. Reus vero respiciat diligenter, quae ab eo petuntur, et si sint, quae petuntur ab ipso, quorum aliquod sit verum et aliquod falsum, verum confiteatur et falsum neget de meo consilio; licet quasi omnes rei faciant contrarium.

§. [9]) Sed quia interdum contingit, quod reus vult reconvenire actorem, qualiter hoc fieri debeat, ostendamus. §. 2.

Consideret autem reus, si vult reconvenire, antequam respondeat, et, postquam responderit, petat ipsum in continenti compelli respondere suae petitioni; et si iudex non faceret, posset ab eo legitime appellare, X. G. de mut. petit. 2, 4. c. 1. [10]), nisi [11]) esset coram arbitro, coram quo nec appellatio nec reconventio [12]) locum habet, X. G. de arbitr. 1, 43. c. cum dilectus. 6. [13]), vel nisi causa talis esset, quae reconventionem impediret, puta criminalis vel praeiudicialis [14]).

---

1) B. inscr. »Incipit secunda particula."

2) *a lite contestata.* — B. »añ litem conte."

3) *sententiam.* B. om.

4) *quare.* — B. »q̄." (quae.)

5) arg. verb. »deliberet, cedatne, an »contendat."

6) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. significantibus.

7) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. tribus annis et ultra.

8) *reiteret.* — B. »reiteretur."

9) B. inscr. »Qualiter actor debeat re»spondere libello."

10) Alexand. 3.

11) *nisi.* — B. »ubi."

12) *reconventio.* — B. »reus uētio."

13) Innoc. 3.

14) B. add. »et civil." Suspicari licet,

C. 3. q. 11.[15]) c. 1. 2. et 3. Et alia plura attendantur, quae in libello Tancredi ponuntur in tit. de reconventione[16]). Fit enim reconventio ante litem contestatam, nisi reus hoc protestetur. Facta ergo responsione a reo super libello actoris et lite legitime contestata, actor conventus[17]) respondere tenetur simili modo petitioni rei, comprehensae in suo libello, litem contestando. Et postea causae vicissim tractabuntur usque ad finem, regula illa servata, quod qui prior appellat, prior agat etc. ut X. G. de mut. pet. 2, 4. per totum. et de ord. cogn. 2, 10. c. cum dilectus. 2. et de causa poss. 2, 12. c. 1.[18]) Et si actor non vult sibi respondere, non cogitur in praealleg. decret. de mut. pet. 2, 4. c. 1.[19])

§. 3. §. Si vero reus non possit actorem reconvenire, vel etiam nolit, respondeat petitioni actoris sub hac forma[20]): „litem contestando nego in libello posita", vel „nescio", vel „non credo me teneri ad praedicta", vel per similia verba. Haec autem forma litem contestandi probatur X. G. de rest. spol. 2, 13. c. cum ad sedem. 15.[21])

Praeterea scias, quod litis contestatio fit[22]) tam ad interrogationem iudicis, quam partis adversae, X. G. de dolo. 2, 14. c. prout. 4.[23]); imo per responsionem advocati. X. G. de appell. 2, 28. c. cum causam. 62.[24]) — Sed numquid per responsionem peremtoriae exceptionis habet fieri litis contestatio[25])? Arg., quod sic, in decret. prout. et c. cum causam. Sed contra (X. G.) de elect. 1, 6. c. dudum. 54. (§. 3.)[26]) Solutio. Diversi diversa sentiunt in hoc casu. Et quidam habent, quod sic, per prima duo iura; et quidam, quod non, quod mihi placet magis, ex eo, quod per exceptionem iudicium ordinari legitime non potest. ut X. G. de foro comp. 2, 2. c. si clericus. 5.[27]) et c. ex parte. 15.[28]) et de ord. cogn. 2, 10. c. cum dilectus. 2.[29]), et melius hodie dicitur[30]) per decret. novam, quae incipit „exceptionis."[31])

Quis sit effectus litis contestationis, Tancredus optime dicit in suo libello[32]).

§. 4. §.[33]) Viso de litis contestatione, quae fit per principales personas, videamus de ea, quae fit per procuratores, syndicos vel actores.

---

nostrum de spirituali causa coram laico iudice haud tractanda locutum esse. Cf. *Tancr.* part. 2. tit. 19. §. 2. sub f.

15) *q. 11.* (cf. *Tancr.* l. l. §. 2. pr.) — B. „q. IX."

16) part. 2. tit. 19.

17) *conventus.* — B. „convenitur."

18) Ista ex *Tancr.* l. l. §. 4. parum accurate transcripta esse videntur.

19) Cf. *Tancr.* l. l. §. 5.

20) B. inscr. „Responsio libelli lite contestata."

21) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. nec credere.

22) *fit.* ab a B.

22) Urban. 3. Cf. *Gloss.* in v. instante.

24) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. lis contestata.

25) *litis contestatio.* — B. „lite conte."

Cf. *Gloss.* ad c. dudum. infra l. in v. responsionem.

26) Gregor. 9.

27) Alexand. 3.

28) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. exceptionibus aliis. vers. item haec exceptio. et seq.

29) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. exceptionis.

30) *dicitur.* — B. „nur̄." (innuitur?)

31) *exceptionis.* (B. „exceptoī.") c. 1. de lit. cont. in 6°. 2, 3. ex conc. Lugdun. Innoc. 4. Cf. *Gloss.* in v. non impediat.

32) *Tancr.* part. 3. tit. 1. §. 6.

33) B. inscr. „De lit'. cont.' per procuratores et actores."

Scire tamen debes ante omnia, quod procuratores et huiusmodi personae, quae agunt vel defendunt nomine alieno, ante litem contestatam satisdare debent quandoque de iudicato solvendo, quandoque rem ratam dominum habiturum. De satisdatione actoris et rei et procuratoris dicitur plene in libello Tancredi. Quaedam tamen satisdationes notantur ibi, quae hodie locum non habent, tamquam contra consuetudinem facientes [34]).

Igitur dum causa per procuratores fuerit tractanda, scire debes, quod si procuratores in principio dantur, in ipsorum personis formandi sunt libelli, X. G. de elect. 1, 6. c. querelam. 24. [35]) et X. G. de capell. monach. 3, 37. c. dilectus. 2. [36]); et in ipsorum personis formabitur postmodum sententia, ut in his duabus concordantiis et in multis aliis [37]). Si vero lis fuerit per principales personas contestata, et post litem contestatam dantur [38]) procuratores, formanda est sententia in persona principali. arg. Dig. de his qui notantur infamia. 3, 2. l. furti. 6. (§. 2.) [39])

Petitio et responsio habet fieri inter ipsos, sicut inter principales, ut dictum est.

§. Et nota, quod litis contestatio fit per petitionem et responsionem etc., §. 5.
ut X. G. de elect. 1, 6. c. dudum. 54. (§. 3.) e. t. 2, 5. c. un. [40]) et Cod. de iud. 3, 1. l. rem non novam. 14. (§. 1.) et Cod. de lit. contest. 3, 9. l. un.; unde si quis in iure, id est coram iudice, et praesente adversario, aliquid petat, et reus confiteatur, non fit litis contestatio secundum quosdam, quod mihi bene placet, arg. praedictae l. rem non novam. Cod. de iud. [41])

De iuramentis de calumnia et de veritate dicenda. [1]) T.2.

Cum post litem contestatam iurari consuevit in causa, quandoque de calumnia, quandoque de veritate dicenda, ideo de ipsis iuramentis subiiciamus.

Et scias, quod haec iuramenta differunt inter se in multis. — Iuramentum enim de calumnia praestatur in causis pecuniariis et criminalibus; sed iuramento de veritate dicenda utimur solum in spiritualibus. e. t. 2, 7. per totum. — Item iuramentum de calumnia praestatur post litem contestatam, ut e. t. 2, 7. c. literas. 2. [2]); de veritate dicenda iuratur in processu. [3]) ut X. G. de iureiur. 2, 24. c. ex

---

34) *Tancr.* part. 2. tit. 14. 15. 16.

35) verb. petebat oeconomus. Innoc. 3.

36) verb. syndicus ab oeconomo postulans. Innoc. 3.

37) *ut in his duab. conc. et in m. a.* — B. »ut in eis debent concordare cum m. a.“ (ex siglorum permutatione.)

Cf. *Tancr.* part. 4. tit. 1. §. 5. vers. et nota, quod si actum est.

38) *dantur.* — B. »dnt.“

39) arg. verb. »nec ergo, si ab initio per procuratorem causa agitata est.“

40) *c. dudum.* et seq. Gregor. 9.

41) Cf. *Gloss.* l. l. not. 25.

1) B. »De iuramentis.“

2) arg. a contrario sensu, ex ult. h. c. verbis desumto: ad ulteriora sc. haud procedendum esse, cum de calumnia iurandum sit. Honor. 2.

3) *de veritate dicenda iuratur in processu.* (cf. *Tancr.* pag. 202. vers. 14. 15.) B. om.

literis. 32. [4]) — Item primum iuramentum est de credulitate; secundum est de veritate [5]).

Quid contineatur in iuramento de calumnia, notatur his versibus: „Illud iu„retur etc. Nil promittetur etc. Et si quaeretur etc. Ut lis tardetur etc." [6]) Et nota, quod nullus discretus iudex hodie de consuetudine admittit ultimum versiculum de iuramento calumniae; quia vix aut numquam partes periurium poterunt evitare; quia saepe post illud iuramentum partes petebant dilationes plus debito prorogari; igitur bonum est, ut ultimus versiculus omittatur.

Item nota, quod si iuras de veritate dicenda, et interrogaris, quid credis, non teneris respondere, quia non de credentia, sed de veritate dicenda iurasti; secus, si de calumnia. X. G. de testib. 2, 20. in c. de testibus. 29. [7])

Item nota aliud, quod si episcopus iurare voluerit de calumnia vel de veritate dicenda, iurabit coram positis et non tactis sacrosanctis evangeliis, ut X. G. de iuram. cal. [8]) 2, 7. c. ult. [9]); et idem facere debet in testimonio. ut C. 11. q. 1. §. episcopum. (ad c. 9.) [10]) Invenio tamen, quod tangit, quando revertitur ab haeresi, ut C. 1. q. 7. c. quotiens. 9. [11]); item quandoquidem solvitur a sententia excommunicationis vel suspensionis. ut X. G. de sent. excomm. 5, 39. c. venerabili. 52. [12])

Est sciendum, quod est aliud iuramentum, quod dicitur de malitia, quod praestatur in exceptionibus et in qualibet parte causae, ubicumque aliqua exceptio proponatur, si videatur malitiose proponi. ut X. G. de except. 2, 25. c. pastoralis. 4. de elect. 1, 6. c. cum dilectus. 32. [13]) de rest. spol. 2, 13. c. literas. 13. [14]) — Differentia est inter hoc iuramentum et iuramentum de calumnia; quia de calumnia iuratur post litem contestatam; illud praestatur, quandocumque exceptio proponatur, quae praesumatur malitiose proponi; ut [15]) in praeallegatis iuribus patet. — Est et alia differentia, quia iuramentum calumniae non praestatur in causis spiritualibus [16]), X. G. de iuram. cal. 2, 7. c. literas. 2. [17]); istud autem in qualibet causa praestatur, ut praedictum est [18])

---

4) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. ex literis. et in v. occultata veritate. vers. dubitatio huius iuramenti.

5) *de veritate.* (cf. seq. vers. item nota, quod si iuras. et seq. tit. de posit. §. 7. vers. item si reus neque neget etc.) — B. »de cre»dulitate et veritate."

6) Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 2. §. 5.

7) Innoc. 3. H. d. test. *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de iuram. cal. §. 4. num. 4.

8) *de iuram. cal.* — B. »de iur̄iur̄."

9) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. per te ipsum. in f.

10) Cf. *Gloss.* ad vers. episcopus non flagitetur.

11) verb. evangelia, quae in manibus meis teneo.

12) verb. episcopo praestante corporaliter iuramentum. Honor. 3.

13) *de except. c. pastoralis.* (Innoc. 3. Cf. *Tancr.* pag. 203. vers. 2.) *de elect. c. cum dilectus.* (Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento.) — B. »de except. cum dilectus."

14) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. iuramento recepto.

15) *ut* B. om.

16) B. add. »istud vero sic."

17) Honor. 2.

18) Cf. *Gloss.* l. l. sup. not. 13. 14.

De positionibus. [1]

T.3.

Quia post iuramentum calumniae seu veritatis dicendae partes statim consueverunt facere suas positiones sive confessiones et responsiones in causa, ideo, ad quid fuerunt inventae, et qualiter sint formandae, et quibus positionibus teneantur partes [2]) adversae respondere et quibus non, et quas positiones iudex admittere debet et quas non, et quousque fieri possint in causa, breviter ostendamus, et quae sit poena nolentis [3]) iustae positioni respondere.

§. 1. §. Confessiones seu positiones fuerunt inventae, ut partes relevarentur ab onere probationum, nam facilius fiunt confessiones, quam producantur testes, cum testes [4]) legitimi difficile inveniantur et cum labore et expensis producantur, arg. X. G. de testib. 2, 20. c. cum olim. 34. [5]) et de testib. cog. 2, 21. c. cum super causa. 2. [6]) C. 4. q. 3. §. item in criminali. (c. 3. §. 1. et seq.); item ut veritas eliciatur ab ore litigatoris, arg. X. G. de iuram. cal. 2, 7. c. ceterum. 5. [7]) et de iureiur. 2, 24. c. ex literis. 32. [8]); si confiteatur enim pars in iure, non sunt postea quaerendi testes, sed ex sua confessione procedat sententia contra ipsum, X. G. de transact. 1, 36. c. praeterea. 10. [9]); nam pro convicto habetur in iure confessus, X. G. de confess. 2, 18. c. 2. [10]) et Cod. e. t. 7, 59. l. un.; nullae enim sunt partes iudicis in confitente, Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. proinde. 25. [11]) §. fin.; et verum est quantum ad examinationem causae; sententiare tamen debet in causa secundum acta iudicii [12]); et occurrit illud evangelicum: „serve nequam, ex ore „tuo te iudico [13])." Et quod dicimus de confitente, verum est, si ipse in sua confessione persistit; secus, si eam revocet, quod potest facere, si dicit se errasse; et probando errorem audietur super tali revocatione usque ad sententiam. X. G. de confess. 2, 18. c. ult. [14]) Cod. de iur. et facti ignor. 1, 18. l. error. 7.

§. 2. §. Sequitur, qualiter sint formandae. Et quidem per verba affirmativa, non negativa. [15]) arg. X. G. de elect. 1, 6. c. bonae. 23. [16]) de renunt. 1, 9. c. super hoc. 5. [17]) de causa poss. et propr. 2, 12. c. cum ecclesia. 3. [18]) de probat. 2, 19.

---

1) B. inscr. „De positionibus Responsio„nibus quae fiunt per iuramentum calumniae „vel de veritate dicenda."

2) *partes.* — B. „parte."

3) *nolentis.* — B. „nolenti."

4) *cum testes.* B. om.

5) Innoc. 3.

6) Alexand. 3.

7) Luci. 3.

8) Honor. 3.

9) Coelestin. 3.

10) *c. 2.* (cf. not. 16. ad *Tancr.* part. 3. tit. 4. et *Grat.* h. part. tit. 8. de allegat. pag. 375. vers. 7.) — B. „c. 1."

11) *l. proinde.* (cf. *Tancr.* pag. 211. vers. 3. et *Grat.* h. tit. pag. 367. vers. 24.) B. om.

12) Cf. *Pill.* pag. 32. vers. 26. et seq.

13) Cf. *Tancr.* pag. 211. vers. 9. 10.

14) Gregor. 9.

15) *non negativa.* (cf. *Tancr.* pag. 209. vers. 2. Ceterum noster, quamvis alias, pag. 358. vers. 25. et ibi not. 31., concilio Lugdun. Innoc. 4. usus est, nihilominus ea, quae in c. 1. de confess. in 6°. 2, 9. ex eod. conc. recepta sunt, hoc loco neglexisse videtur. Cf. h. t. §. 3.) — B. „ꝛ" (et) „negativa."

16) arg. verb. „negantis factum per re„rum naturam nulla directa probatio." Innoc. 3.

17) arg. verb. „negantis factum per re„rum naturam nulla probatio." Clem. 3.

18) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. negativam.

c. quoniam contra. **11.** [19]) Dig. de probat. **22**, **3**. 1. **2**. et Cod. e. t. **4**, **19**. l. actor. **23**. — Et ut haec tibi clare pateant, subiiciamus exempla. Pone, quod aliquis electus de sua electione contendat; vult probare per confessiones, se esse electum; sic potest incipere: „Pono meo iuramento, me esse electum ad regimen ta„lis ecclesiae per eos, qui sunt in quasi possessione iuris eligendi clericum ad „ecclesiam illam. Item pono, quod in quasi possessione iuris praesentandi vel „eligendi sunt isti viri, S. P. et B. et [20]) R. etc. Item pono, quod sex ex his „me domino episcopo praesentaverunt. Item pono, quod isti sex, qui me prae„sentaverunt, requisiverunt reliquos [21]), ut deberent cum eis concordare de ali„quo clerico praesentando. Item pono, quod duo ex illis quatuor, scilicet P. et „R., ratam habuerunt postea praefatam praesentationem, quae facta fuit per illos „sex." — Quamvis ergo neget reus fortasse te canonice electum, si tamen cetera confiteatur, obtinuisti in causa, et sine omni alia probatione debet pro te ferri sententia. Quod sic tibi ostendo. Dixisti superius, quod decem viri sunt patroni, qui sunt in quasi possessione iuris praesentandi clericum; quod ipse confitetur. Per hoc habes, quod sunt decem tantum et non ultra, per regulam, quae observatur in iure, quae dicit, quod infinita aequipollet universali. [22]) ut C. **1**. q. **3**. c. salvator. **8**. (§. ult.) [23]) et (X. G.) de privil. **5**, **33**. c. quia circa. **22**. [24]) Dixisti postea, te fuisse praesentatum a sex ex istis decem; et sic quod constat, quod a maiori parte; et ideo tua electio debet valere. X. G. de iure patron. **3**, **38**. c. quoniam in quibusdam. **3**. [25]) Item dixisti, te electum ab his, qui sunt in quasi possessione iuris praesentandi; ergo, sive sint patroni in veritate, sive credantur et non sint, tua electio debet robur obtinere firmitatis. ut X. G. de elect. **1**, **6**. c. querelam. **24**. [26]) de re iud. **2**, **27**. c. cum Bertholdus. **18**. [27]) de iure patron. **3**, **38**. c. consultationibus. **19**. [28]) Item dixisti, quod isti sex, qui praesentaverunt te, requisiverunt alios quatuor, ut deberent cum aliis concordare de clerico praesentando; et ille reus super hoc fuit confessus, quod isti sex [29]) non processerunt illis contemtis; propter quod [30]) potuisset tua electio irritari, quod probatur X. G. de postulat. **1**, **5**. c. bonae. **4**. [31]) de elect. **1**, **6**. c. quod sicut. **28**. [32]) et c. venerabilem. **34**. [33]) et c. bonae memoriae Cremon. **36**. [34]) et c. quia propter. **42**. [35]) et

---

19) ut in not. 16. Innoc. 3.

20) *et.* — B. »ul'." (vel.)

21) *reliquos.* — *Durant. sp.* lib. 2. p. 2. tit. de positionib. §. 5. num. 10. »alios quatuor." — Cf. h. pag. inf. vers. 26.

22) *universali.* — B. »uni." — Cf. *Gloss.* l. l. seq. not. 23.

23) Cf. *Gloss.* in v. indefinite.

24) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. indefinite.

25) ex conc. Lateran. a. 1179.

26) verb. »cum nobis constiterit, quod »populus in quasi possessione praesentandi »clericum exsistebat etc." Innoc. 3.

27) arg. a contr. sensu; nam ibi de possessione non sufficienter probata dictum est. Innoc. 3.

28) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. credebatur.

29) *sex.* — B. »X."

30) *quod.* B. om.

31) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. eis contemtis.

32) pr. sub f., vers. quod si eos vocatos. Innoc. 3.

33) verb. »cum electioni plus contemtus »unius, quam contradictio multorum obsi»stat." Innoc. 3.

34) ubi sub f. similit., ut in not. 33. Innoc. 3.

35) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. qui debent.

de causa poss. 2, 12. c. cum ecclesia. 3.[36]) Item dixisti, quod post tuam praesentationem factam a sex, duo ex quatuor consenserunt; quod recte fieri potuit, ex quo primo fuisti electus ab illis sex, qui continuerunt maiorem partem, ut X. G. de elect. 1, 6. c. quod sicut. 28.[37]) et c. ecclesia vestra. 57.[38]); quoniam[39]) in electionibus ratihabitio locum habet, ut in iuribus praeallegatis patet; nec contradicit decretalis (X. G.) de elect. 1, 6. c. auditis. 29.[40]), nam ibi factum nullo modo tenuit, et ideo ratihabitio, quod confirmaret, non invenit. Patet ergo, quod per confessionem partis adversae docuisti de iure tuo, et debes in causa obtinere.

§. Diximus, qualiter sint formandae; nunc videamus, quibus positionibus pars adversa teneatur respondere[41]). Est sciendum, quod omnibus positionibus, dummodo faciant ad causam, et non fiant per verba negativa implicite vel explicite, et eadem positio non iteretur. §. 3.

Positiones enim, quae ad causam non faciunt, non debent admitti. Puta, si vertitur quaestio de tua electione, et tu ponis sic: „pono meo iuramento, quod „contraxit matrimonium die dominica proxima post pentecosten cum Bertha", vel agis de tuo matrimonio carnali, et tu ponis: „quod in maiori ecclesia est certus „numerus canonicorum." Istae positiones non faciunt ad causam, et ideo iudex eas nec admittere, nec pars adversa tenetur talibus respondere. Per istas positiones in nullo relevatur; verbi gratia, vis probare te contraxisse cum M. tali loco, et tu ponis, „te comedisse die dominico in tali loco cum B. muliere." Haec positio vel consimilis non relevat[42]), quia, si pars confiteatur, non prodest ponenti, et si neget, non obest.

Item non tenetur respondere positioni negativae, sive sit negativa implicite, sive explicite. Verbi gratia: „pono meo iuramento, quia talem mulierem non cognovi." Haec est negativa explicite. Vel sic: „pono, quod tempore electionis meae tantum „quatuor ex canonicis fuerunt absentes." Et haec est implicita. Sed nota, quod istae elocutiones[43]) „tantum" et „solum" et consimiles faciunt implicitam negativam. Sic ergo positio, quae[44]) habet negativam implicitam vel explicitam, non est admittenda, quia non potest probari. ut X. G. de elect. 1, 6. c. bonae. 23. et de renunt. 1, 9. c. super hoc. 5. de causa possess. 2, 12. c. cum ecclesia. 3. de probat. 2, 19. c. quoniam. 11.[45]) et c. ad nostram. 12.[46]) Sed videtur contra (X. G.) de probat. 2, 19. c. tertio. 5.[47]) et de testib. 2, 20. c. ex tenore. 35.[48]) Respondeo: in decret. „tertio." non probatur negativa, sed affirmativa, scilicet, quod vox[49]) eorum semper fuit unanimis conservare res integras monasterii. Et hoc

---

36) verb. „electionem factam eis .. exclusis decrevimus irritandam." Innoc. 3.

37) pag. 362. vers. 29. Cf. *Gloss.* in v. consentire.

38) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. valebat.

39) *quoniam.* — B. „qnt̃ū."

40) Innoc. 3.

41) B. inscr. „Quibus positionibus quis „teneatur respondere."

42) *relevat.* — B. „Rndet." (respondet.)

43) *elocutiones.* — B. „elect'ones."

44) *quae.* B. om.

45) Cf. sup. not. 16. 17. 18. 19.

46) Honor. 3.

47) Clem. 3.

48) Innoc. 3.

49) *vox.* — B. „uxor."

semper potest fieri; si enim positio [50]) contineat aliquid affirmativum et [51]) negativum, id, quod est affirmativum, directe probari potest; et patet expresse in illo c. tertio. 5. de probat. 2, 19. et de renunt. 1, 9. c. super. 5. [52]) Ad decret. „ex „tenore." (2, 20. c. 35.) sic respondeo, quod ibi negativa non probatur directe, sed indirecte. Quod fieri potest. Si enim contra te producatur instrumentum, quod tali die contraxisti matrimonium Capuae, et probas cum legitimis testibus, te eadem fuisse Romae, optime probas negativam, indirecte tamen; impossibile enim esset, te esse eodem tempore Capuae et Romae; et ideo caute locutus est Innocentius in concilio c. quoniam. 11. (X. G.) de probat. 2, 19. [53]), ubi dicit: negantis factum nulla est probatio directa; non dicit simpliciter [54]): „nulla proba„tio", sed addit: „directa," ut daret intelligere, quod negativa indirecte [55]) opus est probare.

Item, si reus semel super confessione responderit, non debet super eadem iterum interrogari; et est ratio: nam si semel confessus est, ad quid denuo quaereretur? et idem [56]) dicas, si negavit [57]); quia non debet iterum quaeri ab eo de illo articulo, ne [58]) dicendo contrarium incidat in periurium vel [59]) saltem infamiam vulgi [60]); a quo periurio debent [61]) iudices partes custodire, X. G. de iureiur. 2, 24. c. si vero. 8. et de testib. 2, 20. c. cum tu. 16. [62]); quia multum praesumitur contra eum, qui varie in iudicio respondet. ut X. G. [63]) de probat. 2, 19. c. per tuas. 10. [64])

§. 4. §. [65]) Sequitur videre, quas positiones iudex admittere debeat. Sciendum enim est, quod ad quamcumque positionem pars non respondere cogitur de iure, illam iudex non tenetur admittere. Sed quid, si pars adeo sit simplex, quod non cognoscit positionem admittendam vel respuendam, numquid iudex compellet eam respondere inutili positioni [66])? Certe non; imo repellat ponentem suo officio, sicut facere debet de libello inepte et male formato, quem suo officio debet reiicere, imo secundum leges dentibus scindere. ut C. 2. q. 8. [67]) c. ult. (p. 2. §. 2. in f.) [68])

---

50) *positio.* — B. „petitio."
51) *et.* — B. „ul." (vel.)
52) pag. 363. vers. 30. 32. Cf. *Gloss.* in v. negat.
53) Cf. sup. not. 19.
54) *simpliciter.* — B. „simplici."
55) *indirecte.* — B. »ꝯ directe." (etiam directe.)
56) *idem.* — B. »id'o."
57) *negavit.* — B. „nō negaut."
58) *ne.* — B. »nec."
59) *vel.* — B. »ut."
60) Cf. *Tancr.* pag. 208. vers. 15. et seq.
61) *debent.* — B. „d'r."
62) *c. si vero. c. cum tu.* Alexand. 3.
63) B. add. „de etate. cū dilecti." Vitiose. Nec video, quid apte substituendum sit.
64) Innoc. 3.
65) B. inscr. »Quas positiones iudex facere potest."
66) *inutili* (sive: tali) *positioni.* — B. »utili »petitioni."
67) *q. 8.* — B. »q. IX."
68) B. add. »X. G. de except. 2, 25 c. »exceptionem. 12." (Gregor. 9.) »Ut iudex »suo officio repellit excommunicatum pu»blice, a simili facere debet de inutilibus »positionibus vel confessionibus factis co»ram eo." — Verum hancce adnotationem a genuino contextu alienam esse ex ipsa eius forma elucet.

§. Sequitur videre, quousque positiones fiunt in causa. Et ad hoc dicunt §. 5.
quidam, quod post publicationem testium non est locus his confessionibus; et hoc nituntur monstrare illa ratione: quia, si post publicationem testium actor ponat aliquid et reus neget, actor vellet hoc forte probare per testes; sed contra constat, quod hoc non posset, ut X. G. de testib. 2, 20. c. constitutis. 46. [69]); ergo inutiliter fiunt confessiones, quae, si negentur, probari non possunt. Alii dicunt, posse fieri quousque fuerit renuntiatum in causa illa probationibus, quia, cum sit una species probationum, ut X. G. de confess. 2, 18. c. 2. [70]), constat, quod si quis renuntiaverit probationibus, et renuntiasse positionibus intelligitur. arg. Dist. 19. c. si Romanorum. 1. [71]) et X. G. de maiorit. et obed. 1, 33. c. solitae. 6. [72]) Ego tamen credo, positiones et interrogationes posse fieri usque ad conclusionem causae; imo iudex debet interrogare diligenter, si dubitet de aliquo, usque ad prolationem sententiae, ut C. 30. q. 5. c. iudicantem. 11. [73]) et X. G. de fide instrum. 2, 22. c. cum Iohannes. 10. [74]); ad hoc X. G. de off. deleg. 1, 29. c. super quaestionum. 27. §. intentionis. (in pr.) [75]) Et hoc verum est, nisi partes positionibus forte renuntiaverunt scienter, cum quilibet renuntiare valeat etc. X. G. de privil. 5, 33. c. si de terra. 6. [76]) et C. 7. [77]) q. 1. c. quam periculosum. 8. [78]) et (X. G.) de regularib. 3, 31. c. ad apostolicam. 16. [79])

§. Deinde videamus de poena nolentium respondere positioni [80]) factae. Et §. 6.
est sciendum, quod usus causarum ad hoc communis est [81]), quod si quis non respondeat positioni [82]), pro convicto habeatur quantum ad illam positionem. De iure vero secus videtur, quia non semper, qui tacet, affirmat; quia, qui tacet, omnino non fatetur, sed verum est eum non negare [83]). Dig. de reg. iur. 50, 17. l. non utique qui tacet. 142. (184.) arg. X. G. de praescript. [84]) 2, 26. c. nihil. 2. [85]) Unde dicunt quidam, quod non debet procedi contra eum tamquam confitentem, sed tamquam contra contumacem [86]). Et haec [87]) opinio multum placet mihi, quia continet aequitatem. Usus tamen communis est contra ius, ut dictum est. Sed quid, si prorsus non taceat, nec dicenti respondeat? verbi gratia, ponit actor sic: „pono, quod Petrus debet mihi decem sol.", et ille confitetur, sibi aliquos sol. debere; numquid dicatur iste respondisse? Certe non, quia, quod obscure dictum est, pro non dicto habetur. X. G. de probat. 2, 19. c. in no-

---

69) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. didicerint.
70) Innoc. 3.
71) Cf. *Gloss.* in v. dicendo.
72) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* ult. in v. quodcumque.
73) Cf. *Gloss.* in v. remaneat.
74) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. postquam.
75) Innoc. 3.
76) Alexand. 3.
77) *C. 7.* — B. „VI."
78) Cf. *Gloss.* in v. quam periculosum.
79) Innoc. 3.
80) *positioni.* — B. „petitioni."
81) *communis est.* (cf. h. pag. vers. 27.) — B. „sil'e."
82) *positioni.* — B. „petitioni."
83) *verum est eum non negare.* — B. „verum eū negare."
84) *praescriptionib.* — B. „Rptis." (rescriptis.)
85) Gregor. M.
86) Cf. *Tancr.* pag. 210. vers 2. et seq.
87) *Et haec.* — B. „set h'i."

stra. 8.[88]) de testib. 2, 20. c. cum clamor. 53.[89]) Quid ergo fiet? Dic, quod urgeri debet confitens, ut certum respondeat, ad hoc, ut certus remaneat iudex et actor. Dig. de confess. 42, 2. l. certum. 6. (§. 1.) Iudex enim ad hoc adlaboret[90]) semper, ut sit certus ex responsione rei; alioquin quomodo sententiam poterit ferre certam? quod semper facere debet. ut Inst. de act. 4, 6. §. curare. 32. Sic ergo iudex primo laboret, ut fiat certa et aperta positio, ut ex hoc certa et aperta sequatur per consequens responsio.

§. 7. §.[91]) Sed nota, quod iudex semper debet facere scribi positionem in actis, antequam adversa pars respondeat. Et primo debet eam examinare, an sit admittenda, scilicet, si facit ad causam, si sit possibilis et non contra naturam; puta, si aliquis diceret, quod aliqua puella peperisset in septimo anno, vel si dicat, quod P. interfecit G., qui adhuc vivit, vel alia similia. Si vero non sit obscura vel captiosa, arg. Dist. 4. c. erit autem lex.[92]) 2., et eam viderit admittendam, faciat eam in actis poni. Et ipsa in actis redacta, quaerat iudex a ponente positionem, si dicat hoc iuramento. Et ipse debet respondere, quod sic. Et in continenti iudex debet interrogare adversam partem, ut respondeat; et compellat eam ad respondendum, ut praemissum est. — Si vero sit talis positio, super qua reus merito dubitat, petat inducias ad deliberandum. Caveat tamen reus, ne dicat: „ego volo inde habere consilium." Nam tunc iudex eum non audiat; quilibet enim praesumitur melius scire factum suum, quam alius; in ipso proprio[93]) enim facto non sustinetur ignorantia, arg. ad hoc X. G. de rescr. 1, 3. c. ab excommunicato.[94]) 41.; ideo super confessione non debet habere consilium cum aliquo, cum intra se deliberare possit et super hoc terminum petere. Et usus causarum sic se habet.

Item sciendum, quod positiones per advocatos formari debent, maxime cum partes nescirent formam. X. G. de iud. 2, 1. c. pastoralis. 14.[95]) Secus in responsionibus, in quibus reus[96]) nullo modo debet uti consilio advocati, ne illius consilio, qui factum nescit, incidat in periurium, negando veritatem vel confitendo falsum. Imo hoc consuevit fieri, quod in confessionibus advocatus non permittatur stare iuxta reum, ne ullo verbo aut signo faciat eum negare veritatem. Adsit tamen advocatus rei, ut si iudex vellet reum malitiose repetere in sermone, vel advocatus actoris, advocatus suus defendat eum ab iniquis positionibus[97]) et ineptis.

Item, si reus neque neget, neque confiteatur, sed dicat se nescire veritatem,

---

88) *c. in nostra.* (rectius „c. in praesentia.") vers. praeterea cum verbum illud. Innoc. 3.

89) Gregor. 9.

90) *adlaboret.* — B. „ut laboret."

91) Sequuntur corollaria, de quibus in pr. h. tit. (pag. 361. vers. 4. et seq.) haud dictum est.

92) *lex.* — „B. „ul' X."

93) *proprio.* (cf. *Gloss.* ad l. c. ab excommunicato. in v. de facto suo certus esse.) — B. „ī p̄mo." (in primo.)

94) *c. ab excommunicato.* (B. „excommunicato.") Gregor. 9.

95) Melius isto c. usus est *Tancr.* pag. 210. vers. 13. 14.

96) *in quib. reus.* (cf. h. pag. vers. 19. et seq.) B. om.

97) *positionibus.* — B. „petitionibus."

compellendus est praecise dicere, quid inde credit, Cod. de iureiur. propt. cal. 2, 59. l. 2. §. 2.; sufficit enim dicere: „ita credo." Et hoc verum est, sicut dictum est, de iuramento calumniae [98]. Secus in iuramento de veritate dicenda, ubi non compellitur quis dicere, quod inde credit, cum ad hoc non sit adstrictus iuramento; quamvis iudices ignari in legibus [99] frequenter in hoc errent.

Item nota, quod ita actor debet esse cautus in positionibus [100], quod non contineant plura membra, ne forte, si unum sit verum, alterum sit falsum, totum reus neget; quod bene potest per regulam istam: „cuius pars est falsa, eius to„tum relinquitur esse falsum." Verbi gratia: „pono" dicit „meo iuramento, quod „ego contraxi matrimonium cum Bertha legitime, de qua agitur, per verba de „praesenti, et annuli immissionem, et carnis copulam subsecutam." Si alterum istorum defuerit, totum potest mulier negare secure, nec incurrit periurium, per regulam supra dictam. Ergo cum haec positio habeat tria principalia membra, advocatus de his faciat tres positiones; et dicat sic: „pono meo iuramento, quod „ego contraxi cum Bertha muliere matrimonium, de qua agitur, per verba de „praesenti." Et iudex statim compellat mulierem, ad istam respondere, antequam actor ultra procedat. Et sic actor ordinate procedat in positionibus suis, ne decipiatur et reus inordinate respondeat vel decipiatur; quia non multum differt, in vitio decipi vel decipere. C. 16. q. 1. c. si cupis. 5. (§. 1.)

Quae requiruntur ad hoc, ut confessio praeiudicet, plene dicitur in libello Tancredi in titulo de confessis [101]; et ideo de hoc hic nihil dico.

Factis [102] positionibus et responsionibus, si reus confiteatur, actor statim petat sententiam ferri, X. G. de transact. 1,36. c. praeterea. 10. [103], quia in confessione nullae sunt partes iudicis, Dig. ad l. Aquil. 9, 2. l. proinde si occisus. 25. §. ult.; si negat, statim petat inducias ad alias probationes [104] inducendas.

De induciis. [1]

T. 4.

Sed quia induciae saepe in iudicio petuntur, tam ab actore, quam a reo, et de his nil diximus, ideo de omnibus induciis, quae peti possunt a partibus, plene subiiciamus [2].

Primae ergo induciae conceduntur reo, quando citatur ad causam primo. De his igitur dictum est primo in titulo de citationibus [3].

Sunt et aliae, quae dicuntur dilatoriae, quae dantur reo, cum se primo praesentat iudici, si [4] super literas citationis non potuit plene instrui vel deliberare. ut X. G. de dilat. 2, 8. c. praeterea. 2. [5]

Sunt et aliae, quae dantur reo ad quaerendum advocatum. Et in hoc casu sic teneas. Si reus conduxit advocatum, et aliquando cum eo comparuit in iudi-

---

98) Vid. h. part. tit. 2.

99) *ignari in leg.* (ut saepe isto tempore.) — B. »ignari legibus."

100) *positionibus.* — B. »petitionibus."

101) Vid. *Tancr.* part. 3. tit. 4. §. 2.

102) B. inscr. »Quid iuris de confessis."

103) Coelestin. 3.

104) *probationes.* — B. »positiones."

1) Cf. seq. not. 2.

2) B. inscr. »De iudiciis."

3) Vid. part. 1. tit. 4. §. 2. 3.

4) *si.* B. om.

5) *Coelestin.* 3. Cf. *Gloss.* in v. plene potuit. vers. quidam vero ob cautelam.

cio, et postea non potest eum habere, sibi imputet, quia talem advocatum conduxit. Si vero nondum conduxit, danda est ei dilatio ad quaerendum advocatum. Et sic intelligas, quod dicitur X. G. ut lite non cont. 2, 6. c. 1. [6]) et de dolo 2, 14. c. prout. 4. [7])

Item sunt et aliae induciae, quae reo dantur post susceptionem libelli, sicut in Auth. canon. [8]). C. 3. q. 3. §. offeratur. (c. 4. §. 5.)

Item sunt aliae, quae dantur ad proponendas exceptiones dilatorias et postmodum ad eas probandas. ut X. G. de except. 2, 25. c. pastoralis. 4. [9]) de off. deleg. 1, 29. c. prudentiam. 21. §. sexta. 2. [10]) et c. suspicionis. 39. [11]) et de appell. 2, 28. c. cum speciali. 61. [12])

Item sunt aliae, quae dantur actori ad producendum testes [13]); quae debent esse trinae secundum consuetudinem causarum; de iure vero sufficit una dilatio, dummodo sit talis, quod possit trina productio testium fieri, ut X. G. de testib. 2, 20. c. ultra tertiam. 55. [14]); et quarta datur cum solemnitate legali, quae continetur in illo c. ultra.

Omnes istae dilationes [15]) et quae occurrunt usque ad finem causae, sunt hodie arbitrariae, ut discretus iudex secundum qualitatem personarum et negotii, prout sibi videbitur, eas moderetur.

Post sententiam vero diffinitivam quaedam statutae sunt a iure, quas iudex moderari non potest, scilicet decem dierum [16]), infra quos appellare licet, post vero non; nec currunt isti decem dies ignoranti. ut X. G. de re iud. 2, 27. c. quod ad consultationem. 15. [17]) et C. 2. q. 6. sub illa l. anteriorum (c. 28. pr.) [18])

Appellanti vero annus datur a iure ad appellationem prosequendam, et ex iusta causa biennium, ut X. G. de appell. 2, 28. c. cum sit Romana. 5. et c. oblatae. 57. [19]); et etiam triennium vel quinquennium ex causa daretur iusta. ut e. t. (2, 28.) c. ex ratione. 8. [20]) Potest tamen tempus moderari a iudice, ut in praedictis concordantiis, secundum quod moderatur ex causa iusta quadrimestre tempus, id est tempus quatuor mensium, quod datur reo condemnato in personali actione, ut in c. quod ad consultationem. (2, 27. c. 15. sub f.)

---

6) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. advocatus.

7) Urban. 3.

8) *sicut in Auth. canon.* — B. »sicut aut'. »nouū."

9) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. protestata.

10) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. terminum. et in v. competentem.

11) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. terminum.

12) Aliter *Gloss.* ad h. decr. Innoc. 3. in v. terminum.

13) *testes.* — B. »testes. if." (testes suos?) De instrumentis nostrum dicere noluisse haud dubitabis.

14) Gregor. 9. Cf. *Gloss.* in v. productionem. (redeundum esse ad *Gloss.* in c. in causis. 15. e. t.)

15) *dilationes.* — B. »productiones."

16) B. add. »X. appll'one."; fortasse ex adnotatione, olim in marg. apposita.

17) Innoc. 3.

18) Cf. *Gloss.* in v. a recitatione.

19) Cf. not. 31. ad *Tancr.* part. 2. tit. 17.

20) Alexand. 3. Cf. *Gloss.* in v. impotentiam.

Et haec de dilationibus dicta sufficiant; et quod hic deest, in libello magistri Tancredi [21]) suppletur perfecte in titulo de dilationibus [22]).

De articulis. [1]) T. 5.

Quoniam in quibusdam locis actor de consuetudine, non [2]) de iure, offert iudici articulos, qui alicubi vocantur intentiones, in quibus continentur ea, quae actor probare desiderat, ideo et [3]) de his sufficienter, prout possumus, ostendamus.

Et „de consuetudine" ideo dixi, quia in multis locis, sicut in Aretina civitate, tales articuli non dantur, et forte propter hoc magister Tancredus non dixit in libello suo de huiusmodi articulis aliquid. Et videtur, quod sine eis possit causa duci; nam loco articulorum in terra mea, scilicet in civitate Aretina, est libellus; sicut enim ille, qui offert articulos suos, et nititur per testes probare, quod continetur in eis, sic et nos, si non probamus, quae in nostris libellis continentur, condemnari debemus. Igitur [4]) ubi isti articuli dentur in libellis, sicut et nos facimus, frustra laborant dantes huiusmodi articulos, cum hoc careat ratione, et quod ratione caret, debet penitus exstirpari. ut Dist. 68. c. chorepiscopi 5. (§. 1.) Sed quia iudices iudicare debent secundum consuetudinem locorum, dummodo non sint consuetudines expresse contra iura, ut Dist. 11. c. in his rebus. 7. et X. G. de consuet. 1, 4. c. ad nostram. 3. et de eo qui mitt. in poss. 2, 15. c. cum venissent. 3. [5]) et de probat. 2, 19. c. sicut. 2. [6]), non obstante consuetudine terrae meae dabo inde claram doctrinam.

Videat itaque actor, qui vult articulos dare, ea, quae continentur in suo libello, et secundum ea formet articulos hoc modo. Puta [7]), quod si aliquis sic dixerit in libello: „agit M. contra Bertham mulierem, petens eam in suam uxo„rem, quia secum contraxit per verba de praesenti, et annuli dationem, etc.", super tali libello sic faciat articulos; hoc modo scribat in aliqua cedula: „Vult „probare M., quod ipse contraxit solemniter cum Bertha muliere, de qua agitur; „— item, quod sibi dedit annulum; — item, quod publica fama est in loco, „quod eam cognovit carnaliter; — item, quod tenuit eam fere per mensem in „domo sua; — item, quod postquam eam traduxit, per multos annos secum pa„cifice permansit." — Et quamvis plura videantur poni in articulis, quam posita fuerant in libello, hoc tamen non obest, dummodo ea probari possint, ex quo ad causam faciunt. Consulo tamen actori, quod in libello et in articulis ponat, quae probare possit, et pauciora ponat, quam possit, ut ab onere sublevetur probationis.

---

21) *Tancredi.* — B. »C." pro »T."
22) Vid. *Tancr.* part. 2. tit. 17.
1) B. inscr. »De intentionibus faciendis." (in marg. add. »formandis.")
2) *non.* — B. »⁊" (et.)
3) *ideo et.* — B. »et ideo."
4) *Igitur.* — B. »Cū g."
5) *c. ad nostram. c. cum venissent.* Innoc. 3.
6) Alexand. 3.
7) *Puta.* — B. »pono."

T.6. De testibus. [1]

Quia datis articulis et receptis induciis ad testes producendos, actor cautus esse debet in testibus producendis, ideo aliqua duxi [2] hoc opusculo inserenda, licet haec materia sit per magistrum Tancredum per plures titulos expedita [3].

§. 1. §. Actor producat testes suos coram iudice, si potest; alioquin de voluntate partium alicui committatur receptio testium, qui accedat ad locum, ubi sunt testes, et diligenter eos examinet. ut X. G. de testibus. 2, 20. c. cum olim. 34. [4]) et de testib. cog. 2, 21. c. 1. [5])

In productione testium dicat actor: „Hos testes induco in causa, quae vertitur inter me et B. mulierem." — Notarius autem scribat in principio: „Hi sunt testes producti a Martino contra Bertham."

Et licet actor habeat tres productiones, non tamen differat quos producere in ultimam [6]) productionem, sed producat, quos habere potest, in prima et secunda, propter impedimenta, quae frequenter in huiusmodi occurrunt.

Actore ergo producente suos testes, iudex eos recipiat, sive reus sit absens, sive praesens, dummodo fuerit ad hoc citatus specialiter. ut X. G. de testib. 2, 20. c. in nomine Domini. 2. [7]) de off. deleg. 1, 29. c. consuluit. 24. ut lite non cont. 2, 6. c. accedens. 1. (2.) [8]); alioquin ipsorum receptio non valeret. ut in decret. „in nomine Domini." (X. G. 2, 20. c. 2.) C. 3. q. 9. c. chartae. 19.

Citari ergo debet reus expresse, ut veniat videre testes iurare, qui contra se producuntur, ut si reus fuerit praesens et videat personas ipsorum, si scit eos esse impeditos quoad testimonium ferendum, statim excipiat contra personas eorum. Puta, si scit aliquem eorum inimicum suum [9]) capitalem, vel conspiratorem, servum, vel infamem, periurum, vel excommunicatum, vel haereticum, vel alia huiusmodi; statim excipiat contra eorum personas hoc modo [10]): „In modum exceptionis propono ego M., quod P. non debet contra me admitti in testem in hac causa, cum ipse sit meus inimicus manifestus." — „cum sit excommunicatus." — vel „haereticus." — vel aliquo istorum supra dictorum criminum vel impedimentorum detentus. — Tamen sciri debet, quod talia possunt obiici testi, quod nullo modo potest admitti in testem, si in continenti vult reus probare hoc; puta, si est servus vel inimicus capitalis; et isti numquam producuntur [11]); et talia possunt obiici, quod nihilominus potest recipi et in tempore dubitationis [12]) reservari. Quae autem sunt illa, requires haec et alia multa in libello

---

1) B. inscr. »De testibus provocandis" (ad marg. »producendis.") Cf. seq. not. 10. 21. 43.

2) *duxi*. — B. »dixi."

3) Vid. *Tancr.* part. 3. tit. 6. et seq.

4) Innoc. 3.

5) Alexand. 3.

6) *ultimam*. — B. »unā."

7) Gregor. M.

8) *c. consuluit. c. accedens.* Innoc. 3.

9) *suum*. — B. »siue."

10) B. inscr. »Forma expediendi" (in marg. »exipiendi") »contra testes." Cf. seq. not. 43.

11) *producuntur*. — Fuerit »admittuntur." siv. »recipiuntur."

12) *dubitationis*. — Fortasse scribend. »disputationis."

Tancredi [13]). — Si vero reus nil tunc vult obiicere, protestetur, quod salvum sit ei hoc post publicationem testium. Quod nisi protestetur, non audietur post publicationem. X. G. de testib. 2, 20. c. praesentium. 31. [14]).

Scripta vero rei protestatione statim iudex faciat testes iurare veritatem. Et nisi iurent, non debent admitti, quia nulli testi, quantaecumque auctoritatis [15]) sit, nisi iuraverit [16]), creditur. ut X. G. de testib. 2, 20. c. nuper. 51. [17]) Quae autem sit forma iuramenti testium, sive in causa matrimoniali, sive inquisitionis, sive alia, expressam invenies in libello Tancredi in titulo de iuramento testium [18]).

Postquam autem omnes testes iuraverunt dicere veritatem, in praesentia rei, pro utraque parte; statim iudex et notarius secedant in partem, et omnes testes sigillatim et secrete, ita quod nullus audire possit extraneus, unum post alium scrutari [19]) debent. Haec autem forma scrutandi sumsit initium a Daniele propheta in causa Susannae; et optime traditur X. G. de testib. 2, 20. c. venerabili. 52. [20])

§. [21]) Verum [22]) quia in testium examinatione a reo consuevit dari quaedam §. 2
scriptura, quae a quibusdam titulus, a quibusdam interrogationes appellantur, secundum quam scripturam iudex interrogare debet testes, nunc de ipsa scriptura, cum certa forma non reperiatur [23]) de ea alicubi, quamvis in iure sint argumenta infinita de ea, subiiciamus.

Iudex namque ante omnia prudentissime quaerat a teste, quid ipse sciat de facto principali, et audito hoc incipere debet iudex a capite, et tum [24]) de circumstantiis omnibus cum summa diligentia debet eum examinare, et specialiter quaerat ab eo de causa, loco et tempore, et singulis aliis circumstantiis, ut subiiciemus infra. Quod enim de causa [25]) quaeratur a teste, dicitur X. G. de testib. 2, 20. c. cum causam. 37. [26]) et est arg. [27]) de poenit. et remiss. 5, 38. c. Deus. 8. [28])

Si quis igitur vult facere titulum, secundum quem velit testes contra se inductos interrogari, primo consideret, ad quid probandum inducantur [29]). Et si forte inducantur ad probandum matrimonium contractum inter M. et B., et mulier inducit [30]) testes contra illum M., dicens [31]) vel probare volens, quod ipse

---

13) Cf. sup. not. 3.
14) Innoc. 3.
15) *quantaecumque auctoritatis.* — B. „qn̄„tūcūque aūctis."
16) *iuraverit.* (siv. „iurato.") — B. „iura."
17) Honor. 3.
18) Vid. *Tancr.* part. 3. tit. 9. §. 1.
19) *scrutari.* — B. „scructari."; et similit. in vers seq. „scruetandi."
20) Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 9. §. 2. et ibi not. 16. 17.
21) B. inscr. „De interrogationibus dan„dis." Cf. seq. not. 43.
22) *Verum.* — B. „Verbum."
23) *reperiatur.* — B. „repellantur."
24) *tum.* — B. „eum."
25) Addendum esse videtur: „et de sin„gulis aliis circumstantiis."
26) Innoc. 3.
27) *et est arg.* — B. „et §. iniuriarum." — Aliter fortasse huic loco corrupto medendum esse lubenter fateor.
28) *c. Deus.* (B. „debent.") Innoc. 3.
29) *inducantur.* — B. „inducturū."
30) *inducit.* — B. „indicit."
31) B. add. „eum."

contraxit cum ea per verba de praesenti et annuli dationem, advocatus M. sic formet tunc: in primis scribat in cedula: „Iste est titulus contra testes B."; deinde sic incipiat: „Si dixerint testes B., quod M. contraxit cum illa, quaeras ab „eis, quomodo sciunt? si visu vel auditu? credulitate vel fama? — si dixerint, „de visu, quaeras, ubi fuit? et qui et quot praesentes fuerunt? — si dixerint, „quod in domo, quaeras, in qua? et in qua parte domus? — et si extra domum, „an in via, vel in platea, vel in campo? et quae arbores erant in campo? — „item de tempore et qui regnabat tunc vel regebat terram? — item quibus ver„bis fuerunt usi? — et si dixerint, quod verbis de praesenti, quaeras ab eis, „verba de praesenti quae sunt? et si sciunt distinguere inter verba de praesenti „et verba de futuro? — item, si dixerint, quod dedit annulum ei, quaeras, de „quo erat? utrum aureus, vel argenteus, vel stagneus, vel de herba? et de qua „herba, et de quali? utrum viridis vel sicca? — et quibus verbis usus fuit vir, „qui dedit annulum? — et in quo digito fuit immissus annulus? et in qua ma„nu? — et quis tenuit digitum puellae tunc? utrum ipsemet vel alius, vel alia? „— item quaeras [32] ab eis, quam partem magis diligunt? et quam partem vel„lent post obtinere in causa? — item, quantum habent in bonis? — item, si „habuerunt unquam mala verba cum aliquo istorum? — item, si instructi fue„runt vel ab aliquo concordati? — item, si iuraverunt in animam suam, vel al„terius? — item, si exspectant maius commodum de victoria unius, quam al„terius?" — Et concludat in fine: „Sic et vos [33], domine iudex, de omnibus aliis „circumstantiis inquiratis [34], sicut vestra discretio viderit expedire ad cautelam."

Sicut superius dixi, primo invenit Daniel testes contra Susannam discordantes de loco; et ideo postmodum iura statuerunt, ut diligentius inquiratur a testibus de omnibus circumstantiis, ut in praealleg. decr. [35] et multis aliis expresse continetur.

Iudices autem recipientes hunc [36] titulum factum a reo, eum diligenter examinent; et si qua sunt verba superflua, resecent; alioquin secundum eum interrogent [37] testes, et si qua desunt, ex officio suppleant et postmodum examinent. Si vero ex malitia vel negligentia non interrogent, bene post publicationem etiam interrogentur. X. G. de testib. 2, 20. c. per tuas. 48. [38]

§. 3. §. Facta [39] igitur tertia productione testium, et partibus coram iudice praesentatis, faciant iudices renuntiari productioni testium. Et facta renuntiatione statim petat actor testes publicari. Iudex autem praecipiat notario, quod legat testes. Notarius autem in nomine Dei incipiat legere testes; et si est magna multitudo testium, legat dicta unius testis; vel si attestationes sunt nimis prolixae, sufficit unam legi pro omnibus. Reus autem sit cautus, sicut superius diximus, ante productionem [40], ita et nunc ante publicationem testium, et protestetur, quod

---

32) *quaeras.* — B. »quaerat.«
33) *vos.* — B. »nox.«
34) *inquiratis.* — B. »iniquitatis.«
35) pag. 371. vers. 25. et seq.
36) *hunc.* — B. »h'nt.« (habent.)
37) *eum interrogent.* — B. »ea interrogationes.«
38) Honor. 3. Cf. *Gloss.* in v. audiendum.
39) *Facta.* — B. »Causa.«
40) Cf. pag. 371. vers. 1. et seq.

licitum sit ei obiicere, quod vult, tam in personas testium, quam in dicta. Et utraque pars sit cauta, quod non renuntiet omnibus probationibus in genere, ne forte posset postmodum producere instrumenta sua vel privilegia sua; sed solum renuntiet productionibus testium.

His omnibus sic peractis quaelibet pars accipiet copiam testium. Et statim iudex praefigat terminum congruentem reo, intra [41]) quem repellat testes, si potest. Reus autem acceptis induciis deliberet, utrum possit quidquam obiicere contra personas testium; et adveniente termino [42]) excipiat coram iudice, sicut supra titulo proximo notavimus [43]). Si vero nil velit dicere in personas testium, dicto [44]) termino congruente solemniter allegabit, sicut infra in titulo de allegationibus dicemus [45]).

De productione instrumentorum vel privilegiorum. [1]) T.7.

Post testium publicationem quia instrumenta vel privilegia in causa solent produci, ideo de ipsorum productione tractemus.

Qui enim volunt producere instrumenta diversa, caveant, ne sint contraria, quia neutrum faceret fidem. ut X. G. de fide instrum. 2, 22. c. imputari. 13. [2]) et C. 25. q. 2. c. si ea. 4. [3]) Respiciat etiam, si sint sine vitio, vel vituperatione, vel sine interlineari scriptura, vel rasura in loco suspecto. ut e. t. (X. G. 2, 22.) c. ult. [4]) de privil. 5, 33. c. cum olim. 14. [5]) de relig. domib. 3, 36. c. cum venerabilis. 7. [6]) Semper respiciat, si sunt in instrumento publico anni Domini, mensis, dies, indictio, consul et praeses; alioquin non valet. Dist. 23. c. 1. (pr.) [7]) C. 25. q. 2. §. si qua beneficia. (c. 16. §. 7.)

His consideratis, praesente notario produces instrumenta tua seu privilegia sub his verbis: „ad probandum de [8]) iure meo produco [9]) coram vobis, domine „P. iudex, instrumenta mea in causa, quam habeo cum tali adversario meo." — Si vero litigares [10]) coram suspecto iudice, consulo [11]), ut tibi retineas exempla instrumentorum tuorum, ut posses postea probare, si necesse esset, te induxisse

---

41) *intra.* — B. »in."

42) *termino.* B. om.

43) *tit. proximo notavimus.* (h. t. §. 1. vers. citari.) His quidem verbis, si quis huius tit. 6. loco plures rubricas addendas esse putaverit, melius profecto, quam inscriptionibus supra (not. 10. 21.) commemoratis talem separationem tuebitur; verumtamen huiusmodi distributio a reliqua libri partitione adeo abhorret, ut ista Gratiae verba ad aliam potius eiusd. tit. particulam, quam ad alium tit. referenda esse videantur. Cf. not. 18. ad part. 3. tit. 2. et not. 98. ad *Tancr.* part. 2. tit. 7.

44) *dicto.* — B. »vel dicto." — Facile quidem conieceris »vel dicta."; sed non apte.

45) Vid. h. part. tit. 8.

1) B. inscr. »De productione instrumentorum vel ninliorum."

2) Cf. not. 85. ad *Tancr.* part. 3. tit. 13.

3) Cf. *Gloss.* in v. si ea destruerem.

4) arg. verb. »in nulla sui parte vitiata." Gregor. 9.

5) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. rasuras.

6) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. propter praedicta.

7) *Dist. 23. c. 1.* (B. »XXVI. d. c. 1.") Cf. *Gloss.* ad c. inter dilectos. 6. X. G. de fide instr. 2, 22. in v. indictionis.

8) *de.* — B. »te."

9) *produco.* — B. »producto."

10) *litigares.* — B. »litigatores."

11) *consulo.* B. om.

instrumenta tua coram ipso [12]), si iudex hoc inique negaret; quia de hoc vidi causam magnam inter quendam iudicem delegatum in causa et quosdam, qui coram eo sua produxerant instrumenta. In omnibus enim magna debet adhiberi cautela, quae semper a iure commendatur. arg. ad hoc Dist. 50. c. presbyteros. 32. (§. 3.) [13]) C. 1. q. 7. c. quotiens. 9. X. G. de elect. 1, 6. c. bonae. 23. [14]) de appell. 2, 28. c. ad praesentiam. 16. [15]) de sent. excomm. 5, 39. c. per tuas. 40. [16])

Si autem reus voluerit inde copiam habere [17]), notarius transcribat instrumentum, et transcriptum tradat sibi, et originale remaneat penes eum. X. G. de probat. 2, 19. c. quoniam. 11. [18]) Si vero quaestio oritur tantum super [19]) uno articulo instrumenti, illud capitulum tantum edatur; nam ex eo, quo vult quis uti in iudicio, de eodem debet adversario copiam facere, et non de aliis. ut X. G. de fide instrum. 2, 22. c. G. perpetuus. 12. [20]) et c. accepimus. 4. [21]) et c. contingit. 5. [22])

Cetera, quae ad hanc materiam faciunt, invenies plene in libello Tancredi in eodem titulo [23]).

T. 8. De allegationibus. [1])

Facta demum omnium instrumentorum productione, statim debet iudex assignare terminum partibus, ut veniant super dictis testium et aliis probationibus inductis in causa allegare, nisi [2]) forte obiiceretur contra instrumenta de falso, quia tunc [3]) admittendae sunt probationes contra instrumentum. Qualiter autem instrumentum probetur falsum [4]), notatur in libello Tancredi [5]) et X. G. de probat. 2, 19. c. tertio. 5. [6]) de fide instrum. 2, 22. c. cum Iohannes. 10. [7])

Adveniente vero termino compareant partes; et quaelibet pars habeat copiam omnium actorum.

Et tunc surgat advocatus actoris et incipiat cum summa [8]) diligentia ordiri allegationem [9]) suam. Et primo supplicet iudicibus pro benevolentia et [10]) audientia captanda, et pro iustitia observanda, suggerendo eis, quod via regia in-

---

12) *ipso.* — B. »ipīs."

13) arg. verb. »ampliorem cautelam."

14) vers. licet autem essent notoria. Innoc. 3.

15) Alexand. 3. — Ibi *Gloss.* in v. absolvi. »ad cautelam."

16) verb. »quamquam ap. sedes etiam »tales consueverit absolvere ad cautelam." Innoc. 3.

17) *habere.* B. om.

18) *c. quoniam.* (B. »q̄tum.") Innoc. 3.

19) *super.* — B. »sub."

20) Gregor. 9.

21) Alexand. 3.

22) Coelestin. 3. Cf. *Gloss.* in v. exhibere. et in v. illud.

23) Cf. *Tancr.* part. 3. tit. 13.

1) Ita noster pag. 373. vers. 10. 11. — B. »De allegationibus faciendis super dictis te»stium."

2) *nisi.* — B. »ubi."

3) *tunc.* — B. »nunc."

4) *falsum.* B. om.

5) Vid. *Tancr.* part. 4. tit. 3. §. 3. pag. 284. vers. 6. et seqq.

6) Clem. 3.

7) Innoc. 3. Cf. *Gloss.* in v. quodlibet instrumentum.

8) *summa.* — B. »sua."

9) *allegationem.* — B. »relatn."; cuius loco facile quidem, sed non apte scripseris »que»relam." sive »relationem."

10) *et.* B. om.

